LES PHILOSOPHES BELGES

Les Philosophes Belges

Textes et Etudes

Collection publiée par l'Institut supérieur de Philosophie de l'Université de Louvain
sous la direction de Maurice De Wulf

TOME V, FASCICULES I-II

Les Quodlibets onze-quatorze
DE GODEFROID DE FONTAINES

(TEXTE INÉDIT)

PAR

J. HOFFMANS

DOCTEUR EN PHILOSOPHIE
PROFESSEUR A L'UNIVERSITÉ COLONIALE

LOUVAIN
ÉDITIONS DE L'INSTITUT SUPÉRIEUR DE PHILOSOPHIE
2, PLACE CARDINAL MERCIER, 2

1932

QUODLIBET UNDECIMUM

QUAESTIO I

Utrum ponens Deum dilectum esse subiectum theologiae in hoc dicatur ponere illam dilectionem esse subiectum

[1] Quaerebantur quaedam circa scientiam theologiae in generali, quaedam circa ea de quibus tractat in speciali.

Circa scientiam theologiae in generali quaerebatur unum pertinens ad rationem sui subiecti, videlicet utrum ponens Deum dilectum, secundum quod dilectus, esse subiectum theologiae, in hoc dicatur ponere illam [2] dilectionem esse subiectum. Et arguitur primo quod sic. Quia sicut se habet obiectum sensus visus ad visum, ita obiectum scientiae intellectus ad scientiam. Sed quia lignum coloratum est obiectum visus secundum quod coloratum, id est ratione coloris, ipse color est per se obiectum visus. Ergo similiter si Deus dilectus secundum quod dilectus est subiectum in theologia, ipsa dilectio per se erit subiectum.

Contra. In scientia naturali corpus mobile est subiectum secundum quod [3] mobile, et tamen non dicitur propter hoc quod motus sit [4] subiectum in scientia naturali. Ergo similiter in proposito : Deus dilectus secundum quod dilectus poterit dici subiectum theologiae, et tamen ista [5] dilectio non dicetur subiectum.

Responsio. Dicendum quod differt dicere Deum esse subiectum alicuius scientiae vel considerationis secundum quod dilectus vel secundum quod diligibilis, sicut differt dicere lapidem esse [6] subiectum alicuius considerationis secundum quod est visus vel secundum quod est visibilis. Lapidem enim esse visum non ponit aliquid in ipso [7] lapide, sed ponit aliquid in [8] vidente, scilicet actum ipsum visionis [Cod. Q, fol. 136 V[b]] causatum ab illo lapide [9] ; propter quod visus vel visio lapidis quia realem habet dependentiam ad lapidem ut ad causam sui esse, includit relationem realem ad ipsum lapidem. Sed lapidem esse visibilem non ponit aliquid in vidente, sed in ipso [10] lapide ponit illud unde est causativus [11] et effectivus ipsius visus vel visionis, sive id ratione

cuius est obiectum talis actus. Sed [**Cod. P, fol. 245 R**[a]] quoniam cum hunc actum efficit, hoc facit sine sui [12] transmutatione reali, ideo licet includat aliquam relationem ad ipsum visum vel visionem quam efficit, non est [**Cod. R, fol. 180 R**[b]] tamen ista relatio realis, sed solum secundum rationem, prout dicit **Philosophus** (1) in quinto *Metaphysicae,* quod scientia dicitur relative, scilicet relatione reali ad scitum ; non autem e converso.

Cum ergo quaeritur utrum dicere Deum dilectum esse subiectum theologiae vel subiectum alicuius considerationis secundum quod dilectus, sit idem quod dicere ipsam dilectionem primo et per se esse subiectum, dicendum quod sic. Ex quo enim Deum esse dilectum non ponit aliquid in ipso [13] Deo, sed in ipsa voluntate, id quod per se in hoc consideratur est aliquid ad voluntatem pertinens, scilicet ipsa [14] dilectio a Deo, tamen ut ab obiecto causata et in ipsa scilicet voluntate elicita. Unde licet Deus sit obiectum per se ipsius dilectionis, non est tamen obiectum per se considerationis qua consideratur ipse secundum quod dilectus, sed ipsa [15] dilectio primo et per se est obiectum considerationis [16]. Et quia actus perfecte non cognoscitur nisi cognoscantur eius causae, ideo etiam considerans de dilectione Dei habet etiam considerare de Deo non secundum se, sed in quantum est vel causa vel terminus talis actus. Sicut etiam considerationis qua consideratur aliquid de lapide secundum quod visus obiectum per se est ipsa visio et non lapis, nisi in quantum est terminus vel causa huiusmodi [17] actus.

Si autem quaeratur utrum dicere quod Deus secundum quod diligibilis est subiectum alicuius considerationis sit idem quod dicere quod ipsa dilectio sit subiectum, dicendum quod non. Deum enim esse diligibilem per se et primo non dicit actum in ipso diligente, sed dicit rationem et proprietatem [18] in obiecto dilectionis secundum quod est causativum illius. Nunc autem obiectum actus non est ipse actus. Nec principia essentialia et intrinseca [19] obiecti sunt principia essentialia et intrinseca actus. Et ideo consideratio qua consideratur Deus secundum quod diligibilis primo et per se [**Cod. V, fol. 183 V**[b]] habet pro obiecto illam condicionem vel proprietatem effectivam vel causativam quantum est de se talis actus sive ipsum Deum sub hac condicione vel ratione. Et ex [20] consequenti considerat de ista [21] dilectione in quantum ratio diligibilis importat relationem secundum rationem ad dilectionem quam nata [22] est efficere ; non enim potest [**Cod. P, fol. 245 R**[b]] considerari de obiecto sub ratione propria obiecti quin aliquo modo oporteat considerare de ipso actu ; et e converso.

Et ex hoc patet quod sive dicatur Deum esse subiectum alicuius scientiae ut dilectus sive ut diligibilis, oportet etiam illam scientiam considerare per se et primo vel saltem per se, licet non primo, de dilectione. Et si dicatur Deus sic esse subiectum in theologia, ista erit scientia practica et quasi moralis, non speculativa ; quia est de actu appetitus vel voluntatis ut de subiecto vel ut formali ratione subiecti modo supradicto ; vel per se et primo ; vel

per se licet non primo. Et erit necessarium dicere quod praeter talem scientiam alia sit scientia [23], quaecumque sit ista [24], quae habet considerare de Deo secundum se simpliciter et absolute ; et ista etiam erit [25] simpliciter speculativa et eminentior.

Et hoc patet, quia obiectum intellectus speculativi est ens simpliciter et absolute et in se consideratum absque habitudine ad appetitum vel appetentem ; obiectum autem intellectus practici est ens sub ratione convenientis ad appetentem. Sicut enim res inanimata per appetitum naturalem tendit in aliquid sibi conveniens non apprehensum, ita etiam homo per appetitum intellectivum tendit in aliquid sibi conveniens [26], secundum quod sit apprehensum. Sive ergo consideretur Deus ut dilectus sive ut diligibilis, quia non est diligibilis nisi sub ratione convenienti ad appetentem [27] et cum sic consideratur, oportet quod in tali consideratione etiam [**Cod. R, fol. 180 V**[a]] consideratio ipsius dilectionis aliquo modo includatur, ut dictum [**Cod. Q, fol. 137 R**[a]] est, talis consideratio pertinet ad scientiam practicam, non speculativam. Et talis scientia erit minus nobilis et minus perfecta, quia est de subiecto magis contracto et particulato quam scientia quae habet considerare de Deo secundum se et absolute, primo et per se quantum ad omnia quae sibi conveniunt in se et absolute, et etiam quantum ad omnia quae conveniunt ei in comparatione ad alia in generali.

Nec valet si dicitur quod non oportet hoc [28] quia secundum omnia quae in ipso considerari possunt et quae ei in se conveniunt, ipse est diligibilis. Quia, licet ita sit quod ratione suae omnimodae simplicitatis et actualitatis non [**Cod. P, fol. 245 V**[a]] sint in ipso [29] partes nec essentiales differentes secundum rem, sicut materia et forma, vel differentes secundum rationem generis et differentiae magis universalis et minus universalis et huiusmodi ; nec secundum accidens, sicut bonitas, quae reddit hominem amabilem, est quaedam perfectio accidentalis in homine, tamen id ipsum quod ipse est consideratum secundum se dicitur considerari consideratione magis absoluta et abstracta [30] et universali quam consideratum in habitudine ad appetentem sub ratione convenientis vel ad creaturam sub ratione moventis et agentis determinate, ita quod talis consideratio non sistit in ipso [31] Deo absolute, sed [32] includit aliud aliquid [33] determinatum in cuius habitudine determinate et contracte Deus consideratur. Unde eminentior et perfectior est consideratio metaphysici de Deo secundum se et absolute quam naturalis considerantis de ipso secundum quod motor primi mobilis, licet secundum totum id quod est secundum se sit etiam motor.

Ex quo ulterius patet quod inconveniens est dicere Deum non posse esse subiectum sub ratione absoluta sed contrahente et contractione quadam, quae non potest accipi nisi in habitudine ad aliquid aliud, ut patet inducendo.

Per hoc patet responsio ad obiecta. Primum enim bene concludit. Quia enim lignum coloratum secundum quod coloratum est obiectum visus, quia

secundum quod huiusmodi [34] est per se visibile, ideo color dicitur per se obiectum visus, licet in colorato ; et e converso sequitur : color est per se obiectum visus [35] vel cuiuscumque considerationis ; ergo coloratum secundum quod huiusmodi est obiectum eiusdem. Ita etiam si Deus dilectus secundum quod dilectus [36] [**Cod. V, fol. 184 R**[a]] est, est obiectum alicuius considerationis, ipsa dilectio est per se obiectum illius modo supradicto ; et etiam e converso.

Sed si extendatur ulterius argumentum quasi concludendo quod sequitur si Deus diligibilis secundum quod diligibilis est subiectum, quod dilectio per se et primo erit subiectum, non valet. Quia esse diligibile per se et [37] immediate non includit ipsam dilectionem sed aliquod obiectum eius primo et per se ; quia esse diligibile est aliquid dilecti, dilectio autem est aliquid diligentis. Sicut etiam si aliquod lignum secundum quod visum est obiectum alicuius considerationis, sequitur [**Cod. P, fol. 245 V**[b]] quod visio ipsa sit primo et per se obiectum eius. Sed si dicatur sic : lignum secundum quod visibile est obiectum alicuius considerationis, ergo visio ; non sequitur. Quia enim ista quae dicuntur per modum abstracti et concreti [38] color et [39] coloratum [40], visio et visum, dilectio et dilectus sunt respectu unius et eiusdem rei ; immo sunt etiam unum et idem secundum rem et in eodem subiective [41] ; ideo ex uno infertur aliud et e converso. Sed visibile et visio, diligibile et dilectio non sunt talia, quia non sunt nomina unius et eiusdem rei abstractae et concretae significatae [42]. Unum enim est nomen rei existentis in viso [43] vel dilecto [44] ; aliud rei existentis in vidente vel diligente ; et unum est nomen [**Cod. R, fol. 180 V**[b]] obiecti sive formalis rationis ipsius, aliud est nomen actus.

Et per hoc patet responsio ad aliud in oppositum quod tamen non bene applicatur ad propositum ; quia ex hoc quod in scientia naturali corpus mobile est subiectum secundum quod mobile, non tamen motus dicitur esse primo et per se subiectum, deberet sic argui [45] quod similiter [46], licet Deus secundum quod diligibilis sit subiectum, non tamen dilectio ; et hoc iam concessum est secundum modum supradictum.

Sed arguitur ex hoc [47] sic : quod [48] similiter si Deus secundum quod dilectus sit subiectum per se et primo alicuius considerationis, quod tamen ipsa dilectio non sit subiectum, hoc autem non oportet ; quia dilectio et dilectus isto modo [**Cod. Q, fol. 137 R**[b]] sunt id ipsum re ut concretum et abstractum ; diligibile vero [49] et dilectio ut diversa essentialiter et subiecto, sicut mobile et motus sunt differentia essentialiter, sed idem subiecto Et ideo [50] licet consideratio cuius per se et primo subiectum est, Deus dilectus secundum quod dilectus sit etiam ipsius dilectionis ut primo et per se subiecti, non oportet quod si corpus secundum quod mobile est subiectum alicuius considerationis, quod eiusdem considerationis [51] subiectum per se et primo sit ipse motus, sed considerationis cuius per se et primo obiectum est [52] mobile

secundum quod motum obiectum per se et primo debet dici ipse motus. Hoc patet, quia ad corpus mobile etiam secundum quod mobile pertinent principia ipsius corporis et ipsius motus quae non sunt essentialiter id ipsum quod motus.

Verumtamen quia ista non considerantur nisi quia sunt [53] aliquid corporis secundum quod [Cod. P, fol. 246 R[a]] est mobile vel transmutabile et in ordine et in habitudine ad motum et transmutationem, oportet dicere quod ratio formalis talis subiecti sit motus. Non est tamen motus formale obiectum considerationis cum consideratur mobile secundum quod mobile, prout dicitur quod lignum secundum quod coloratum est per se et primo obiectum formale visus, ita quod hoc attribuitur colori ut per se obiecto non solum ut rationi [54] formali principalis obiecti, licet non videatur nisi existens in ligno, quia nec aliter existit [55] nisi in subiecto.

Similiter etiam, quia illud secundum quod Deus secundum quod huiusmodi consideratur in ordine et habitudine ad ipsius dilectionem cuius est principium causativum [56] et motivum, ideo etiam licet considerationis diligibilis secundum quod diligibile per se et primo obiectum non sit dilectio, est tamen ratio formalis in quantum ea quae circa diligibile secundum quod huiusmodi considerantur sub ista ratione in quantum habent habitudinem ad ipsam dilectionem considerantur [57].

Et ex istis patet quod correlarie potest [58] declarari quod male dicunt ponentes quod in actu principali quo beatus videt Deum, per se et [Cod. V, fol. 184 R[b]] essentialiter non consistit beatitudo [59], sed in actu quo videt se videre Deum. Ista enim differunt, scilicet quod lapis intellectus est obiectum alicuius actus cognoscendi secundum quod cognitus per intellectum sive secundum quod intelligitur ; et quod [60] lapis est obiectum etiam alicuius actus intellectus cuius est obiectum nisi secundum quod intelligibilis. Est autem intelligibilis secundum quod tale ens vel secundum quod lapis, quia lapis secundum quod cognoscibilis non est obiectum per se eiusdem actus cuius est obiectum secundum quod cognitus ; quia respectu actus respectu cuius lapis secundum quod cognitus est obiectum, ipsa [61] cognitio per se est obiectum ; sed respectu actus respectu cuius lapis secundum quod cognoscibilis est obiectum, non ipsa cognitio lapidis, sed ipse lapis per se est obiectum ; et sic cognoscere vel intelligere lapidem secundum quod cognitus vel intellectus nihil aliud est quam cognoscere et intelligere cognitionem vel intellectum lapidis sive de lapide. Sed cogno [Cod. R, fol. 181 R[a]] scere lapidem secundum quod est intelligibilis nihil aliud est quam cognoscere entitatem lapidis, quia secundum [Cod. P, fol. 246 R[b]] illam est intelligibilis. Sola enim ratione differunt entitas lapidis et eius intelligibilitas, in quantum [62] intelligibilitas lapidis ultra entitatem eius absolutam dicit relationem secundum rationem solum ad intellectum. Sed intellectus lapidis dicit actum realem a lapide essentialiter differentem.

Propter quod in visione Dei etiam secundum quod visibilis est, bene ponitur beatitudo sive actus beatitudinis secundum intellectum ; quia huiusmodi [63] actus obiectum est increatum, Deus ipse [64] ; sed in visione Dei secundum quod visus est, non quia huiusmodi actus obiectum per se est quid creatum, scilicet [65] ipsa visio Dei, nisi intelligatur fieri reduplicatio super ipsum obiectum, non super actum [66], et in hoc quidem est beatitudo. Si igitur dicatur quod beatitudo in Deo viso, secundum quod visus est, consistit et in obiecto beatifico et in actu quo ipse [67] videtur, et non in alio, est beatitudo formaliter ; sic videtur quod visio Dei vel Deus visus secundum quod visus est beatitudo, quia hoc nihil aliud est quam quod visio qua videtur Deus est beatitudo.

Sed si dicatur sic : visio Dei vel Deus visus secundum quod visus, id est visio qua [**Cod. Q, fol. 137 V**[a]] videtur, est beatitudo obiective, sic falsum est.

Sed non sic potest distingui respectu intelligibilitatis, quia visio Dei intelligibilis secundum quod intelligibilis omnibus modis [68] est beatitudo et secundum [69] quod fit reduplicatio Dei et etiam intelligibilitatis ; quia etiam visio qua non solum videtur Deus, sed etiam intelligibilitas Dei est ipsa [70] beatitudo, quia est unum et idem.

[1] incipit undecimum quodlibet magistri godefridi de fontibus *praemisit* PQ. — [2] istam V. — [3] mobile — quod] *om.* Q. — [4] motus *add.* Q ; *postea del.* — [5] ipsa P. — [6] obiectum et *add. in marg. alia m.* P. — [7] proposito Q. — [8] *om.* Q ; *suprascripsit* Q. — [9] sed ponit — lapide] *om.* R. — [10] isto VRQ. — [11] causatus P. — [12] sine sui] sensui P. — [13] isto P. — [14] illa PV. — [15] ista VQ. — [16] qua consideratur — considerationis] *om.* P. — [17] huius PR. — [18] in obiecto *add.* Q ; *postea del.* — [19] intrinsica Q. — [20] exu Q ; *deinde litteram* u *del.* Q. — [21] ipsa P. — [22] *om.* Q. — [23] scientia *add.* Q. — [24] illa P. — [25] *om.* PR. — [26] non apprehensum — sibi conveniens] *om.* P. — [27] appetendum Q. — [28] *om.* R. — [29] mo *cum tractu.* RQ. — [30] contracta 1[a] *m.* R ; absoluta *corr.* 2[a] *m.* R. — [31] *om.* P. — [32] scilicet Q. — [33] aliquod VQ. — [34] huius Q. — [35] licet in — obiectum visus] *om.* P. — [36] secundum quod dilectus *om.* P. — [37] primo *add.* Q. — [38] contracti P. — [39] color et] colori P ; *deinde del. scriptor.* — [40] coloratum *del.* P. — [41] subiectione Q. — [42] significative P. — [43] visio Q. — [44] dilectio Q. — [45] s *add.* R ; *deinde del.* — [46] simpliciter VQ. — [47] hoc *om.* P ; hoc ulterius *add.* 2[a] *m.* P. ; *om.* Q. — [48] quia P. — [49] visio P. — [50] *om.* Q. — [51] quod eiusdem considerationis] *om.* P. — [52] obiectum est] est obiectum P. — [53] *om.* Q ; *deinde suppl.* Q. — [54] rationali P. — [55] existens P. — [56] causatum P. — [57] sub ista ratione — considerantur] *om.* PR. — [58] *om.* PRQ. — [59] habitudo R. — [60] *om.* Q. — [61] illa P. — [62] est *add.* R. — [63] ab *add.* Q ; *postea del.* — [64] actus obiectum est *add.* Q ; *deinde del.* — [65] secundum P. — [66] non — actum] *om.* R. — [67] *om.* 1[a] *m.* P ; *add.. in marg.* 2[a] *m.* P ; *om.* R. — [68] modum Q. — [69] secundum *add.* Q ; *postea del.* — [70] *om.* P.

(1) ARISTOTELIS *Metaphysica*, l. IV, c. 15 (II, 1021 a).

QUAESTIO II

Utrum si post conversionem substantiae panis in corpus Christi dimensionibus remanentibus alia panis substantia crearetur sub illis esset idem panis numero cum priori

Consequenter circa ea de quibus tractat [1] scientia theologiae in speciali quaerebantur quaedam pertinentia ad sacramentum Eucharistiae, quaedam autem [2] pertinentia ad naturam rationalem [3] humanam. Circa sacramentum [4] Eucharistiae quaerebantur duo : primum pertinet ad substantiam panis quae convertitur ; secundum pertinet ad speciem remanentem secundum quod transmutatur.

Primum erat tale : utrum si post conversionem substantiae panis in corpus Christi dimensionibus remanentibus alia panis substantia crearetur sub illis, esset idem [**Cod. P, fol. 246 Va**] panis numero cum priori. Secundum erat utrum ad hoc quod quantitas remanens possit transmutari secundum extensionem per rarefactionem [5] et secundum [6] contractionem per condensationem, oporteat [7], praeter ipsam quantitatem determinatam secundum quam sic fit transmutatio, ponere aliam quantitatem indeterminatam quae sit pro subiecto in tali transmutatione.

Ad primum arguitur quod sit eadem ; quia sicut respectu unius et eiusdem formae non potest esse nisi una et eadem materia, nam materia nec unitatem [8] nec actualitatem nec distinctionem habet nisi [9] a forma, ita respectu unius et eiusdem quantitatis non potest esse nisi unum [**Cod. V, fol. 184 Va**] et idem individuum. Sicut ergo si sub forma substantiali alicuius hominis, puta : sub anima remanente post corruptionem corporis alia materia crearetur, oporteret ponere quod esset eadem materia cum praecedente sive quod non esset alia ab ista. Ergo similiter in proposito. Cum substantia panis creata non haberet unitatem nec distinctionem nisi per illud idem per quod hoc habuit substantia panis conversa, ista erit una et eadem cum illa.

Contra. Substantia in aliam substantiam iam [10] conversa, et substantia in illam substantiam non conversa non possunt esse una et eadem substantia. Ita est in proposito, ut patet in forma quaestionis. Ergo. Et cetera.

Responsio. Dicendum quod ad hoc quod in materialibus simpliciter aliqua differant numero proprie dicto, oportet quod habeant aliam materiam et aliam formam et aliam quantitatem [**Cod. R, fol. 181 Rb**] : unius enim materiae simul non possunt esse plures formae et quantitates simpliciter : una etiam forma et quantitas non potest esse simpliciter plurium materierum ; et secundum hoc etiam quae debent dici unum numero simpliciter oportet

quod haec omnia habeant eadem. Ubi ergo est invenire istorum aliqua diversa, ista etiam secundum hoc sunt diversa numero. Quia ergo ad unitatem eiusdem panis numero requiritur eadem materia et forma substantialis et eadem quantitas, positione autem praedicta facta, non est eadem materia [11] nec eadem forma substantialis, licet sit eadem quantitas, non potest dici [**Cod. P, fol. 246 V**^{b}] idem panis numero.

Quod autem ita sit patet : quia si substantia illius panis est eadem numero cum substantia panis praecedentis, quod verificatur de uno verificatur et de alio ; sed substantia panis praecedentis est conversa in verum corpus Christi ; ergo et illa quae adhuc est convertibilis in illud. Hoc autem est falsum.

Si arguatur : substantia panis praecedentis non differebat numero a quocumque alio pane secundum quod panis, quia secundum quod huiusmodi [12] non potest accipi distinctio vel divisio in substantia panis. Ergo differebat secundum quod sub tali quantitate cuius per se est dividi in partes eiusdem rationis et speciei ; ergo cum haec substantia panis et praecedentis comparatae ad huiusmodi eandem quantitatem non inveniuntur differre numero, quia etiam nec in isto [13] pane videtur esse unde differant numero a quocumque nisi ipsa quantitas [**Cod, Q. fol. 137 V**^{b}], ergo iste panis non erit alius numero a praecedente, non valet. Quia licet non possint differre numero proprie dicto talia nisi per quantitatem, tamen non est haec differentia sic per quantitatem quod solum quantitas unius individui differat a quantitate alterius individui ; immo substantia ens sub hac quantitate substantialiter differret a substantia existente sub alia quantitate.

Et secundum hoc patet quod verum est quod omnis substantia est eadem numero substantiae existenti sub eadem quantitate et comparatae ad eandem quantitatem ; quia cum actu ista [14] per eandem quantitatem informantur, non habent unde distinguantur. Sed propter hoc non valet quod substantia quae prius fuit sub aliqua quantitate [15], si in aliud convertatur vel cum annihilatur vel alia praeexistens vel nova creata sub eadem quantitate inducatur, quod haec et ista sint [16] eadem ; quia licet sit una quantitas manens, tamen haec et illa substantia non comparantur ad illam ut actu sunt informatae per ipsam. Et sic licet per illam non possunt differre numero nec habent etiam per eam quod sint unum numero, differre tamen possunt per istam et per aliam simul, cum scilicet substantia conversa dicitur differre ab illa [17] per quantita [**Cod. P, fol. 247 R**^{a}] tem quidem in quantum substantia corporis Christi in quod [18] conversa est, est [19] sub [20] alia quantitate. Item si sit adnihilata [21] adhuc plus differunt, sicut ens et non ens. Licet ergo per istam eandem quantitatem ista substantia conversa prius differret numero ab [22] omni alia, sed nunc [23] per illam a nulla differre [24] potest. Et ista substantia nunc isti quantitati subintroducta [25] per istam quantitatem differt ab omni alia ; et sic per istam quantitatem haec possit differre ab illa ; non e converso ; per aliud tamen est [26] dare huiusmodi differentiam, ut dictum est.

Propter [27] argumentum autem [Cod. V, fol. 184 Vb] in oppositum ulterius est intelligendum quod posset dici quod, licet ita esset quod materia nunc existens sub aliqua forma substantiali sit eadem numero cum materia quae prius fuit sub ista, non tamen oporteret dicere in proposito quod [Cod. R, fol. 181 Va] concluditur ; quia licet substantia composita ex materia et forma non habeat esse nisi sub quantitate, tamen actualitatem suam substantialem non habet ex ista, sed solum accidentalem, scilicet extensionem ; et ideo cum ponitur fuisse substantia in actu sub aliqua quantitate, deinde ista non existente ibi, ponitur ibidem substantia quae non fuit prius, non oportet ponere quod ista substantia sit eadem in actu cum alia simpliciter sine actualitate substantiae, sed solum in actu quantitativo vel secundum quantitatem. Sed quia materia secundum se et ex se nullam actualitatem habet nec unitatem nec distinctionem, sed sua actualitas est actualitas formae substantialis, videretur quod materia, quae est sub forma substantiali sub qua fuit alia, cum non habeat aliam actualitatem ab actualitate praecedentis, quod sit una et eadem in actu cum illa.

Quod autem ita sit [28] videtur aliquibus, quia materia per se solum ens est in potentia ad formam et ad esse per formam quia secundum se nec est quid nec quale nec quantum ; et ideo ubicumque est eadem forma [29] substantialis, est etiam eadem materia undecumque [30] veniat, cum per formam habeat et esse et esse unum in actu : et sic cum materia quae prius non fuit sub [31] forma sub qua fuit materia alia, habet esse sub eadem forma, habet eandem actualitatem et unitatem [Cod. P, fol. 247 Rb] quam habuit alia et ideo est eadem simpliciter.

Sed illud non [32] videtur verum : quia, licet materia sit secundum se [33] ens in potentia, non est tamen privatio ; nec est simpliciter non ens ; sed habet aliquam entitatem positive, alioquin omnis substantia materialis esset omnino simplex secundum rem nisi entitas materiae esset alia ab entitate formae etiam cum est sub illa [34]. Et forma sine materia haberet perfecte omnem entitatem substantialem quam habet compositum. Nec diceretur quod aliqua plura, puta : materia et forma, pertinerent [35] ad essentiam vel quiditatem substantiae materialis ; ex quo materia nullo modo poneret in numerum [36] essentialem. Nec diceretur forma in composito communicare suam actualitatem alicui cum non possit eam communicare nisi enti, non autem sibi ipsi : et ideo alteri actualitatem tamen non habenti.

Est enim materia medium inter non ens simpliciter et ens in actu. Si ergo ita esset quod materia nullam entitatem et nullam unitatem [Cod. Q, fol. 138 Ra] haberet nisi a forma, sic scilicet quod sua entitas et sua unitas substantialis esset ipsa entitas et unitas formae, verum esset quod dicitur ab istis ; quia sic tamen ponatur manere eadem forma quae prius et materia adveniens non habet aliam entitatem vel unitatem quam ipsa forma, esset etiam eadem materia omnino quae prius. Sed non est ita.

Sed verum est quod materia entitatem suam non habet nisi sub forma et in composito. Non est tamen sibi haec sua entitas essentialiter ex entitate formae ; immo secundum illam est ingenita et incorruptibilis secundum **Philosophum** (1), cum entitas formae materialis secundum essentiam per generationem et corruptionem compositi generatur et corrumpitur. Et fit variatio formarum circa unam et eandem materiam secundum rem et essentiam. Quamvis enim verum sit quod compositum per se generatur et in composito non solum forma, sed etiam materia generatur, tamen aliter et aliter ; quia forma in composito sic generatur quantum ad eius essentiam quod secundum nullam entitatem suam [37] praeerat nisi in potentia alterius secundum essentiam ab entitate ipsius formae ; non sic autem generatur [**Cod. P, fol. 247 V**[a]] materia quantum ad eius essentiam, sed [38] ipsa [39] quae secundum suam essentiam praeerat [**Cod. R, fol. 181 V**[b]] sed pertinens ad essentiam [40] alterius compositi, per generationem alterius compositi ex priori composito ratione huius materiae sit materia illius compositi et ad eius essentiam pertinens, licet etiam forma sit de essentia compositi [**Cod. V, fol. 185 R**[a]], non est tamen [41] de essentia materiae, sed manet una et eadem materia differens secundum suam essentiam ab entitate formae sub formis contrariis ; et sic [42] differens a se ipsa non secundum essentiam sed secundum esse.

Sed non potest dici sic manere una et eadem forma, alioquin cum contrarium generatur ex contrario secundum formam, si materia sub utraque forma non maneret in sua entitate essentiali una et eadem, quod oporteret si non haberet entitatem neque unitatem [43] nisi a forma, sicut ista non communicant in unitate formae, sic nec communicarent in unitate materiae. Et sicut materia quaecumque successive habens esse sub una et eadem forma sub qua fuit prius alia materia ibi nunc non existens, esset omnino una propter entitatem et unitatem [44] formae unius, ita etiam materia successive habens esse sub diversis et contrariis propter diversitatem actualitatum et entitatum huiusmodi formarum, huiusmodi materia [45] esset omnino plures et secundum rem et essentiam plurificata ; et non esset maior unitas materiae existentis sub forma aeris generati ex aqua ad materiam huius aquae praecedentis quam ad materiam ignis ; nec magis diceretur generatus ex aqua secundum aliquid eius quam ex igne secundum aliquid eius.

Quantum ad hoc ergo dicendum quod verum est quod materia suam entitatem essentialem et unitatem non habet nisi sub forma. Sicut etiam dictum est de substantia individua materiali respectu quantitatis quantum ad eius unitatem numeralem, actualitatem etiam simpliciter habet a forma substantiali ; et sic etiam unitatem et distinctionem simpliciter ; quia hoc per se formae substantiali quae est actus simpliciter convenit et per eam etiam materiae. Et verum est quod, sicut dictum est, omnis materia omni materiae [46] respectu [**Cod. P, fol. 247 V**[b]] eiusdem formae substantialis est eadem sim-

pliciter ; nec inter eas esset distinctio nisi ex alio. Sed cum materia quae fuit sub una forma [47] substantiali transferatur ab ista forma et iterum alia materia sit sub forma a qua materia prior discessit, planum est quod haec materia differt [48] ab illa. Sed verum est quod non per formam istam sub qua nunc est ista materia et sub qua etiam fuit alia [49], sed se ipsa haec est alia ab illa essentialiter, quia nec haec [50] entitas materiae est entitas illius quae iam non est sub hac forma, sed in sua entitate et realitate discessit.

Sed verum est quod ad hoc quod sic una materia differat ab alia secundum suam entitatem essentialiter, oportet quod aliquo modo maneat in hac sua entitate et non penitus annihiletur. Non potest autem sic manere quod non annihiletur nisi sub aliqua alia forma huiusmodi sua entitas aliquo modo conservetur. Et hoc potest intelligi dupliciter : uno modo sic quod absque eius in aliud transmutatione illa [51] per se ipsam [52] immediate aliqua alia forma informetur. Et si hoc est possibile, planum est quod huiusmodi duae materiae differunt etiam secundum huiusmodi plures actualitates vel secundum suas [53] **[Cod. Q, fol. 138 R^b^]** entitates quas habent plurificatas sub huiusmodi pluribus actualitatibus ; alio modo sic quod ista [54] entitas huiusmodi materiae in entitatem alterius materiae per transubstantiationem convertatur et sic in illa [55] transubstantiata et conversa aliquo modo manens, non quidem in se sed in alio. Et in hoc etiam dicitur aliquo modo manere sub actualitate formae **[Cod. R, fol. 182 R^a^]** sub qua per se manet materia in quam haec est conversa. Et secundum hoc etiam patet quod hoc modo differt una materia ab alia [56] aliquo modo secundum plures actualitates sive secundum suas entitates quas habent dicto modo sub diversis formis aliquo modo plurificatas. Si etiam prior materia omnino annihiletur [57] materia subintroducta [58] sub forma manente [59] non poterit dici eadem cum priore ; immo magis diceret ab illa quam si sub alia forma remaneret, quia sic differret materia una ab alia sicut ens a non ente quod etiam fuit ens.

Et sic est dicendum quod quamvis talis materia habeat eandem actualitatem **[Cod. P, fol. 248 R^a^]** formalem quam habuit prima cum sit in actu per eandem formam, non debet tamen dici quod habeat eandem entitatem loquendo de propria sua entitate essentiali quam, ut dictum est, non habet a forma, sed a se ipsa essentialiter a Deo effective. Et ideo etiam esset dicendum quod tale compositum non est unum et idem numero omnino, quia non secundum materiam.

Ista autem dicuntur supponendo quod sub una quantitate **[Cod. V, fol. 185 R^b^]** possit esse alia et alia substantia, et quod sub una forma possint esse plures materiae. Sed quomodo hoc sit possibile nunc non inquiritur [60].

[1] suam *add.* Q ; *deinde del.* — [2] *om.* Q. — [3] ipam lem Q. — [4] en *add.* Q : *postea del.* — [5] iurefactionem Q. — [6] et secundum] *om.* Q. — [7] oporea Q. — [8] nec unitatem] *om.* P. —

[9] vis QR. — [10] *om.* V. — [11] et forma substantialis et eadem quantitas. positione autem facta non est eadem materia *add.* R. — [12] huius VPQ. — [13] p *add.* Q ; *postea del.* — [14] isto *scripsit et del.* V. — [15] aliqua quantitate] quantitate aliqua V. — [16] sit Q. — [17] ista V. — [18] quo V. — [19] *om.* R. — [20] substantia R. — [21] adunata P. — [22] a *add.* Q. ; *postea del.* — [23] nec P. — [24] differret R. — [25] subinto ducta Q ; subintroducta *corr.* Q. — [26] tamen est] est tamen V. — [27] per P. — [28] ita sit] sit ita V. — [29] forma *add.* Q ; *deinde del.* — [30] est eodem *add.* Q ; *postea del.* — [31] alia *add. in marg.* V. — [32] illud non] non illud Q. — [33] materia — se] secundum se materia sit V. — [34] ipsa V. — [35] pertinent VPQ. — [36] materiam P. — [37] suae P. — [38] licet R. — [39] ipsam Q ; ipsa *corr.* Q ; — ipsam R ; *litteram* p *del.* R. — [40] ad *add.* Q. — [41] *om.* Q. — [42] *om.* Q. — [43] entitatem P. — [44] entitatem et unitatem] unitatem et entitatem PRQ. — [45] forma P. — [46] personae R. — [47] una forma] forma una V. — [48] diceret P. — [49] materia *add.* Q ; *deinde del.* — [50] *om.* R. — [51] ista V. — [52] illam PRQ ; istam V ; ipsam *in marg. corr.* V. — [53] en *add.* Q ; *deinde del.* — [54] sit *add.* Q. — [55] illam PQ. — [56] essentia *add.* Q ; *postea del.* — [57] annihilaretur P. — [58] introducta P. — [59] forma manente] manente forma V. — [60] requiritur P.

(1) Resp. ARISTOTELIS *Physica*, l. I, c. 9 (I, 192 a).

QUAESTIO III

Utrum ad hoc quod quantitas remanens possit transmutari oporteat praeter quantitatem determinatam ponere aliam quantitatem indeterminatam

Consequenter ad secundum arguebatur quod praeter quantitatem determinatam oportet ponere quantitatem indeterminatam realiter differentem a determinata [1] ; quia motus non potest esse sine mobili. In ista ergo transmutatione secundum quantitatem oportet ponere subiectum [2] mobile. Non autem potest poni subiectum ipsa quantitas secundum quam fit transmutatio, quae dicitur quantitas determinata ; nec etiam substantia, quia nulla tunc subest. Ergo oportet ponere pro subiecto aliquam quantitatem intransmutabilem quae potest dici indeterminata, quia stat cum quacumque determinata.

Contra. Materia prima est potentia simpliciter in genere substantiae. Ergo illud quo [3] primo perficitur est actus simpliciter in genere substantiae [4]. Sed si ponatur quod dimensiones aliquae indeterminatae praecedunt omnem formam substantialem et omnem quantitatem determinatam in materia, forma accidentalis primo perficeret materiam quam forma substantialis ; et sic illud quod dicitur ipsa forma substantialis realiter esset forma accidentalis, quia adveniret iam enti in actu ; et illud quod dicitur forma accidentalis esset

realiter forma substantialis, quia esset actus primus materiae. Hoc autem est inconveniens. Ergo. Et cetera.

Responsio. Dicendum quod duplex invenitur modus ponendi dimensiones indeterminatas in materia : unus antiquus, verus et rationalis, si bene et recte intelligitur ; alius novus qui rationalis non videtur. Primus modus videtur esse **Commentatoris** (1), et est inductus propter necessitatem materiae ad hoc quod simul habeat esse sub pluribus formis substantialibus vel successive, quoniam subiectum formae substantialis est materia : et subiectum [**Cod. P, fol. 248 R**[b]] plurium formarum non potest esse simul una et eadem materia, et ipsa secundum se est indivisa et indistincta. Cum ergo sicut oportet materiam praeintelligi formae substantiali ut subiectum, ita oportet plures materias [5] praeintelligi pluribus formis substantialibus. Non potest enim simul plures formas recipere nisi habeat esse divisibile et plurificatum. Hanc autem plurificationem non potest habere materia nisi per quantitatem formaliter de cuius ratione est per se habere partes eiusdem rationis. Ideo oportet ponere quantitatem praecedere [6] in materia plurificationem formarum substantialium. Dicitur autem indeterminata, quia ad hoc solum requiritur in materia ut eam simpliciter reddat divisibilem et plurificabilem non sic determinate vel sic. Unde [**Cod. R, fol. 182 R**[b]] sicut ipsa materia ratione suae potentiae indeterminationem habet respectu cuiuscumque [7] formae substantialis, ita etiam divisibilitas eius per quantitatem, ad hoc quod sic possit esse sub pluribus formis, erit quid indeterminatum respectu quarumcumque [8] formarum plurium ; [**Cod. Q, fol. 138 V**[a]] et sic ad modum materiae quantitas etiam [9] indeterminationem habet. Sed huiusmodi quantitas diversimode determinatur secundum condicionem diversarum formarum.

Item, quia materia non est susceptibilis plurium formarum successive nisi per transmutationem, materia autem non est transmutabilis nisi praesupponatur extensa et divisibilis per quantitatem, alioquin indivisibile posset transmutari et moveri ; quia etiam generans [10] generat aliud propter aliam materiam et ex alia materia, et hoc non habet materia sine quantitate ; ideo sicut ante formam substantialem per generationem inducendam oportet praecedere materiam, ita etiam et quantitatem. Et dicitur indeterminata modo supradicto consimili modo indeterminationis materiae, quia scilicet secundum se non determinat sibi formam corrumpendam nec etiam [11] generandam, quia cum forma corrumpenda corrumpitur, non videtur ipsa quantitas corrumpi : et cum generanda generatur non videtur ipsa generari. Sed sicut materia secundum substantiam manet sub utroque termino, ita videtur etiam quantitas aliquo modo [12] manere ; sed aliam terminationem [**Cod. P, fol. 248 V**[a]] habet ab alia et alia forma determinata secundum exigentiam ipsius formae.

Sed est intelligendum quod propter praedicta non oportet ponere unam et eandem quantitatem secundum essentiam sub quacumque ratione indeterminabili praecedere in materia quamcumque formam substantialem

ipsam materiam simul cum ista quantitate perficientem ; quia, cum entitas materiae non sit nisi quaedam potentia in gencre substantiae, unde dicit **Commentator** (2) quod materia substantiatur per posse, ideo illud quod primo et per se dicit actualitatem materiae non est nisi forma substantialis. Unde materia non potest intelligi in actu nisi per [**Cod. V, fol. 185 V**a] actum substantialem primo et per se ; et sic necessario primus actus potentiae substantialis quae est materia est actus simpliciter sicut materia est potentia simpliciter ; et est forma substantialis. Et quicquid advenit post, est eius actus secundum quid et accidentalis. Et est ordo talis quod materia considerata ut subiectum formac primo et per se perficitur per formam substantialem, quae sola nata est reducere hanc potentialitatem materiae ad actualitatem ; deinde materia cum forma subiectum est omnium accidentium.

Ad intelligendum ergo quomodo potest dici quod huiusmodi dimensiones aliquo modo praecedant formam substantialem, est notandum quod si consideretur materia sub ratione qua subiectum est et [13] rationem subiecti habet respectu formae substantialis simpliciter, sic non potest aliquid intelligi praecedere ipsam formam in materia ; quia forma se ipsa primo et per se et immediate perficit potentialitatem materiae ; sed si consideretur materia ut subiectum plurium formarum in actu vel [14] ut subiectum transmutabile de forma in formam, sic oportet aliquo modo quantitatem esse priorem forma substantiali, non sic quidem quod sint [15] priores dimensiones secundum naturam forma receptibili in materia sive pluribus formis simul natis esse in materia in entitate quae ipsi formae debetur secundum esse substantiarum [16] simpliciter, sed sic quod sunt naturaliter priores non solum quam forma, sed etiam quam ipsa materia in esse [**Cod. P, fol. 248 V**b] divisibili materiae quod est materiam simul habere plures partes eiusdem rationis ; et ita etiam quantitas est prior naturaliter quam forma in quantum materia praesupponitur ut subiectum plurium formarum. Sicut etiam alias dictum est de quantitate determinata respectu [17] substantiae compositae in actu per formam determinatam [18] [**Cod. R, fol. 182 V**a]. Nam cum dimensiones indeterminatae et quantitas simpliciter sint [19] causa in hoc quod est substantiam esse divisibilem et actu divisam in plures partes maxime eiusdem rationis, et causa prior est causato, necesse est eas praesupponi et esse priores naturaliter quantum ad hoc esse divisibile substantiae. Sed esse substantiae compositae naturaliter prius est in ratione subiecti et causae materialis omni quantitate quae est in ea.

Nec est inconveniens quod secundum illud esse cuius causa est accidens formaliter sit prius naturaliter secundum rationem causae formalis ; quia ubique naturaliter est causa prior [20] effectu vel causato ; et sic [21] etiam substantia composita est prior [22] simpliciter in genere causae materialis omni quantitate [**Cod. Q, fol. 138 V**b].

Sed si consideretur materia secundum transmutationis rationem sive prout illa [23] materia habet rationem transmutabilis, est intelligendum quod

quaedam insunt necessario materiae ante formae substantialis introductionem, scilicet contrarium vel oppositum ex quo debet fieri illud quod fit, et privatio ratione eius quod fiendum est. Et ex eadem ratione oportet praesupponere in materia quantitatem indeterminatam, quia sicut non transmutatur aliquid nisi quod est sub contrario, ita non transmutatur nisi quod est quantum.

Sed licet praesupponatur necessario contrarium et quantum in eo ex quo debet fieri generatio ante formam introducendam, contrarium tamen non manet. Sed quantitas dicitur manere non quidem realiter et essentialiter [24] eadem. Quia enim contrarium repugnat contrario et per se corrumpitur ab illo, ideo nullo modo dicitur manere nisi in potentia materiae [25]; sed quia quantitas eius ex quo fit generatio et quantitas generati secundum se sunt eiusdem rationis, propter hoc eius ex quo fit generatio non corrumpitur quantitas per se, sed per accidens, in quantum scilicet per se corrumpitur [**Cod. P, fol 249 R^a**] substantia composita contraria [26] quae erat per se subiectum talis quantitatis ; et inducitur consimilis in composito generato, sicut etiam dicitur de qualitatibus symbolis quae dicuntur aliquo modo manere in utroque termino.

Et secundum hunc modum ponendi non potest ostendi quod motus praedictus non sit sine mobili ; quia quantitas quae extenditur non habet sibi subiectam aliam quantitatem in qua extenditur ; quia secundum hunc modum ponendi non dicitur quantitas terminata et indeterminata [27] ut distinguantur realiter sic quod una alteri possit esse subiecta.

Item si differrent quantitas determinata et indeterminata realiter. et quantitas indeterminata praecederet formam substantialem, tunc in sacramento Eucharistiae quantitas indeterminata post conversionem non remaneret sub speciebus sacramenti, forma [**Cod V, fol. 185 V^b**] substantiali quam praecedit non remanente ; et sic praedictus motus non posset huiusmodi quantitatem habere pro subiecto.

Alius modus ponendi est quod, cum inveniatur in materia esse tantum vel tantum [28], scilicet multum vel paucum et occupare tantum de loco vel tantum ; [29] quia in uno pugillo terrae plus est de materia quam in uno pugillo aquae, nec tamen plus occupat de loco quia in uno pugillo terrae tantum est de materia quantum [30] in decem pugillis aquae, et tamen decem pugilli aquae occupant decuplum de loco : nullum horum habet materia de se, quia non est nisi potentialitas quaedam, ideo oportet quod hoc [31] habeat secundum aliquem actum non substantialem sed accidentalem. Et quia quicquid importat magnitudinem aliquam vel pluralitatem ad quantitatem pertinet, ideo oportet utrumque modorum praedictorum quantitati convenire : et oportet quod quantitas per quam materia est tanta non sit eadem cum ista per quam materia occupat tantum locum, quia variata ista non variatur illa ; puta : cum de uno pugillo aquae fiunt decem pugilli aeris : et ideo etiam illa [32] quantitas prior est alia et est ei subiecta et

fundatur alia in illa. Et huiusmodi quantitas dicitur quantitas indeterminata, [**Cod. P, fol. 249 R**[b]] quia manet sub diversis dimensionibus terminatis quae sunt [**Cod. R, fol. 182 V**[b]] quantitates secundum quas aliquid occupat locum. Et secundum hoc volunt dicere isti qui hoc ponunt quod potest salvari augmentum et diminutio in speciebus sacramenti nec est motus sine mobili per hoc quod eaedem dimensiones interminatae subiciuntur maioribus vel minoribus dimensionibus determinatis.

Sed videtur quod huiusmodi quantitas indeterminata non potest poni praecedere formam in materia, quia tunc non separaretur a materia talis quantitas nisi forma substantialis, quam naturaliter praecederet, separaretur ; et sic forma substantialis cum materia, inter quae quasi medium ordinem naturae tenet huiusmodi quantitas, non possent converti in aliquid aliud, huiusmodi quantitate [33] sine istis remanente, cum tamen isti [34] ponant quod est in sacramento altaris talis quantitas, non autem forma substantialis.

Hoc etiam patet per hoc quod dictum est supra, quod oportet primum actum in materia esse formam substantialem. Si autem non praecedat formam naturaliter sed materia secundum se et per se est subiectum [35] formae, nihil videtur facere quantitas talis ad hoc quod materia pugilli terrae possit esse sub decem pugillis aquae et materia unius pugilli aquae [**Cod. Q, fol. 139R**[a]] non potest fieri sub forma unius pugilli terrae. Ex quo enim in ordine materiae ad formam non intelligitur aliquid medium in ratione subiecti, talis quantitas nihil facit ad id quod dictum est.

Si ergo quantitas aliquid faciat in materia respectu formae, hoc est quod facit quod, quia materia divisibilis est et actu divisa, simul potest esse subiectum plurium formarum. Huiusmodi autem divisibilitas est per quantitatem indeterminatam primo modo praedicto. Et quia cum est quanta potest esse subiectum transmutationis de forma ad formam, ideo, ut praedictum est, in materia requiritur talis quantitas. Cum ergo materia comparetur ad formam duobus modis : uno modo in ratione subiecti ; et ad hoc quod subiciatur uni formae et per eam informetur, non requiritur nisi ipsa essentia materiae ; ad hoc autem quod simul pluribus formis informetur, requiritur quod sit [36] divisibilis, immo actu divisa modo supradicto ; alio vero modo comparatur ad formam in ratione transmutabilis ad illam [37] ; et ad hoc requiritur [**Cod. P, fol. 139 V**[a]] quod sit aliquid quantum ; — videtur quod sine causa ponitur alia quantitas in materia quam modo supradicto. Et ideo fictio [38] est dicere quod immo est ibi quaedam alia quantitas interminata ; quia, cum quantitas prima divisione dividatur in continuam et discretam, et non sit discreta, oportet quod sit continua. Sed omnis talis est quam communiter dicimus quantitatem indeterminatam vel terminatam [39] secundum intellectum supra tactum.

Item non videtur possibile quod in eodem sint simul diversae quantitates vel continuae vel discretae vel cuiuscumque condicionis, quia [40] qua ratione

dicitur quod in eodem sunt sic [41] plures quantitates simul, ita poterit etiam dici de quolibet alio praedicamento. Et dicetur quod sub speciebus panis [Cod. V, fol. 186 R^a] remanet quaedam substantia interminata. Sed substantia terminata est [42] transubstantiata, et sic de aliis. Unde **Commentator** (3) qui ponit dimensiones interminatas nihil de istis [43] cogitavit.

Item ratio propter quam isti [44] (4) ponunt dimensiones tales non valet; quia quod ex uno pugillo terrae possunt fieri centum [45] pugilli aeris et ex uno pugillo aquae non nisi decem, huius causa non est alia quantitas quae est in terra et alia quae est in aqua. Sed potest dici secundum aliquos quod huiusmodi [46] causa est dispositio secundum raritatem et densitatem, quia materia existens sub dispositione quae densitas dicitur [Cod. R, fol. 183 R^a] est in potentia ad aliquid ad quod non est materia in potentia existens sub raritate, cum sic utrobique est sub eadem quantitate sive aequalis quantitatis. Nunc autem illud quod fit non fit ex materia nuda, sed ex materia sub determinata quantitate et sub determinatis dispositionibus, scilicet raritate et densitate et qualitatibus aliis existente. Nec quidlibet fit ex quolibet, sed determinatum ex determinato. Et ideo, ut aliqui dicunt (5), quod ex materia existente in aliquo mixto sub determinata quantitate et densitate non potest fieri corpus aliud [47] maius [48] sub eadem densitate ab agente naturali, hoc contingit quia non agit ex materia secundum se, sed secundum quod est sub determinatis dispositionibus, ut nunc dictum est. Sed agens infinitae [Cod. P, fol. 249 V^b] virtutis quod attingit immediate essentiam materiae nec per se requirit tales dispositiones, cum scilicet agit ex materia secundum rationem obedientialem, ex materia existente sub quacumque quantitate et densitate potest facere quantumque corpus sub eadem densitate absque additione [49] materiae. Et secundum hoc ponunt (6) quod virtute divina ex materia existente sub costa Adae absque additione alicuius alterius potuit Deus formare corpus mulieris, quod non potuit fieri virtute agentis finiti.

Sed melius videtur dicendum quod non debet omnino negari quin in denso eiusdem quantitatis cum aliquo raro [50] sit plus de [51] materia quam in illo raro; et tamen hoc plus non est referendum ad aliquam quantitatem proprie dictam nec ad aliquam dispositionem vel rem aliam a densitate et ipsa quantitate dimensiva et ab ipsa entitate materiae. Sed hoc [52] videtur sic intelligendum quod, sicut videmus quod quando aliquod corpus macillentum [53] tantum recipit de nutrimento quod etiam augmentatur manens sub aequali densitate sicut prius, licet ista augmentatio fiat sine [54] additione quantitatis, quia non additur nova sed educitur de potentia materiae maior quam prius erat, et quantitas nutrimenti corrumpitur: nec per additionem densitatis vel cuiuscumque alterius [Cod. Q, fol. 139 R^b] dispositionis vel qualitatis, quia talium non manet aliquid; nec per additionem formae substantialis, quia ista corrumpitur, fit tamen additio materiae nutrimenti ad materiam nutriti [55] quia essentia vel entitas materiae nutrimenti non cor-

rumpitur nec annihilatur, sed simul cum materia nutriti [56] induit formam ipsius. Et secundum hoc oportet ponere quod in tali est aliquid entitatis materiae quod prius non erat indistinctum, tum in actu distinguibile tum in potentia sic quod etiam ex tali corpore sic augmentato poterunt educi partes huiusmodi [57] materiae existentes in illo sicut in potentia ad actum secundum plures formas sub maiori quantitate quam de corpore macillento ; et sic materia quodam modo habet partes quae existentes quasi [58] in potentia extrahuntur quasi de potentia in actum, cum materia unius corporis plurificatur sub [**Cod. P, fol. 250 R**[a]] pluribus formis et extenditur plus quam materia alterius corporis et quam poterat extendi antequam sic materia adveniret.

Sed non est intelligendum per huiusmodi [59] partes materiae partes proprie dictas, quia sic aliquid quantitatis importarent ; sed est intelligendum per hoc [60] quod materia alicuius corporis est habens entitatem sic extensibilem et sic reducibilem in actum sub partibus quantitativis [61] aliter quam materia alterius corporis. Cum enim materia secundum suam essentiam sit ingenerabilis et incorruptibilis, [**Cod. V, fol. 186 R**[b]] materia quae est sub aliqua forma semper [62] secundum suam essentiam manebit ; et similiter materia quae est sub alia. Et oportet ponere quod entitas huiusmodi [63] materiae non est entitas illius etiam circumscripta [64] entitate formae, licet non [65] habeat suam entitatem sine aliqua forma nec habeat distinctionem hanc nisi sub forma alia et alia.

Ergo si materia existens [**Cod. R, fol. 183 R**[b]] sub altera illarum formarum unitur materiae existenti sub alia, oportet ponere quod ibi sit aliquid entitatis materiae quod prius non erat, licet sit indistincta ab illa cui unitur ; et ex hoc etiam contingit [66] quod ex isto composito potest generari aliquid quod [67] prius non poterat. Et secundum hunc modum est intelligendum [68] quod illud ens modo habet plus de materia quam prius.

Et secundum istum modum probabilius videtur, ut alii dicunt (7), quod etiam [69] virtute divina non potuit formari tam grande et tam densum corpus mulieris ex una costa sine additione alterius materiae.

Sed sic secundum praedicta non videtur sublata difficultas quaesiti [70] ; quia non videtur quod in tali transmutatione sit [71] aliquid pro subiecto. Nunc autem difficile videtur ponere transmutationem sive motum sine mobili vel transmutabili. Quamvis enim ponendo fieri mutationem secundum accidentia, sicut aliqui videntur intelligere, posset faciliter poni quod quantitas mutaretur secundum [72] maius et minus, et etiam qualitas secundum magis et minus absque alio subiecto. Hoc tamen non est facile ponendo huiusmodi [73] mutationes se habere sicut videntur se habere secundum veritatem ; nam si intelligatur quod in tota transmutationne dictorum accidentium manet unum et idem accidens secundum rem et essentiam invariatum, fit autem [**Cod. P, fol. 250 R**[b]] variatio circa illud secundum gradus praedictos, tunc [74] dicetur quod ex quo accidens secundum rem manet, non autem secundum

huiusmodi gradus, quod ista essentia accidentis erit pro subiecto et dicti gradus erunt pro terminis.

Sed quia, ut alibi tactum est, videtur quod impossibile est sic fieri talium mutationem, quia tamen subiectum motus et terminos realiter differre oportet, album autem secundum essentiam et magis album et minus album non differunt realiter, non potest dici quod fiat variatio secundum minus album et magis album quin fiat variatio secundum ipsam essentiam albedinis, cum magis album et minus album non sunt nisi id ipsum essentialiter quod album. Isto modo ergo non potest poni fieri mutatio talis ; et ideo cum oporteat ponere in omni motu esse aliquid quod se habeat aliter nunc quam prius, ubi autem est subiectum differens a forma secundum quam fit motus, potest hoc inveniri ; non autem ubi non est mobile, quia cum semper fiat variatio secundum essentiam ipsius formae, licet sit invenire aliam formam nunc quam prius, hoc tamen non videtur sufficere ad [75] motum ; quia licet verum sit quod nunc est alia forma quam prius, non est tamen aliquid unum secundum rem nunc aliter se habens quam prius. Difficile ergo videtur in sacramento altaris ponere [Cod. Q, fol. 139 Va] motum rarefactionis [76] et condensationis cum non ponamus quantitati aliquod subiectum.

Item cum maior quantitas est alia secundum rem a minore [77] et non sit educta de potentia materiae quia non habet subiectum, tale autem ens dicitur creari, tunc in ista transmutatione minus fieret maius [78] non naturali transmutatione sed per creationem.

Item cum sub [79] speciebus sacramenti dicatur esse corpus Christi [80] sacramentaliter quamdiu manent [81] species quae substantiam panis affecerunt, si sic fit variatio quantitatis quod maior quantitas est alia a minori secundum rem [82], tunc non est [83] quantitas quae afficit substantiam panis et sic desinet ibi esse corpus Christi sacramentaliter ; quod tamen non ponitur.

Item adhuc arguunt aliqui sic : quia esse [Cod. P, fol 250 Va] successivorum consistit in successione et ordine suarum partium secundum prius et posterius, non potest autem esse prius et posterius in motu nisi sit aliquid quod variatur secundum prius et posterius ; ergo ; et cetera [Cod. R, fol. 183 Va].

Et est dicendum [Cod. V, fol. 186 Va] quod oportet ponere motum sine mobili in proposito. Sicut enim virtute divina habet esse accidens in facto esse et quiete et sine subiecto [84], ita etiam potest [85] habere [86] esse in fieri et in motu sine subiecto ; quia sicut virtute divina habet accidens esse et conservari sine subiecto, ita etiam divina virtute habet ut omnia quae sibi convenire possent in subiecto, sibi conveniant sine subiecto. Sicut ergo extensione quantitatis, quae est extensio per essentiam, extenditur substantia secundum [87] participationem huiusmodi extensionis per essentiam ; et ita extensio posset variari secundum maius et minus in substantia ; et secundum hoc etiam participative diceretur illa [88] substantia maior et minor, ita etiam cum sine

subiecto maneat in sua entitate quae est ipsa [89] extensio cui natum est convenire maius et minus, sicut secundum cam fieret transmutatio si esset in subiecto, poterit etiam fieri huiusmodi transmutatio in illa existente sine subiecto.

Est tamen circa hoc intelligendum quod illud secundum quod fit primo et per se transmutatio in proposito non est omnino sine subiecto, quia huiusmodi transmutatio fit secundum variationem secundum rarum et densum ; ista autem variatio etiam fit secundum variationem secundum calidum et frigidum et ad huiusmodi [90] transmutationem sequitur extensio vel contractio quantitatis ; et sic quasi per accidens et [91] ex consequenti fit transmutatio secundum quantitatem. Et secundum hoc, quia illud secundum quod primo et per se fit haec mutatio non est sine subiecto, potest dici quod hic [92] non est motus omnino sine mobili. Quia tamen illud quod hic [93] ponitur pro subiecto eius secundum quod per se fit transmutatio, etiam transmutatur et suae transmutationi [94] non potest subiectum assignari, ideo ratione huius [95] dicitur motus esse sine mobili in proposito.

Licet ergo sub quantitate non sit aliquid [**Cod. P, fol. 250 V^b**] unum et idem secundum rem aliter se habens nunc et prius secundum aliquam formam et sic non sit motus secundum completam rationem sibi secundum cursum naturae convenientem, quia tamen ad essentiam motus principaliter pertinet ipse fluxus formae vel ipsa forma secundum esse suum in fieri, et hoc in proposito invenitur ; ideo licet non sit unum subiectum aliter se habens nec etiam unum accidens sed accidens aliud et aliud, quia tamen illud accidens non sic est aliud et aliud [96] quod aliquando habeat esse interruptum sic quod secundum se sit corruptum et iterum regeneratum [97] aliud consimile nec sic quod unum sit alteri contrarium, sed sic quod est unius rationis secundum formam et speciem et in esse continuo, id est sine interruptione licet secundum quoddam fieri succesivum conservatur, hoc non [98] impedit quin possit dici habere rationem motus.

Ad aliud dicendum quod sicut in potentia subiecti erat ut ab agente creato post minorem quantitatem introduceretur maior sine creatione [99] et hoc in ipso subiecto, ita etiam in quantitate a subiecto separata quod fit miraculose virtute Dei infinita illam [100] sic sine subiecto reservante, absque alio novo miraculo [101] remanet haec vis ut post minorem consimiliter fiat ab agente modo naturali et sine creatione maior sine subiecto, quae fieret [102] in subiecto si esset. Et est ibi terminus a quo [**Cod. Q, fol. 139 V^b**] minor quantitas secundum aliquem gradum a quo incipit motus, terminus ad quem quantitas maior secundum alium determinatum gradum ad quem stat huiusmodi transmutatio. Motus autem [103] vel transmutatio est fluxus quantitatis indeterminatae inter istos gradus determinatos habens esse inter illos secundum gradus quasi infinitos et indeterminatos [**Cod. R, fol. 183 V^b**] inter medios non existentes in actu simpliciter sed secundum successionem et in actu permixto potentiae. Sed si fieret aliqua quantitas sic secundum se quod nec

de potentia subiecti educeretur nec haberet habitudinem ad quantitatem praeexistentem, illa proprie crearetur.

Ad aliud est dicendum quod hoc non obstante erit ibi etiam corpus Christi sacramentaliter, [Cod. P, fol. 251 R[a]] quia sicut substantia [104] vini vel panis non diceretur variari vel corrumpi propter quamcumque variationem in accidentibus, ita nec corpus Christi vel sanguis desinit esse sub speciebus propter quamcumque variationem illarum specierum, sed solum propter talem variationem specierum quae non posset esse nisi mutata substantia panis vel vini si ibi [Cod. V, fol. 186 V[b]] esset sicut ante transmutationem ; et ideo quamdiu manent huiusmodi species secundum esse non interruptum sub tali raritate et densitate et sub tali extensione quantitatis, et similiter etiam intelligendum est [105] de aliis accidentibus, quod scilicet si [106] panis conversus non esset, posset illis affici tamdiu remanet ibi corpus Christi sacramentaliter.

Ad aliud est dicendum quod ordo et successio partium in motu alicuius mobilis dicitur esse ex ordine et successione partium mobilis in motu locali qui est secundum ubi, quia scilicet talis motus non est in mobili nisi ex applicatione mobilis ad aliquid extra quoad [107] spatium quod est secundum quantitatem alterius corporis, unde talis motus causatur ex ordine et successione partium ipsius mobilis non inter se, sed in habitudine ad aliud spatium alterius corporis. Sed sic non est in motu secundum quantitatem qui est etiam secundum rarefactionem et secundum augmentationem ubi non est accipere per se et primo alias partes nec ordinem aliarum partium quam secundum quantitatem quae sunt unum subiecto cum materia quae extenditur ; et sic etiam separatae poterunt intelligi habere esse in fieri et successione absque alio.

[1] realiter — determinata] *om.* P. — [2] secundum P. — [3] modo *add.* Q ; *postea del.* — [4] ergo illud quo primo perficitur est actus simpliciter in genere substantiae *add.* R. — [5] formae substantialis — materias] *om.* R. — [6] praecedentem P. — [7] cuiusque P. — [8] quarumque P. — [9] autem V. — [10] gen *add.* Q ; *postea del.* — [11] in Q. — [12] man *add.* Q ; *postea del.* — [13] *om.* Q. — [14] *om.* Q. — [15] sicut 1[a] *m.* R ; sint *in marg. scrips.* R 2[a] *m.* — [16] substantiam QR. — [17] *om.* Q ; *suprascrips.* Q. — [18] determinata P. — [19] sicut P. — [20] posterior P. — [21] sicut Q. — [22] posterior P. — [23] ista V. — [24] et essentialiter] *om.* Q. — [25] materia P. — [26] *om.* P. — [27] interminata VQR. — [28] vel tantum] *om.* P. — [29] *om.* R : *suprascrips.* R. — [30] quam PR. — [31] haec R. — [32] ista V. — [33] quantitatis V. — [24] illi V. — [35] subiecta R. — [36] *om.* Q ; sit *suprascrips.* Q. — [37] illa R. — [38] sic tunc Q. — [39] interminatam R ; terminatam *corr.* R. — [40] *add.* Q ; *del.* Q. — [42] sunt sic] sicut sunt R. — [42] *del.* Q ; sed subtantia terminata est *add.* Q. — [43] illis R. — [44] illi R. — [45] scilicet *add.* P. — [46] huius P. — [47] in *add.* Q ; *postea del.* ; quod *add.* R. — [48] magis QR. — [49] coudicione R ; additione *corr.* 2[a] *m.* R. — [50] iviro R ; 1[a] *littera* i *postea del.* R. — [51] *om.* R. — [52] *om.* Q. — [53] macellentum Q. — [54] sub P. — [55] nutrimenti P. — [56] nutrimenti P. — [57] huius PR. — [58] *om.* V. — [59] huius Q. — [60] *om.* Q. — [61] quantitatis P. — [62] sed Q ; *postea del.* — [63] huius Q. — [64] conscripta QR. — [65] ut P. — [66] convenit R. — [67] *om.* Q. — [68] est intelligendum] intelligendum est V. — [69] in QR — [70] quauti RQ. — [71] si qui RQ. —

72 sed P. — 73 huius Q. — 74 terminus PR. — 75 u *add.* Q ; *postea del.* — 76 rerarefactionis Q ; rarefactionis *corr.* Q. — 77 secundum rem a minore] a minore secundum rem RQ. — 78 inanis P. — 79 *om.* 1ª *m.* Q ; *suppl.* 2ª *m.* Q ; *om.* R ; *in marg. scripsit* 2ª *m.* R. — 80 *om.* PRQ. — 81 maneret P ; manet V. — 82 item *add. in marg.* Q. — 83 esset QR. — 84 et *add.* QR. — 85 etiam potest] potest etiam V. — 86 ibi *add.* RQ. — 87 *om.* Q. — 88 ista P. — 89 sua R. — 90 huius Q. — 91 *om.* RQ. — 92 hoc PRQ. — 93 hoc P. — 94 suae transmutationi] transmutationi suae V. — 95 huiusmodi RQ. — 96 quia — aliud] *om.* R. — 97 regenerant PR. — 98 enim PR. — 99 causatione V. — 100 istam Q. — 101 novo miraculo] miraculo novo V. — 102 fiat Q. — 103 *om.* R. — 104 vi *add.* Q ; *deinde del.* — 105 intelligendum est] est intelligendum V. — 106 *om.* Q. — 107 quos Q.

(1) Cfr. Averroès, *Physica*, l. I, com. 63 (*op. cit.*, vol. 4). — (2) Cfr. Averroès, *Metaphysica*, l. VII, com. 9 (*op. cit.*, vol. 8, fol. 159 Vb). — (3) Cfr. Averroès, *Physica* (*loc. cit.*). — (4) Cfr. Aegidius Romanus, *Quodl.* II, q. XI (Lovanii, 1646, p. 76-78). — (5) Id., *ibid.* (loc. cit., p. 78-79). — (6) Id., *ibid.* (loc. cit.). — (7) Thomas Aquinas, *Summa theologica*, I, q. 92, a. 3. Ad primum.

QUAESTIO IV

Utrum caritas sit ratio formalis qua elicitur actus dilectionis

Deinde circa creaturam rationalem quaerebantur quaedam pertinentia ad omnes homines generaliter, quaedam pertinentia [1] ad quosdam specialiter.

Circa primum quaerebantur duo pertinenta ad appetitum rationalem [2] qui est voluntas. Primum est pertinens ad habitum vel virtutem perficientem voluntatem, scilicet ad caritatem : utrum caritas sit ratio formalis qua elicitur actus dilectionis [3]. Secundum pertinet [**Cod. P, fol. 251 R^b**] ad ipsum actum dilectionis : utrum scilicet a voluntate possit aliquid diligi immediate quod non cognoscitur immediate.

Ad primum arguebatur quod caritas non sit ratio formalis elicitiva actus, quia cum aliquid est ratio formalis elicitiva alicuius actus, si contingat [4] illud a substantia separari, eundem actum eliciet quem totum compositum virtute illius eliciebat, sicut patet quod si virtute divina calor ignis esset ab igne separatus, calefaceret. Sed si caritas esset [5] separata, non diligeret, cum non sit natura [6] rationalis. Ergo. Et cetera.

Contra. Illud quod est actus primus respectu actus secundi et sine quo actus secundus elici non potest, est ratio formalis elicitiva actus talis secundi [7]. Sed habitus caritatis in volontate est actus primus respectu actus secundi qui est diligere caritatem ; nec iste potest elici sine illo. Ergo. Et cetera.

Responsio. Dicendum quod aliquid habere rationem elicitivam actus alicuius potest intelligi dupliciter : vel active vel passive. Si ergo voluntas

ponatur potentia passiva respectu sui obiecti et actus, tunc et illa [8] et quicquid est in ipsa est principium [Cod. R, fol. 184 Rª] elicitivum passive ; si autem activa active. Nunc autem cum potentias naturales dicamus esse per se rationes [9] agendi vel patiendi, quae illis adveniunt accidentaliter possunt esse quaedam dispositiones ipsarum et non principia per se ad agendum vel patiendum, puta : lumen in sole dicimus potentiam illuminandi aerem active, diaphanum in aere [10] [Cod. Q, fol. 140 Rª] potentiam illuminandi passive [11]. Cum ergo voluntas sit naturalis potentia animae respectu actus diligendi in illa [12] per obiectum vel ab illa per se ipsam eliciendi, illa est per se principium elicitivum talis actus. Habitus autem quicumque superveniens est dispositio formalis ad hoc faciens quod ipsa potentia promptius et perfectius possit esse in actu sibi convenienti. Et secundum hoc videretur [13] dicendum quod obiectum voluntatis et illa [14] [Cod. P, fol. 251 V] voluntas per se sunt principia actus [15] diligendi per se elicientia ipsum : et gratia et caritas sunt quaedam dispositiones ad perfectius et promptius eliciendum. Sed [16] secundum hoc videremur incidere in errorem **Pelagii** (1) qui ponebat quod [17] sine gratia possumus [18] bene operari et mereri [19] sed perfectius et facilius hoc idem possumus cum gratia.

Et ideo circa hoc est intelligendum quod gratia, quae est id ipsum essentialiter quod caritas vel inseparabiliter ei annexa, est habitus necessarius ad hoc quod mens elevetur ad quandam supernaturalem [20] conformationem et assimilationem ad Deum per quam [21] simus Deo grati et accepti ; per quam etiam opera nostra sunt Deo grata et accepta et apud ipsum ex sua beneplacita ordinatione et constitutione quasi pactionali et non ex eorum secundum se pretio vel valore meritoria de condigno vitae aeternae [22].

Ulterius etiam [23] quia [24] voluntas non potest esse in actu diligendi nisi intellectus sit in actu cognoscendi [25] ; obiectum autem movens ad actum diligendi est aliquid apprehensum sub ratione boni et convenientis : secundum diversam autem [26] dispositionem alicuius secundum voluntatem vel appetitum [Cod. V, fol. 187 Rª] apprehenditur aliquid diligibile sub ratione convenientis vel disconvenientis; quia secundum quod dicit **Philosophus** [27] (2) tertio *Ethicorum* : qualis unusquisque est secundum appetitum talis finis videtur ei ; ideo etiam requiritur gratia vel caritas in voluntate ad hoc ut sic disponat voluntatem [28] quod ad diligenda ex caritate sic quodam modo confirmetur quod quando occurrit aliquid cogitandum de illis, apprehendantur sub ratione boni et convenientis, et voluntas ad illa [29] diligenda sic inclinetur. Et hoc quidem facit in mente caritas in quantum ipsam sic elevat et quodam modo spirituali in quandam conformationem ad Deum transformat.

Et hoc etiam est quod **Anselmus** (3) intendit in libro *De Gratia et Libero Arbitrio*, dicens quod voluntas movet se per [30] suas affectiones [31]. Quia, prout *ibidem* (4) declarat, per affectiones intelligit aliquas aptitudines vel dispositiones in voluntate secundum quas sic disponitur affectus [Cod. P.

fol. 251 V^b] quod quando talia occurrunt intellectui, apprehenduntur sub ratione convenientis ; et secundum hoc statim fit voluntas in actu. Unde dicit quod aliquis movet se ad volendum beatitudinem vel aliquid [32] huiusmodi per affectionem commodi, quia etiam cum talis dormit sic est dispositus quod [33] cum tale quid venit ei in mentem ut de illo cogitet, statim vult illud.

Et secundum hoc dicendum quod, cum respectu illorum [34] virtuosorum actuum qui [35] subsunt facultati naturali ad hoc quod aliquis secundum appetitum prompte et convenienter inclinetur in illis, requiritur aliquis habitus virtuosus [**Cod. R, fol. 184 R^b**] in ipso appetitu sic ipsum disponens vel afficiens et conformans, sicut patet intemperato [36] qui in actus temperantiae non inclinatur propter defectum habitus temperantiae, in quos [37] tamen temperatus inclinatur propter praesentiam habitus virtuosi ; multo magis respectu actuum virtuosorum qui facultatem naturalem [38] excedunt proportionalis [39] habitus requiritur.

Et secundum hoc est dicendum in proposito quod caritas et gratia est necessaria ad salutem, tum quia quicquid sine illa facere possemus non esset a Deo acceptum neque gratum Deo et praecipue in statu corrupto in quo omnes sumus filii irae. Nec etiam in statu innocentiae essent opera nostra Deo sic accepta quod per illa vitam aeternam meremur- quod tamen ponebat **Pelagius** (5) ; tum quia praeter hoc etiam caritas est habitus in voluntate qui ipsam sic afficit et diligibilibus [40] ex caritate sic conformat quod per hoc inclinatur ad quosdam actus dilectionis ad quos sine [**Cod. Q, fol. 140 R^b**] ista non inclinaretur. Sed ex hoc quod voluntas habens caritatem, sic potest fieri in aliquo actu dilectionis in quo non fieret sine ista, non arguitur quod sit potentia vel ratio formalis qua talis actus elicitur ; sed est quaedam dispositio modo praedicto elevans istam voluntatem et cum hoc [41] etiam [42] quandam conformitatem in ea causans [43] ad diligendum ex caritate ut, cum talia apprehenduntur, sub hac ratione convenientiae apprehendantur et [44] voluntas in ista inclinatur, et per hoc illa [45] voluntas fiat in [**Cod. P, fol. 252 R^a**] actu diligendi ista [46].

Et ex hoc contingit quod illi qui plura de Deo noverunt, non sunt qui plus Deum diligunt ; quia non sunt sic dispositi secundum voluntatem, quia talia quae apprehendunt de Deo, apprehendunt [47] sub ratione entis simpliciter et veri quasi [48] speculative, et non [49] apprehendunt [50] illa sub ratione convenientis et veri quasi practice. Sicut etiam contingit quod illi qui plus sciunt de moralibus non sunt meliores eadem ratione. Quia, sicut in theologicis notitia in universali et quasi speculativa non est principium dilectionis caritativae, sed practica ; et ista coexigit dispositionem quae est caritas in voluntate ; ita etiam in moralibus, notitia [51] in universali et [52] quasi speculativa de virtutibus non est principium operationis virtuosae, sed notitia practica quae est principium talis operationis coexigit dispositionem quae est habitus quidam virtuosus [53] in appetitu.

Per hoc patet responsio ad obiecta.

Primum enim non valet [54], quia accipit falsum. Non oportet enim quod si aliquid sit ratio formalis agendi in aliquo supposito quod separatum ab illo possit agere huiusmodi actionem ; differt enim ratio agendi et ipsum agens praecipue in his quae non agunt per suam substantiam [Cod. V, fol. 187 R^b] solam ; ignis enim vel aliquod aliud ens naturale generat aliud [55] ens per aliquam virtutem activam quae est aliud a sua substantia. Si tamen talis virtus [56] esset separata, non posset esse generativa talis entis.

Item quod [57] dicitur quod caliditas separata calefaceret forte, non est separabilis a proprio subiecto quod est quantitas in qua subsistunt cetera accidentia in sacramento altaris cum a substantia separantur. Si autem ponatur omnimode separata, esset simplex et indivisibilis [58] et nullius actionis **[Cod. R, fol. 184 V^a]** vel passionis naturalis principium posset esse.

Ad aliud est dicendum quod non omne illud sine quo aliquis actus non potest elici habet rationem potentiae et est ratio formalis elicitiva illius quia, sicut dictum est, respectu aliquorum actuum propter eorum eminentiam et perfectionem **[Cod. P, fol. 252 R^b]** aliquando ultra potentiam naturalem requiritur aliqua dispositio necessaria. Sic autem est in proposito, ut patet ex supradictis.

[1] *om.* P. — [2] nationalem Q ; rationalem *corr.* Q. — [3] discutionis Q. — [4] contingat PRQ. — [5] e *add.* Q ; *postea del.* — [6] a natura Q. — [7] talis secundi] secundi talis V. — [8] tunc et illa] circa et illa P ; tunc ipsa V. — [9] rationes *add.* Q : *postea del.* — [10] aer Q. — [11] passivam Q. — [12] ista Q ; illa R. — [13] videtur V. — [14] ista Q ; illa R. — [15] entis PQ. — [16] et PQ. — [17] *om.* Q ; *deinde suppl.* — [18] possimus PV. — [19] et mereri] *om.* P. — [20] naturalem R ; *deinde* supernaturalem *corr.* R. — [21] quem V. — [22] vitae aeternae] aeternae vitae V. — [23] et Q. — [24] quod Q. — [25] *om.* P. — [26] *om.* RQ. — [27] s *add.* Q : *postea del.* — [28] voluntataem Q ; voluntatem *deinde corr.* Q. — [29] ista RQ. — [30] super Q. — [31] *om.* Q. — [32] aliud P ; h *add.* Q ; *postea del.* — [33] quia P. — [34] istorum V. — [35] quae V. — [36] temperato PQ. — [37] quo RQ. — [38] rationalem RQ. — [39] proportionaliter P ; *om.* Q. — [40] diligendis R. — [41] in *add.* R.; *postea del.* — [42] *om.* R. — [43] creans R. — [44] *om.* P. — [45] ista RQ. — [46] illa P. — [47] quare *add.* P.: etiam *add.* V. — [48] et non P. — [49] et non *om.* P. — [50] apprehendant Q. — [51] notitiam 1^{ae} *m.* R *in* notitia *corr.* 2^a *m.* R. — [52] *om.* R. — [53] in virtuosis VQ. — [54] non valet] valet non Q. — [55] generat aliud] generatur ad PQ. — [36] activam 1^a *m.* R ; *del. et* virtus *in marg. scrips.* 2^a *m.* R. — [57] ergo *add.* RQ. — [58] divisibilis Q.

(1) Cfr. H. Denziger, *Enchiridion Symbolorum et Definitionum.* XI. can. 5 (Editio IX. 1899. p. 19). — (2) Aristoteles. *Ethica Nicomachea.* l. III. 7 (II. 1114 a-b). — (3) Cfr. Sanctus Anselmus Cantuariensis. *De Concordia Praescientiae Dei cum libero arbitrio.* c. XI, [al. XXI]. (PL., t. 158, col. 534-536). — (4) Id., *ibid.* (loc. cit.) Sententialiter. — (5) Cfr. H. Denziger, ut supra (*loc. cit.*).

QUAESTIO V

Utrum a voluntate potest diligi immediate quod non cognoscitur immediate

Deinde ad secundum [1] arguitur [2] quod non potest diligi immediate quod non cognoscitur immediate, quia nihil potest diligi nisi sit cognitum. Ergo non potest diligi immediate quod non cognoscitur immediate [3]. Antecedens patet per se et per dictum **Augustini** (1). Consequentia probatur : quia sicut se habet diligere [4] ad cognoscere [5], ita diligere immediate ad cognoscere immediate.

Contra. Deum diligimus immediate et tamen Deum non cognoscimus immediate. Ergo. Et cetera. Consequentia patet. Antecedens probatur : quia Deum in vita praesenti non cognoscimus per se ipsum nec essentia eius immediate immutet vel movet intellectum nostrum, sed per speciem et similitudinem alicuius creaturae secundum [6] illud, *Prima Corinthiorum* (2) : videmus nunc per speculum in enigmate. Sed per voluntatem immediate tendimus in ipsam suam essentiam in se ipsa desideratam haberi et ideo amatam. Ergo. Et cetera.

Responsio. Dicendum quod, cum intellectus in suis actibus sit discursivus et procedat ad cognitionem incogniti per aliqua cognita [7] et per plura media aliquando devenit [8] in cognitionem alicuius obiecti ; non sic autem procedat voluntas in suis actibus, sed simplici applicatione fertur in illud quod apprehenditur a ratione, sive illud apprehenderit statim et immediate [9] sine discursu sive mediate et cum [**Cod. Q, fol. 140 Va**] discursu ; secundum hoc potest dici quod voluntas aliquo modo potest aliquid diligere immediate quod intellectus non apprehendit immediate ; quia sine medio fertur in illud per actum diligendi in quod non fertur intellectus sine medio per actum cognoscendi.

Et secuduum hoc intelligitur quod dicitur : quod dilectio est cognitionis terminus, et ubi desinit cognitio, ibi incipit dilectio ; non sic scilicet quod dilectio incipiat a termino cognitionis et illud in quo [10] terminatur cognitio non sit etiam illud in quo [11] terminatur dilectio, sed tendat ulterius in aliquid aliud ut in terminum alium, in quo scilicet sistere [**Cod. P, fol. 152 Va**] habet ipsa voluntas diligendo et non intellectus in cogitando ; sed sic quod cognitio et dilectio, licet sint diversi actus, prout tamen obiectum dicitur terminus actus, unus et idem est terminus utriusque, quia in illo in quo terminata est cogitatio [12] et in quo sistit, terminatur etiam et [13] sistit dilectio.

Sed quia isti actus naturaliter sunt ordinati et [14] prior est actus cogitandi et isto [15] existente in intellectu [16] causatur [17] actus [18] dilectionis in voluntate [19] sine alio processu, ideo dicitur dilectio esse terminus cognitionis ; et ubi desinit,

scilicet [20] ubi terminatur cognitio, ibi incipit dilectio, quia tunc habet esse causaliter ab ista cognitione et potest conservari stante cognitione. Sed hoc est in eodem obiecto, quia unum et idem obiectum est causativum [21] horum [22] duorum actuum, sed ordine naturae prius actus intellectus, et mediante illo actus voluntatis.

Et ideo est ulterius considerandum quod [23] si accipiamus cognitum et dilectum secundum quod discursus rationis procedentis per media terminatur in illud et in cognitione eius sistit et in illud etiam fertur voluntas diligendo, si [24] quaeratur utrum voluntas possit immediate diligere aliquid in se ipso sive per actum diligendi tendere [Cod. R, fol. 184 V^b^] immediate in aliquid secundum se quod intellectus non cognoscit immediate, sic scilicet quod nec statim [Cod. V, fol. 187 V^a^] sine medio et discursu illud cognoscit in se ipso nec etiam per discursum nec [25] per media aliqua devenit in illius cognitionem secundum se, sed terminatur eius cognitio in aliquid aliud et in illo sistit : dicendum [26] quod hoc est impossibile ; quia unum et idem secundum rem et etiam aliquo modo sub eadem ratione est obiectum intellectus practici, qui est motivus voluntatis, et etiam ipsius voluntatis. Si enim aliud apprehenditur ab intellectu et aliud appetitur [27] a voluntate, appetitum a voluntate non esset apprehensum a ratione. Et si aliquid [Cod. P, fol. 252 V^b^] sub una ratione apprehenditur ab intellectu et sub alia non apprehensa appetitur a voluntate, similiter etiam formale obiectum voluntatis non erit [28] apprehensum. Et sic etiam si aliquid sit apprehensum [29] a ratione non immediate et in se, sed mediate et in alio, et formalis ratio cognoscendi sit aliud et tamen sit dilectum immediate et in se ipso, ita quod formalis ratio diligendi ipsum sit ipsummet [30] secundum se, non erit unum et idem obiectum intellectus et voluntatis, nec obiectum voluntatis [31] erit [32] bonum apprehensum secundum quod apprehensum.

Si ergo Deus sic cognosceretur mediate et per aliud et in alio quod intellectus non attingeret in cognoscendo ad entitatam et quiditatem Dei in se ipso, sed sisteret in creatura, nec per creaturam ipse in se attingeretur, non cognosceretur [33] nisi creatura ; et sic etiam non diligeretur nisi creatura. Ideo est dicendum quod et [34] cognoscitur immediate, secundum quod alibi dictum est, et etiam diligitur immediate. Unde **Augustinus** (3). *De Orando Deum, ad Probam* : si omnino Deum quid sit [35] nesciremus, omnino eum non [36] amaremus. Sed verum est quod quid est Dei secundum eius propriam rationem et in eius propria forma a viatore sciri non potest, sed tantum in quibusdam generalibus attributis, scilicet sub ratione puri actus et summi boni ; et ut sic etiam amatur [37]. Unde ipsamet [38] summa bonitas quae Deus est immediate cognoscitur et amatur.

Si autem contra hoc arguitur quod [39] ad [40] apprehensionem alicuius secundum cognitionem universalem sequitur appetitus in [41] illud secundum rationem specialem, tamen cognoscere aliquid in universali habet rationem

mediatae cognitionis respectu cognitionis in speciali et in propria forma et specie. Sciens enim conclusiones geometriae in universali, in quantum scit [42] quod in [43] magnitudine aliqua possunt multae figurae describi, ignorans tamen quae et quales et proportiones [44] earum in se ipsis et [**Cod. P, fol. 253 R^a^ ; Cod. Q, fol. 140 V^b^**] ad invicem, desiderat illas scire non sic scilicet in universali, [45] iam enim sic scit, sed in speciali et sub propria forma, cum tamen illas nunc sic non intelligit. Similiter etiam nunc desideramus Deum videre et in se ipso sub forma propria et nunc illius propriam formam [46] diligimus ; nec tamen illum secundum se cognoscimus ; volumus enim ipsum in sua propria natura videre. Item volumus eum in sua propria natura esse et bonum esse, et cetera ; licet non sic cognoscere videamur [47]. Et sic videtur quod in aliquid tendit voluntas immediate quod non apprehendimus immediate.

Et est dicendum quod eo modo quo aliquid in speciali et in propria forma diligimus, ita etiam et cognoscimus. Sicut ergo volumus cognoscere proprias figuras, ita cognoscimus eas esse cognoscendas. In quantum enim iam actu sed generali cognitione cognoscimus quantitatem diversimode figurabilem, cognoscimus in universali diversas figuras in potentia in illa quantitate figurabiles et illam potentiam cognoscimus reducibilem in actu et in re et in nostra cognotione ; et sic etiam volumus [**Cod. R, fol. 185 R^a^**] et desideramus reduci in actum. Et sicut non cognoscimus in speciali aliquam determinatam figuram, ita etiam nec illam in propria forma desideramus ; sic etiam Deum in sua propria forma sive propriam eius formam diligimus in quantum illam in quibusdam generalibus rationibus et attributis apprehendimus, in hoc etiam apprehendendo ipsum esse apprehensibilem sub sua propria forma, quaecumque sit illa.

Per praedicta etiam patet quod non bene dicitur quod aliquid plus diligitur quam cognoscatur. Non enim potest [48] hoc sic intelligi quod plus diligatur extensive [49], quia cum [50] incognitum quis diligere non possit, dilectio non extendit se ad aliquid ad quod se cognitio non extendat [51]. Quicquid ergo aliquis in Deo diligit, [**Cod. V, fol. 187 V^b^**] illud cognoscit etiam eo modo quo diligit. Si dicatur quod hoc intelligitur [**Cod. P, fol. 253 R^b^**] quodam modo intensive, prout aliqui dicunt quod Deus magis diligitur quam cognoscitur, quia voluntas magis et verius unitur fini per dilectionem quam intellectus per cognitionem quia intellectus non unitur rei per cognitionem nisi quia finis aliquo modo est in illo ipsum informando forma dilectionis, quasi specie sua ; voluntas vero unitur fini per dilectionem, quia ipsa subintrat finem se ipsa quoad id quod est, quantum possibile est transformando ; verius autem et perfectius est uniri rei secundum se ipsam quam secundum speciem suam, verius etiam et nobilius habet esse finis in se ipso quam in alio ; et ideo dicitur quod voluntas sic unita fini plus inardescit in eius dilectionem et

gradum [52] pertransit in dilectione quam de eo percipit intellectus in cognitione ; et amor subintrat ubi cognitio foris stat, secundum Hugonem (4).

Sed videtur quod huiusmodi comparatio, qua dicitur quod voluntas plus appetit vel diligit quam intellectus intelligit vel cognoscit, sit impropria et in aequivoco, cum comparatio aliquorum secundum intensionem et remissionem [53] et secundum magis et minus intensum [54] proprie debeat sumi secundum aliquam [55] qualitatem [56] eiusdem speciei secundum gradus huiusmodi variatam. Si autem dicatur Deus plus diligi, prout dicitur in declaratione huiusmodi positionis, eo quod perfectius et verius attingit voluntas obiectum in diligendo quam intellectus in cogitando, cum ex obiecto habeat actus formam et perfectionem, secundum hoc videretur per hoc intelligi quod actus voluntatis maiorem perfectionem consequitur in genere suo ex suo obiecto sibi [57] verius unito quam actus intellectus.

Sed videtur quod etiam hoc non dicitur convenienter. Primo quia simpliciter et absolute loquendo de intellectu et voluntate respectu suorum obiectorum non potest dici proprie quod una potentia magis vel verius uniatur suo obiecto [58] quam alia ; quia unio est inter illa [Cod. P, fol. 253 V^a] sicut potentia unitur suo obiecto [59] vel mobile motori a quo reducitur in actum [60]. Constat autem quod ita [61] immediate, ita perfecte et ita vere reducitur una istarum potentiarum in actum per suum obiectum sicut alia. Constat etiam quod cum actus voluntatis sit manens intra, scilicet in ipsa voluntate, non transiens extra, scilicet in amatum, sicut etiam actus intellectus est manens in intelligente, per actum voluntatis non magis realiter transit vel transformat se voluntas in suum obiectum quam intellectus in suum.

Et licet iste actus voluntatis sit quaedam inclinatio volentis in amatum ut sibi quantum possibile est uniatur, unio tamen [62], in quantum [63] tendit volens per actum voluntatis, magis est per alium actum alterius potentiae quam per ipsum actum [Cod. Q, fol. 141 R^a] voluntatis ; quia illa est finalis et principalis, sicut patet in omni genere amoris. Constat enim quod amantibus [Cod. R, fol. 185 R^b] non sufficit unio talis secundum amorem, sed quaerunt semper aliquam aliam perfectiorem et magis intimam, prout est alibi declaratum. Constat enim quod non potest fieri unio talium nisi secundum suos actus. Cum enim aliquis cognoscit aliquid et diligit illud, et etiam per dilectionem appetit illi plenius quantum est possible uniri, non est intelligendum quod in hoc principaliter appetat hanc unionem maiorem secundum actum voluntatis, scilicet [64] ut appetit principaliter dilectum [65] plus diligere ; immo ut secundum aliquos alios actus sibi uniatur, puta [66] secundum visum vel secundum tactum vel secundum gustum vel secundum coniunctionem [67] intellectualium et virtuosarum operationum. Unde iste amor est quasi quaedam inclinatio qua aliquis secundum affectum alteri unitus appetit eidem [68] perfectius uniri praesentialiter per aliquos alios perfectos actus [69]. Et pro tanto potest [70] dici quod Hugo (5) intelligit quod amor intrat ubi scientia foris

stat, quia quando amatum [71] est aliquo modo [72] praesens [**Cod.P, fol. 253 V^b^**] amanti, scilicet secundum aliquod eius esse cognitum, est tamen absens sic quod amans caret aliquo actu quo perficeretur per praesentiam amati ; et sic non manet amans perfecte quietus, sed per actum voluntatis inclinatur ad assecutionem praesentiae amati quasi realiter habendam ut illo habito inde fiat [73] in eo actus perfectior quo ipse plenius fruatur et in quo quiescat.

Secundum hoc quidem [**Cod. V, fol. 188 R^a^**] potest dici quod scientia [74] foris stat, in quantum scilicet attingit ad rem amatam quasi de foris, scilicet secundum esse eius cognitum ; amor autem intrat, non in quantum per ipsum amatum perfecte attingatur, sed in quantum per ipsum inclinatur amans in illam rem amatam principaliter assequendam ; quae quidem [75] praesens secundum esse cognitum est absens secundum [76] alium modum quo nata [77] est perfectius attingi ab amante. Huiusmodi [78] enim praesentia [79] secundum esse cognitum [80] sufficit ad hoc quod voluntas per actum desiderii inclinetur in cognitum sic ut habeatur praesentialiter secundum eius esse reale. Sic enim, cum aliquis desiderat scire conclusiones particulares alicuius scientiae, huiusmodi [81] conclusiones sunt illi praesentes secundum [82] esse cognitum [83] solum, scilicet in universali ; et sunt absentes quantum ad esse ipsarum reale, quod non est nisi cognitio ipsarum in particulari. Et ex huiusmodi praesentia secundum esse cognitum voluntas inclinatur in desiderium talium conclusionum ut habeantur principaliter et realiter dicto modo. Unde voluntas non inclinatur nisi in cognitum. Sed in cognitum absens vel non habitum bene inclinatur ut fiat praesens et ut habeatur.

Potest etiam dici quod, etiam re iam habita principaliter et in esse reali, adhuc aliquo modo scientia foris stat ubi voluntas [84] intrat. Quia etiam habito principaliter amato, sicut contingit in beatis qui Deo perfecte uniuntur ipsum cognoscendo immediate et etiam diligendo, nihilominus per [85] amorem quasi inclinatur beatus in ipsum amatum [**Cod. P, fol. 254 R^a^**] ut ab ipsius praesen tia nullatenus separetur, desiderando etiam adhuc [86] perfectius uniri si esset conveniens et possibile, et fieri aliquo modo praesentior [87], non tamen nisi per cognitionem et amorem ; et sic quodam desiderio dicitur intrare ; est tamen huiusmodi desiderium sine tristitia et afflictione. Sicut [88] etiam dicitur amor habere [89] vim unitivam et transformativam quasi effective, in quantum est quasi inclinatio per quam amans tendit in unionem et transformationem secundum aliquos actus in quibus formaliter et magis principaliter consistit huiusmodi unio et transformatio.

Circa hoc etiam est intelligendum quod cum obiectum, ut dictum est, uniatur potentiae in eliciendo actum, ut motor [90] [**Cod. R, fol. 185 V^a^**] mobili, potest dici magis uniri secundum quod magis reducit passum in actum ; et sic, manente eodem genere unionis, potest variari unio secundum magis et minus.

Et per hoc potest [91] dici quod voluntas quandoque magis unitur obiecto ;

quandoque intellectus ; et quandoque aliquid intensius diligitur quam intelligitur. Et tunc potest dici quod voluntas magis unitur obiecto [92] illi quam intellectus ; [**Cod. Q, fol. 141 R^b^**] motio enim voluntatis non solum dependet ex firmitate [93] vel claritate cognitionis, sed etiam ex quantitate et perfectione boni cogniti. Tamen proprie loquendo [94] non sunt ista sic [95] comparabilia ; quia, ut dictum est, secundum intensionem et remissionem [96] solum sunt comparabilia quae sunt eiusdem speciei.

Per praedicta patet [97] responsio ad argumentum in contrarium ; quia non est verum simpliciter quod in illo assumitur.

[1] *om.* 1ª *m.* P ; *in marg. add.* 2ª *m.* — [2] supradictis *add.* Q ; *postea del.* — [3] quia nihil — cognoscitur immediate] *om.* P. — [4] *om.* 1ª *m.* P ; *add. in marg.* P. — [5] ad cognoscere] congnoscere Q. — [6] sed PQ. — [7] congnita Q. — [8] deveni PR. — [9] mediate Q. — [10] quod PR. — [11] quod PRQ. — [12] cognitio R. — [13] *om.* Q. — [14] sunt ordinati et] *om.* P. — [15] cogitandi et isto] *om.* P. — [16] in intellectu] intellectum R. — [17] creatur RQ. — [18] *om.* Q. — [19] voluntatem R. — [20] id est RQ. — [21] causatum P. — [22] i *add.* Q ; *deinde del.* — [23] quia V ; *om.* RQ. — [24] se *add.* Q ; *postea del.* — [25] neque V. — [26] est *add.* P. — [27] apprehenditur 1ª *m.* R ; *del. et* appetitus *in marg. scrips. alia m.* R. — [28] est V. — [29] et sic — apprehensum] *om.* Q. — [30] ipsum V ; est *add.* Q. — [31] nec — voluntatis] *om.* P. — [32] erat VP. — [33] cognosceret R. — [34] etiam Q. — [35] scit 1ª *m.* Q ; sit *corr.* 2ª *m.* — [36] cum Q. — [37] amaretur V. — [38] ipsam 1ª *m.* R ; et *add.* 2ª *m.* R. — [39] quo R. — [40] *om.* RQ. — [41] et P. — [42] sit RQ. — [43] *om.* R. — [44] propositiones P. — [45] iam *add.* Q ; *postea del.* — [46] propriam formam] propria forma P. — [47] cognoscere videamur] videamur cognoscere V ; — videamus P. — [48] fieri *add.* Q ; *postea del.* — [49] extensione R. — [50] mihi *add.* R. — [51] extendit R. — [52] gradus P. — [53] et remissionem *add.* Q. — [54] incensum Q. — [55] quantitaem *add.* P. — [56] qualititatem Q ; *deinde litteras* ti *del.* Q. — [57] secundum R. — [58] subiecto R. — [59] subiecto R. — [60] actu P. — [61] illa R. — [62] unio tamen] tamen unio V. — [63] quam R. — [64] *om.* P. — [65] dilectiora P. — [66] *om.* R. — [67] communicationem P. — [68] eiusdem Q. — [69] perfectos actus] actus perfectos V. — [70] prout R. — [71] amant PR. — [72] *om.* R.; *in marg. scrips.* R. — [73] quasi *add.* R. — [74] per *add.* R. — [75] quidam Q. — [76] secundum *add.* Q. — [77] natum V. — [78] huius PR. — [79] praensentia Q : praesentia *corr.* Q. — [80] congnitum Q. — [81] huius P. — [82] se *add.* Q. — [83] *om.* Q. — [84] voluntas *add.* Q. — [85] vel Q. — [86] e *add.* Q ; *deinde del.* — [87] praesentialia Q. — [88] sic PR. — [89] vim *add.* Q : *postea del.* — [90] ut motor *add.* R. — [91] habet Q. — [92] subiecto R. — [93] infirmitate PVQ. — [94] est *add.* Q ; *deinde del.* — [95] sicut RQ. — [96] missionem R. — [97] *om.* PRQ *et* 1ª *m.* V ; patet *add. in marg.* 2ª *m.*V.

(1) Fortasse respicitur S. Augustinus, *De Orando Deum. Ad Probam. Epistula* CXXX. c. XV, 28. (PL., t. 33, col. 505-506). — (2) I *Cor.*, XIII. 12. — (3) Cfr. S. Augustinus. *De Orando Deum, Ad Probam. Epistula* CXXX, c. XV. 28 (PL., t. 33. col. 505-506). — (4) Hugo de S. Victore, *Expositio in Hierarchiam Coelestem S. Dionysii Areopagitae*, l. VI, c. VII (PL. t. 175, col. 1038) Sententialiter. — (5) Id., *ibid.* (loc. cit.).

QUAESTIO VI

Utrum ista stent simul quod vita contemplativa sit simpliciter eminentior et perfectior quam activa et quod status praelatorum sit perfectior status quam status religiosorum

Deinde circa quosdam homines in speciali quaerebantur quaedam pertinentia ad personas ecclesiasticas et quaedam pertinentia ad principes saeculares. Circa personas ecclesiasticas quaerebantur [1] quaedam pertinentia ad eminentiam status [2] ecclesiasticarum personarum, quaedam pertinentia ad ipsas personas ecclesiasticas [**Cod. P, fol. 254 R**^{b}].

Circa primum quaerebantur duo [3] pertinentia [4] ad eminentiam status praelatorum, et duo pertinentia ad statum religiosorum.

Primum praedictorum est pertinens ad praelatos communiter, scilicet : utrum ista stent simul quod vita contemplativa sit simpliciter eminentior et perfectior quam activa, et quod status praelatorum sit perfectior status quam [5] status religiosorum. Secundum pertinet ad presbyteros parochiales specialiter, scilicet : utrum ipsi habeant iurisdictionem ordinariam vel commissam sive delegatam [6]. Tertium scilicet pertinet ad statum perfectionis [**Cod. V, fol. 188 R**^{b}] quorundam religiosorum : utrum pura privatio possit aliquem constituere in statu perfectionis. Quartum pertinet ad quendam actum perfectum religiosorum, scilicet : utrum religiosus subditus magis teneatur obedire inferiori praelato et immediato quam superiori et mediato.

Ad primum arguitur quod praedicta non stant simul ; quia si vita contemplativa est simpliciter eminentior et perfectior quam activa, ille status in quo potest quis plenius et perfectius opera contemplativae [7] exercere est perfectior quam iste [8] in quo minus potest [9] hoc facere, quia status continens et possidens maius et perfectius bonum in sua puritate est perfectior statu qui continet et possidet illud admixtum cum aliquo alio bono et minus perfecto. Sed status religiororum et non status praelatorum est huiusmodi ; quia praelatus ratione sui officii, ut plurimum, in actione occupatur et raro potest in contemplatione vacare ; e converso autem [10] est de religioso. Ergo. Et cetera.

Contra. Status illius qui habet alios regere et ad perfectionem inducere et promovere [11] est simpliciter eminentior statu illorum qui habent ab aliquo dirigi et moveri. Sed praelatus secundum quod huiusmodi habet religiosos secundum quod huiusmodi regere et movere [**Cod. P, fol. 254 V**^{a}]. Ergo. Et cetera.

Responsio. Dicendum quod status aliquis potest dici perfectior alio dupliciter : uno modo sic quod ratione suae eminentiae requirit personam perfectiorem et exercitium operationum perfectiorum quam alius ; alio modo sic quod ratione bonae dispositionis existentis in illo, imperfectus [Cod. R, fol. 185 V^b] melius potest fieri perfectus ; perfectus etiam in illo potest exercere opera perfecta magis continue et facilius quam in alio.

Primo modo dicendum quod status praelatorum est perfectior statu religiosorum qui contemplativus dicitur. Secundo modo, e converso. Perfectio enim hominis consistit in perfectione eius secundum intellectum et affectum. Praelatus autem secundum quod huiusmodi, loquendo praecipue de maioribus, debet esse perfectior in utroque praedictorum quocumque religioso secundum quod religiosus, etiam in quantum bonus contemplativus, ut sibi secundum rationem sui status hoc convenit secundum quod haec alias sunt declarata ; quia praelatus subditos et religiosos et non religiosos ad perfectionem tam activam quam speculativam deducere habet instruendo intellectum in cognitione veri et erigendo affectum ad amorem boni. Ad hoc autem [12] requiritur quod sit maxime perfectus secundum intellectum et affectum. Licet enim praelatus ratione sui officii habeat frequenter [Cod. Q, fol. 141 V^a] insistere operationibus activae propter regimen subditorum, tamen in opere contemplativae debet excellere religiosos et quoscumque simplices contemplativos : quia, ut dicit **Gregorius** (1), primo [13] *Pastoralis*, magnae eminentiae esse debet [14] pastor [15] sub cuius aestimatione populus grex vocatur. Necesse est enim ut sit in actione praecipuus et prae cunctis in contemplatione suspensus.

Item, tantam debet habere caritatem ad Deum et proximum quod debet esse promptus et paratus ut primus exponat [16] se morti pro salute subditorum tam religiosorum quam aliorum. Sicut enim praelatus [Cod. P, fol. 254 V^b] praeest toti communitati et status suus excellit totam communitatem sive statum omnium de communitate, ita etiam secundum virtutem et perfectionem debet praecellere si sit vere praelatus. Cum ergo praesit et contemplativis et activis, debet esse omnibus perfectior. Sicut enim virtuosus excellit non virtuosos et sic eis debet praeesse, ita perfectior secundum virtutem debet praeesse minus perfectis [17].

Unde etiam secundum **Philosophum** (2), ille debet aliis praeordinari qui est ita perfectus quod eius virtus quodam modo in excessu comprehendit virtutem omnium subditorum, ita quod est quasi deus alios excellens in virtutibus heroïcis et divinis. Unde **Gregorius** [18] (3), primo *Pastoralis* : tantum debet actionem populi praecedere actio praesulis quantum distare solet a grege vita pastoris. Quia etiam, ut dictum est, sub aestimatione praelati populus grex vocatur. Unde sua perfectio requirit ut insistat actionibus perfectis contemplativis quandocumque potest et non descendat [19] [Cod. V, fol. 188 V^a] ad actionem nisi cum hoc exigit necessitas subditorum. Et ex eminentia perfectionis suae in actibus contemplativae derivetur etiam per-

fectio in actibus activae et etiam per illum dirigatur in illis. Et ideo etiam quia ipsi actus contemplativi sunt perfectiores, illos semper debet habere in desiderio et in exercitio quando potest, prout dicit **Augustinus** (4), decimo nono *De Civitate* [20], capitulo decimo nono : otium sanctum quaerit caritas, virtutis [21] negotium iustum suscipit necessitas caritatis, sed non sic veritatis dilectio deserendo est ut substrahatur ista suavitas et obruat [22] illa necessitas.

Secundo modo est status religionis perfectior, quia in isto sunt instrumenta plura adiuvantia et oportunitates et commoditates non solum ad acquirendam perfectionem, sed etiam ad utendum ea et [**Cod. R, fol. 186 R**[a]] ad exercendum opera perfecta contemplativae magis continue et magis faciliter, licet illa quae debet [**Cod. P. fol. 255 R**[a]] bonus religiosus in quantum [23] bonus religiosus [24] magis continue exercere non sint tantae perfectionis sicut illa quae debet bonus praelatus secundum quod huiusmodi exercere, licet non ita faciliter et continue hoc possit facere.

Unde status religiosorum non est status perfectionis quia requirit [25] quod existens in illo sit perfectus ; non enim obligat se religiosus ad hoc quod debeat esse perfectus, sed debet intendere ad hoc quod fiat perfectus ; et propter hoc obligat se ad servandum quaedam quae sunt instrumenta perfectionis per quorum observantiam homo disponitur et adiuvatur ad hoc quod de imperfecto fiat perfectus, et etiam factus perfectus possit facilius perfectionis operibus insistere.

Et per hoc patet responsio ad argumentum in oppositum. Quia licet religiosus bonus possit magis continue exercere opera perfectionis contemplativae quam praelatus, tamen illa quae competunt praelato ratione [26] eminentiae sui status sunt multo perfectiora ; sicut dicit **Philosophus** (5), nono *Ethicorum* : melius est unum actum magnae perfectionis exercere in una hora quam multos remissos in pluri [27] tempore ; et cetera.

Et secundum hoc licet status praelati sit perfectior quam religiosi vel contemplativi, praelatus autem frequenter circa opera activae occupatur, non sic religiosus vel contemplativus [**Cod. Q, fol. 141 V**[b]], ex hoc tamen non est dicendum, sicut quidam (6) dicunt et male, quod licet vita contemplativa secundum se et simpliciter sive secundum substantiam sit melior [28] et perfectior quam activa, prout docet **Philosophus** (7), decimo *Ethicorum* ; quia tamen in utraque principale est meritum secundum utriusque usum — quod **Philosophus** non attendebat — in hoc est activa praelatorum simpliciter melior si comparetur ad alios ; quia respectu aliorum patet quod utilior est talis activa pluribus quam contemplativa. Unde licet contemplativa sit magis secura, activa tamen est [29] magis fructuosa [**Cod. P, fol. 255 R**[b]], ut dicitur **Extra**, *De Renunciatione* (8) : Nisi [30] cum pridem. Est etiam [31] melior in comparatione ad agentem, quia est magis meritoria, primo propter fugam mali, prout dicit **Gregorius** (9), primo *Pastoralis* : qui eximia dona percipiunt si culmen regiminis vocati recipere renuunt, ipsi sibi plerumque dona

adimunt quae non pro se tantummodo, sed etiam pro aliis acceperunt. Est etiam melior et magis meritoria propter adeptionem maioris boni, dicente **Gregorio** (10), sexto *Moralis* : plerumque mens iusti ad tantum culmen virtutis se [32] extendit ut se ad quorundam stultitiam tolerandam convertit. Cum enim alienae infirmitati compatimur valent*ius* a [33] nostra roborantur ; et secundum hoc non solum aliis [34] melior est actio [35] alicuius quam fuisset sua contemplatio. Sed etiam sibi est maioris meriti. Licet enim non sequatur : opus est utilius, ergo est maioris meriti, quando solum est utilius aliis ; bene tamen sequitur : opus est utilius, ergo est melius et maioris meriti, quando etiam simul utilius est operanti et eis circa quos operatur, prout [36] contingit in proposito. Et secundum hoc, cum vita contemplativa et activa praesentis vitae non sit nisi propter usum perveniendi ad vitam aeternam et quando aliqua per se non sunt nisi ad [37] usum illius cuius usus melior est simpliciter, ipsum etiam simpliciter melius est ; licet vita contemplativa [**Cod. R, fol. 186 R^b**] sit melior quam activa si comparentur ad invicem secundum eorum substantiam, tamen activa est [**Cod. V, fol. 188 V^b**] melior quam contemplativa si comparentur ad invicem quoad usum.

Haec autem non sunt bene dicta. Immo talis distinctio [38] nulla est [39]. Aut enim hic per substantiam intelligimus habitus aut ipsos actus. Non primo modo ; quia illis non meremur. Si secundo modo, cum actus tam activae quam contemplativae id quod sunt non sunt nisi quidam usus, unde communiter dicitur : cuius usus bonus est ipsum quoque bonum est ; non valet distinctio qua [40] dicitur quod actus [**Cod. P, fol. 255 V^a**] aliquis potest considerari secundum suam substantiam et secundum eius usum. Si ergo contemplativa est melior quam activa secundum substantiam, est etiam melior secundum usum. Et e converso, si activa est melior quantum ad usum [41], est etiam melior [42] quantum ad substantiam.

Item, cum in virtutibus et in omnibus quae ordinant et disponunt hominem ad bonam [43] et perfectam vitam principale et melius sit usus, vita comprehendens ea quorum usus est melior, simpliciter et absque distinctione melior est quam alia. Et [44] ideo omnino frivolum est hoc dictum nisi aliter intelligatur.

Et ideo non [45] videtur posse poni distinctio ista quantum ad huiusmodi comparationem, secundum [46] melius vel minus bonum, nisi sic quod contemplativa secundum se simpliciter et absolute est melior ; activa autem per accidens sive propter indigentiam et necessitatem aliorum est melior. Sed hoc non arguit ipsam esse meliorem simpliciter et absolute, sed secundum quid et in casu. Nihil enim prohibet aliquid secundum se esse melius respectu alterius a quo in casu et secundum quid potest superari : sicut melius simpliciter est philosophari [47] quam ditari, indigenti tamen melius est ditari. Sic non est dicendum quod activa sit melior simpliciter contemplativa, sed solum secundum quid, scilicet in comparatione ad indigentiam subditorum. Verum est

ergo quod activa [simpliciter] semper et universaliter melior est et utilior subditis simpliciter et per se, non autem praelato, sed in casu, puta : quando necessitati et indigentiae subditorum non potest [48] bono modo subveniri nisi per aliquam determinatam personam. In quantum enim illa persona est pars communitatis et bonum suum includi debet [**Cod. Q, fol. 142 R^a**] etiam in bono communitatis, et maius bonum [49] est conservari totam communitatem sic etiam talem personam in regimine aliorum comprehendentem cum aliqua intermissione boni proprii secundum actus contemplationis quam illam communitatem exclusa ista persona perire et talem [50] in perfectione contemplationis permanere, ideo in tali casu talis tenetur assumere praelationem ; [**Cod. P. fol. 255 V^b**] et peccaret aliter si non assumeret ; sicut etiam peccaret contemplativus si cibo corporali indigens nollet comedere ne in actu comedendi actus contemplationis interrumperetur [51].

Et secundum hoc est sic [52] agere agenti melius non solum quia peccatum in hoc evitat, sed etiam in hoc magis meretur. Immo unum ad aliud consequitur, quia si non suscipiendo praelationem peccaret et in suscipiendo evitat [53] peccatum, sequitur quod in hoc non solum magis meretur ; immo in statu merendi quasi constituitur, quia hoc non faciendo non solum non mereretur [54] magis, sed tantummodo minus ; immo nec omnino mereretur [55], sed peccaret.

Mirum est etiam quomodo [56] homines intelligentes dicunt (11) quod **Philosophus** (12) in operibus virtuosis ad meritum nullo modo respexit qui [57] ita sollicite docet quod ad hoc quod aliquis actus virtuose agatur, requiritur quod [**Cod. R, fol. 186 V^a**] secundum se sit bonus et quod fiat quando fieri debet et propter finem propter quem [58] fieri debet ; et sic de aliis circumstanciis quae ad hoc requiruntur. Quis autem dubitat quin actus sic factus meritorius debeat iudicari?

Sed [verum est quod] cum de merito distinguatur, verum est quod nullus actus nisi factus ex caritate debet simpliciter et omnino perfecte meritorius reputari ; quia nec ex condigno est meritorius ; nec etiam est meritorius summi praemii ad quod debent omnia opera meritoria ordinari. Et verum est quod ad hoc **Philosophus** (13) non respexit.

Est etiam circa hoc considerandum quod per ista per quae nituntur isti (14) ostendere quod activa praelatorum est simpliciter melior quam contemplativa religiosorum [**Cod. V, fol. 189 R^a**], potest etiam ostendi quod activa quaecumque [59] consistens in usu virtutum moralium et prudentiae sit melior simpliciter [60] quam quaecumque contemplativa sive quam vita secundum virtutes speculativas, quia vix est aliquis ita [61] solitarius qui non [**Cod. P. fol. 256 R^a**] indigeat aliquibus virtutibus moralibus quibus non solum bene ordinatur in se ipso, sed etiam ad alios cum quibus habet convivere [62] ; et istae in communicatione et convictu sunt utiliores quam contemplativa. Tales etiam virtutes morales cum aliis moralibus quae ordinant hominem ad se ipsum et cum prudentia sunt meliores ipsi agenti quam contemplativa, in

quantum scilicet per illas redditur homo simpliciter bonus, non autem per contemplativas ; et quod etiam istis habitis sine contemplativis dicitur homo simpliciter bonus. Habitis autem virtutibus speculativis sine moralibus non dicitur homo bonus nisi [63] secundum quid.

Sed hoc non obstante communiter ponitur quod virtutes speculativae sunt eminentiores politicis et moralibus simpliciter. Sed e converso est dicendum [64] secundum quid, scilicet quod virtutes practicae sunt secundum quid meliores quam speculativae ; quia scilicet sunt homini magis necessariae. Ita etiam est in proposito.

Unde ex eo quod arguitur quod aliquid est magis utile vel necessarium quam aliud, non sequitur quod simpliciter sit melius, sed secundum quid solum.

Et similiter est dicendum quod non sequitur semper et ubique : hoc est magis meritorium quam illud ; ergo est melius simpliciter. Quod enim est bonum honorabile, licet non ad aliud utile, est melius magis utili. Non est tamen negandum quin opera contemplativae secundum se sint magis meritoria praecipue in via ubi [65] est locus merendi ; quia in patria erit [66] perfectissimus usus vitae contemplativae, sine merito tamen, sed in praemio [67] magis. Et cessabit quantum ad plures actus usus virtutum moralium et praecipue quae sunt ad alterum et quae ad regendum populum requiruntur. Ex quo etiam potest argui imperfectio earum in comparatione ad contemplativas.

Per distinctionem autem in corpore solutionis positam patet [Cod. Q, **fol. 142 R^b**] responsio ad argumentum in oppositum.

[1] quod *add.* Q. — [2] praelatorum *add.* R ; *postea del.* — [3] pertinentia ad statum religiosorum *add.* Q ; *deinde del.* — [4] *om.* Q. — [5] *om.* R. — [6] delegata Q. — [7] contemplativa Q. — [8] ille V. — [9] minus potest] potest minus RQ. — [10] e converso autem] autem e converso PR. — [11] proponere R. — [12] *om.* Q ; *deinde suprascrips. alia m.* Q. — [13] *om.* Q. — [14] esse debet] debet esse R. — [15] *om.* P. — [16] se *add.* Q ; *deinde del.* — [17] perfectus PR. — [18] *om.* R ; *in marg. scrips.* 2ª *m.* R. — [19] descendit VRQ. — [20] trinitate PR. — [21] veritatis *corr.* 2ª *m.* V. — [22] obtulit Q. — [23] quatrum Q. — [24] in quantum bonus religiosus] *om.* R. — [25] requirat PRQ. — [26] sui *add.* Q ; *postea del.* — [27] impleri PQ ; ppluri R. — [28] sit melior] melior sit Q. — [29] *om.* PR. — [30] *om.* PRQ — [31] haec R. — [32] *om.* P. — [33] valentius a] valentiora VPRQ. — [34] aliquis P. — [35] est actio] *om.* P. — [36] prout *add.* P. — [37] *om.* Q. — [38] distractio R. — [39] *om.* Q. — [40] quia P. — [41] et e converso — usum] *om.* PRQ. — [42] est etiam melior] melior est etiam R. — [43] bonum Q. — [44] est V. — [45] unde 1ª *m.* Q ; non *corr.* 2ª *m.* Q. — [46] sed P. — [47] pauperari PR. — [48] bono modo *add.* Q ; *deinde del.* — [49] includi *add.* Q ; *postea del.* — [50] et talem *om.* Q. — [51] interrumperet PRQ. — [52] est sit] sic est *corr.* V. — [53] evita R. — [54] meretur. V. — [55] meretur V. — [56] *litt.* h *add.* Q ; *postea del.* — [57] quia V. — [58] quod P. — [59] quandocumque RQ. — [60] *om.* Q. — [61] in R. — [62] vivere P. — [63] *om.* R. — [64] quod *add.* V. — [65] veri P. — [66] erat VPRQ. — [67] primio Q.

(1) Cfr. Sanctus Gregorius Magnus, *Pastoralis Liber*, IIª Pars, c. V [al. XVI].

(PL., t. 77, col. 32). — (2) Resp. ARISTOTELES, *Politica*, l. III, c. 13. (II, 1284 a). — (3) Allud. ad SANCTUM GREGORIUM MAGNUM, *Pastoralis Liber*, IIª Pars, c. III [al. XIV]. (Ibid., col. 28). — (4) SANCTUS AUGUSTINUS, *De Civitate Dei*, l. XIX, c. 19. (PL., t. 41, col. 647-648). Fere litteraliter. — (5) Resp. ARISTOTELES, *Ethica Nicomachea*, l. IX, c. 8 (II, 1169 a). — (6) HENRICUS DE GANDAVO, *Quodl.* XII, q. 28. (*Op. cit.*, vol. II, fol. fol. CCCCCVI r). — (7) Resp. ARISTOTELES, *ibid.*, l. X, c. 7. (II, 1177 a). — (8) c. 10, Nisi, quum pridem, EXTRA, IX, *De Renunciatione*. (FRIEDBERG, *op. cit.*, t. II, col. 107). — (9) SANCTUS GREGORIUS MAGNUS, *Pastoralis Liber*, P. Iª, c. 5. (PL., t. 77, col. 18). Litteraliter. — (10) ID., *Moralium*, l. VII, c. XIV, 17. (PL., t. 75, col. 775). Sententialiter. — (11) HENRICUS DE GANDAVO, *Quodl.* XII, q. 28 (*op. cit.*, loc. cit.). — (12) Cfr. ARISTOTELES, *Ethica Nicomachea*, l. IX, c. 8. (II, 1169 a). — (13) ID., *ibid.* (loc. cit.). — (14) HENRICUS GANDAVENSIS, *Op. cit.* (locis citatis.)

QUAESTIO VII.

Utrum presbyteri parochiales habeant iurisdictionem ordinariam vel commissam sive delegatam

Deinde ad secundum praedictorum arguebatur quod presbyteri parochiales non [**Cod. P, fol. 256 R**ᵇ] habent iurisdictionem ordinariam, quia illi soli proprie habent iurisdictionem ordinariam qui per electionem instituuntur. Sed non sic instituuntur presbyteri parochiales. Ergo. Et cetera.

Contrarium arguitur : quia super illud **Lucae** (1), decimo : designavit Dominus septuaginta duo discipulos, dicit **Glossa** (2) : sicut in duodecim apostolis forma episcoporum, sic in septuaginta duo est forma presbyterorum secundi [1] ordinis. Sed illi discipuli [**Cod. R. fol. 186 V**ᵇ] habuerunt iurisdictionem ordinariam, quia a Christo immediate instituti sunt sicut apostoli, ut ibidem patet, **Lucae**, decimo. Ergo etiam et [2] sacerdotes parochiales qui dicuntur eis succedere.

Responsio. Dicendum quod appellando iurisdictionem auctoritatem secundum quam potest aliquis in aliquos actus regiminis secundum modum superioris et principantis exercere, sive sit universalis etiam quoad omnia secundum quae aliquis potest esse alteri subditus [3], sive particulariter non quantum ad omnia, illam non habet aliquis respectu aliorum naturaliter vel a se ipso omnino primo et per se nisi solus Deus ; et in politicis aliquo modo pater respectu filiorum ; et dominus etiam aliquo modo respectu naturaliter servorum [4], sicut etiam [5] homo habet dominium super bruta ; sed quantum ad alios omnis potestas aliquo modo habetur ex commissione et delegatione [6] habentis aliquam auctoritatem et potestatem [7] committendi. Et sic potestas, principaliter ecclesiastica, est a Christo per se ipsum instituente duo genera

praelatorum quando instituit apostolos et septuaginta duo discipulo Lucae (3), decimo ; et in istis [8] instituisse intelligitur omnes episcopos et sacerdotes parochiales qui succedunt illis.

Sunt [9] tamen ulterius [10] institutae quaedam aliae auctoritates ecclesiasticae, sicut patet in diversis officiis ecclesiasticis. Quidam enim sunt praepositi, quidam archidiaconi ; et sic de aliis. Et istae auctoritates vel potestates institutae sunt etiam ab alio [11], quia vel a principe, ut a summo pontifice et episcopis, vel a communitate [Cod. V, fol. 189 R^b] super talia potestatem habente.

Huiusmodi autem potestatem potest quis [12] ab alio habere [Cod. P, fol. 256 V^a] dupliciter, quia licet habeat eam ex commissione dicto modo, potest tamen sic dici commissa, quia illa est annexa inseparabiliter alicui officio vel beneficio vel gradui competenti alicui in Ecclesia. Et sic cum [13] aliquis instituitur ad tale officium vel beneficium vel ad talem gradum, ex hoc habet huiusmodi iurisdictionem vel auctoritatem absque aliqua commissione alia speciali ; nec potest ab illo amoveri simpliciter huiusmodi iurisdictio vel auctoritas nisi etiam talis gradus vel tale beneficium ab isto amoveantur [14]. Quia vero talis iurisdictio tali non committitur alia commissione quam commissione talis gradus vel beneficii vel officii, ideo cum intelligitur aliquis habere tale beneficium sive officium vel talem gradum, etiam ex hoc intelligitur habere talem iurisdictionem canonice et vero titulo ; ideo talis iurisdictio non dicitur haberi ex commissione, sed competit tali de iure. Hoc enim dicitur habere aliquis ordinario modo et de iure quod non habetur ex speciali commissione voluntaria et mutabili, sed ex condicione [15] talis beneficii vel gradus.

Si autem aliquo habente aliquod beneficium vel aliquem gradum in Ecclesia, ex hoc non habet auctoritatem exercendi huiusmodi actus in alios, sed potest committi cum non habet, et ab eo auferri cum habet. Tunc si aliqua talis auctoritas tali communicatur, dicitur eam habere non de iure vel ordinarie, sed ex delegatione vel commissione.

Cum ergo sacerdotes parochiales habeant auctoritatem exercendi actus regiminis in alios et hoc habeant ex principali institutione a Christo, ut dictum est supra, et habetur Lucae (4), decimo ; et ista actoritas consimiliter conservata est in eis secundum successionem, sicut etiam [16] [est] potestas etiam papae et episcoporum [17] est ordinaria, ita[18] et istorum sacerdotum [Cod. R, fol. 187 R^a] licet ista sit inferior illa et minus universalis. Quod enim praedictum est per [19] se facit ad hoc quod aliquis [Cod. P, fol. 256 V^b] dicatur habere [20] iurisdictionem [21] ordinariam [Cod. Q, fol. 142 V^a], non autem modus praesentandi vel assumendi vel per electionem plurium vel alio modo.

Et hoc patet : quia aliquando consequitur quis ecclesiam parochialem [22] per electionem alicuius collegii, aliquando per unius personae praesentationem; et tamen hic et ille [23] omnino eandem iurisdictionem dicuntur habere, et sicut unus ordinariam, ita et alius.

Item, cum decimae, modo quo de iure sunt debitae ipsis sacerdotibus parochialibus de iure communi debeantur, et hoc non nisi quia iure suo etiam ordinario eis competit spiritualia et ea quae ad salutem populi pertinent ministrare, constat quod [24] iurisdictionem [25] ordinariam habent.

Ad argumentum patet responsio per praedicta.

[1] secundum R. — [2] etiam et] *om.* V. — [3] subiectus PR. — [4] suorum VRQ. — [5] etiam homo] homo etiam P. — [6] delegationem P. — [7] auctoritatem et potestatem] potestatem et auctoritatem R. — [8] illis Q. — [9] aliae auctoritates *add.* Q ; *postea del.* — [10] *om.* R. — [11] illo R ; *del. et* alio *in marg. scripsit* R. — [12] *om.* Q. — [13] *om.* Q. — [14] amoveatur V. — [15] commissione R. — [16] etiam potestas] est potestas etiam P. — [17] sicut potestas episcoporum *add.* VRQ. — [18] ista Q ; *litterum* s *expunxit* Q. — [19] te *add.* Q ; *postea del.* — [20] in *add.* Q ; *deinde del.* — [21] iuridictionem VQ. — [22] alicuius *add.* Q ; *postea del.* — [23] iste Q. — [24] *om.* Q. — [25] iuridictionem V.

(1) Lucae *Evangelium,* X, 1. — (2) *Glossa ordinaria,* c. X, 1 (PL., t. 114, col. 284), sumpta ex Bedae Venerabilis *In Lucae Evangelium Expositione,* l. III, c. X (PL., t. 92, col. 461). Sententialiter. — (3) Lucae *Evangelium,* X, 1. — (4) *Ibid.* (loc. cit.).

QUAESTIO VIII

Utrum pura privatio possit aliquem constituere in statu perfectionis

Deinde post hoc ad tertium arguitur quod pura privatio non ponat aliquem in statu perfectionis ; quia cum perfectio importet actualitatem aliquam in perfecto [1], illud quod nihil ponit, sed simpliciter solum privat, non potest ad perfectionem pertinere. Sed pura privatio nihil ponit, sed solum privat. Ergo. Et cetera.

Contra. Paupertas evangelica est aliquid ad perfectionem pertinens et hominem in statu perfectionis ponit. Sed paupertas evangelica consistit in sola privatione. Ergo. Et cetera. Maior patet : quia in evangelio docet Christus votum perfectionis summae. Minor probatur : quia paupertas evangelica consistit in abdicatione bonorum temporalium omnimoda, ita quod in illis nihil retineatur, ut patet per illud **Matthaei** (1) : vade et vende omnia quae habes ; et cetera.

Responsio. Dicendum quod ad videndum utrum aliqua pura privatio constituat hominem in statu perfectionis, est considerandum quae sunt illa quae ad perfectionem requiruntur et quae perfectioni repugnant vel ipsam

impediunt. Quoniam privatio illorum quae ad perfectionem conferunt [**Cod. P, fol. 257 R[a]**] per se non facit hominem perfectum sed magis impedit perfectionem ; cum ergo ad perfectionem per se pertineant virtutes et actus earum ; item quia istae sunt subiective in potentiis animae quae impediuntur a suis actibus ex impedimento corporis et mala eius dispositione, ideo ad [**Cod. V, fol. 189 V[a]**] perfectionem etiam requiritur bonum corpus et sanum [2].

Item quia ad conservationem corporis in bona valetudine et sanitate sunt necessaria bona temporalia exteriora, ideo etiam ad ipsam perfectionem etiam contemplativam talia propter corporis necessitatem requiruntur : quae [3] ad politicam vel activam non solum ad sustentationem corporis, sed etiam ad exercendum operationes secundum [4] quasdam virtutes morales abundantius requiruntur ; ad contemplativam vero [5] requiruntur solum ad convenientem corporis sustentationem.

Et hoc videtur intentio **Augustini** (2), libro secundo, *De Libero Arbitrio*, ubi distinguit tria genera bonorum, dicens quod quaedam sunt magna bona, scilicet gratia et virtutes quibus recte vivitur [6] et operationes earum ; quaedam vero minima, scilicet exteriora ut sunt bona fortunae : quaedam vero media, scilicet bona [7] interiora sive naturalia.

Et haec est sententia quam dicit **Philosophus**, (3), decimo *Ethicorum*, loquens de felicitate contemplativa quantum ad ea quae ad ipsam requiruntur: opus est felici tali [**Cod. R, fol. 187 R[b]**] exteriori prosperitate homini enti ; non [8] enim per se sufficiens natura ad speculari, sed oportet et corpus sanun esse et cibum ; et cetera.

Secundum praedicta patet quod privatio bonorum praedictorum non facit ad perfectionem, immo impedit, scilicet : infirmitas per quam privatur sanitas, et nimia paupertas per quam excluditur conveniens sustentatio corporis ; quia, ut ibi pertractat **Commentator** (4), turbatum ab aegritudine et egentem non est facile contemplationi insistere.

Sed [**Cod. P, fol. 257 R[b]**] quia, ut ibi declarat et **Philosophus** (5) et **Commentator** (6), abundantia bonorum temporalium impe [**Cod. Q, fol. 142 V[b]**] dit felicem ab operibus contemplationis, ideo privatio abundantiae talis, supposita facultate habendi talia bona ad sufficientem usum, dupliciter facit ad ipsam perfectionem, scilicet : removendo, prohibens scilicet abundantiam talium bonorum et quae esset impeditiva ; et sic facit ad perfectionem per accidens. Item, includendo instrumentum conveniens, ponendo scilicet facultatem habendi talia ad usum competentem et sic facit ad perfectionum per se et directe, quia ponit aliquid sine quo perfectio esse non potest commode.

Et ad hoc videntur intendisse antiqui patres et sancti in Ecclesia qui ordinaverunt quod in Ecclesia essent bona communia secundum decentem quantitatem et mensuram, in quibus nulla persona singularis habet ius et dominium, sed singulis quantum ad usum necessarium providetur de illis

sicut opus est unicuique. Et illud inchoatum fuit tempore apostolorum, prout dicitur *Actuum* (7) quarto, quod erant [9] illis omnia communia; et cetera; et observatum est praecipue in collegiis monachorum et canonicorum regularium. Sed forte apud aliquos [10] nimis excreverunt ista communia, ita quod etiam illorum abundantia potest impedire in eis perfectionem et usum perfectionis contemplativae.

Si autem sit alius modus se habendi circa temporalia maiorem importans privationem, constat quod saltem nullus debet esse talis quo priventur temporalia omnino et quantum ad ius et quantum ad proprietatem aut possessionem [11] et etiam quantum ad usum. Ad hoc enim necessario mors statim sequeretur. Sed oportet quod si sit privatio laudabilis et ad perfectionem habendam et exercendam conveniens et utilis quod sic priventur temporalia quantum ad ius et proprietatem quod tamen remaneat facultas habendi illa modo convenienti [**Cod. P, fol. 257 V^a**] et satis facili [12] quantum ad usum. Hoc enim sufficit ad perfectionem quod talia bona quantum ad usum convenientem habeantur ; quia etiam qui quaerunt in eis ius et prosperitatem non debent hoc quaerere nisi propter usum ipsum.

Unde qui certus esset [13] quod sibi quotidie sufficienter quantum ad usum provideretur [14] in necessariis nec in illis aliquod dominium vel ius haberet, sed solum usum facti, prompte tamen et convenienter, non diceretur habere puram privationem respectu bonorum [15] temporalium ; immo optimo modo haberet illa quantum ad actum positivum qui in talibus principaliter intenditur, scilicet quantum ad promptum usum [**Cod. V, fol. 189 V^b**]. Similiter etiam ille qui bona temporalia non haberet actu nec per se nec per alium quantum ad ius et proprietatem, haberet tamen modum vivendi ordinatum ad hoc talem et sic quod illa satis [16] sufficienter semper haberet ab aliis et per alios prout esset sibi conveniens ad usum, non diceretur habere puram privationem [**Cod. R, fol. 187 V^a**] respectu bonorum temporalium.

Sed ille qui non haberet talem modum vivendi, immo nec per se haberet [17] prompte talia [18] nec per alios tempore indigentiae, immo frequenter turbationes multas et magnas angustias sustineret quae natae sunt usum virtutum perfectarum impedire, talis haberet maiorem privationem quam expediens esset respectu bonorum temporalium. Et quidem talis privatio non videretur [19] facere ad perfectionem nisi multum per accidens ; immo illam [20] magis per se impediret ; et ideo talis paupertas per se sub electione [21] cadere [22] non videtur. Sed si in talem paupertatem aliquis involuntarie [23] incidat et illam patienter sustineat [24], sic facit per accidens ad perfectionem materialiter, quia in hoc virtus patientiae in viro perfecto meritorie exercetur.

Et ideo non videntur multi discreti talem privationem elegisse [25]. Sed modus vivendi [26] aliquorum qui, licet non habeant [**Cod. P, fol. 257 V^b**] bona temporalia in annuis redditibus perpetuis, habent tamen illa sufficienter quantum ad usum in quantum includit modum vivendi secundum quem talia

satis prompte habentur, quia ratione modi talis vivendi semper habentur vel in actu quantum ad multa bona [Cod. Q, fol. 143 Ra] temporalia vel in potentia et virtute quantum ad quaedam alia quae etiam habentur satis faciliter tempore opportuno — habent enim in actu bona habitacula sicut patet in ecclesiis et domibus ; et bona utensilia sicut patet in libris ecclesiasticis et aliis ad vitam necessariis ; victualibus etiam quotidianis non carent, sicut nec alii ; quia ista habent in actu quantum ad usum tempore opportuno ; et in potentia et virtute semper, cum illa in actum satis faciliter reducantur tempore opportuno [27] — talis, inquam, modus vivendi non [28] habet privationem puram respectu bonorum temporalium, in quantum tenentes illum habent id quod in illis principaliter quaeritur, scilicet usum necessarium et in quantum secundum modum vivendi talem etiam habent facultatem faciliter talia acquirendi quantum sufficit ad hunc usum.

Sed [29] quia [30] talium hominum quidam secundum suum modum vivendi habent hanc privationem sic quod etiam quando talia bona habent actu quantum ad usum quantumcumque [31] prompte et faciliter sicut alii, tamen in illis non habent ius nec in proprio nec in communi sicut alii [32] quidam religiosi in talibus habent ius et dominium, remanet quaestio utrum saltem talis privatio faciat aliquid ad perfectionem ut ratione talis privationis tales dici debeant perfectiores.

Et est dicendum quod, cum perfectio actualitatem dicat, illud quod privationem alicuius entis et boni dicit, per se non facit ad perfectionem : et ideo nec talis privatio secundum quod privatio, id est per se, ad perfectionem facere potest. Si enim privatio per se, scilicet quia privatio, esset bona et ad perfectionem per se faciens [Cod. P, fol. 258 Ra], maior [33] privatio melior esset et ad perfectionem magis faceret ; et sic non habere [34] nec quantum ad dominium nec quantum ad usum esset melius et perfectius.

Item si dicatur, quod verum est, quod privatio secundum se non est bona, sed voluntaria, quia ipse actus voluntatis est qui moraliter per se est [35] bonus vel malus et sic pura privatio ut volita et voluntarie acceptata est bona et ad perfectionem faciens, non valet. Quia perfectio actus [Cod. R, fol. 187 Vb] voluntatis non potest esse nisi ex bonitate et ex [36] perfectione obiecti. Ergo si privatio non [37] est aliquid bonum, nec voluntas potest esse bona in volendo illam.

Praeterea sicut **Augustinus** (8) docet, tertio *De Libero Arbitrio* : voluntas non potest aliquid velle et eligere nisi bonum aliquod importet. Unde, ut ibi [38] (9) docet : voluntas non potest velle privationem vel negationem per se. Per quod probat [39] quod nullus potest velle non esse [Cod. V, fol. 190 Ra], ut declarat etiam in illis qui se ipsos interimunt [40] eligentes mortem et sic non esse. Ergo nullus potest velle privationem per se. Oportet

ergo quod propter aliquid aliud quod sit bonum et positivum et propter se volitum.

Si ergo privatio sit bona et velle privationem sit bonum, hoc non est per se propter ipsam privationem, sed propter aliud quod per se est bonum, cui est aliquo modo talis privatio annexa.

Item nihil facit per se hominem perfectum nisi virtus et actus virtuosum; sed privari aliquo bono sive privatio alicuius boni non est virtus nec actus virtuosus cum sit nihil.

Praeterea si privatio alicuius per se facit ad perfectionem, positio illius faceret ad imperfectionem ; ergo habere in homine [41] faceret ad imperfectionem per se. Quod videtur falsum. Primo, quia cum tales qui dicunt se nullum ius habere in bonis quibus utuntur fiunt episcopi, idem ius et dominium habent in bonis ecclesiae quod habent episcopi saeculares in quantum episcopi, et possunt de eisdem [**Cod. P, fol. 258 R^b^**] facere et disponere sicut illi. Si ergo hoc includeret imperfectionem, ipsi ex hoc fierent imperfectiores. Absit autem quod ideo ascendant temporaliter ut [**Cod. Q, fol. 143 R^b^**] descendant spiritualiter et fiant de perfectis imperfecti.

Item si ex hoc quod non habent ius et dominium in talibus bonis, haberent aliquam perfectionem per se quam non possent habere si in illio aliquod ius haberent ; ergo si illorum quibus continue utantur, scilicet librorum et aliorum habet dominus papa proprietatem et dominium sive ecclesia romana, in hoc videntur dicere quod occasione perfectionis eorum papa incidat in imperfectionem ; quod videtur inconveniens.

Item si non inveniatur qui talium rerum dominium velit habere nec papa nisi sicut habet dominium in aliis bonis ecclesiasticis aliarum personarum ecclesiasticarum, nec illi qui talia conferunt, sed illa omnino intendunt a se abdicare, quicumque vellet posset illa capere [42] et occupare ; quia in nullius bonis tunc essent. Sic autem non possent bono modo stare et eorum perfectio ex voluntate et facto alterius dependeret [43] ; et sic si habere ius et dominium per se facit ad imperfectionem, non habere autem ad perfectionem, volens omnino tenere perfectionem non posset vitam conservare et perfectio alicuius ex gratuita voluntate alterius [44] dependeret. Hoc autem est inconveniens.

Item supponitur quod inter modos vivendi in paupertate perfectior est ille quo labore manuum victus necessarius acquiritur ; quam tenuit **Paulus** (9) et quem videtur intendisse beatus **Franciscus** sicut patet in **Regula** (10), et expressius in suo **Testamento** (11); quoniam dicit quod ipse manibus laborabat volebatque [45] fratres suos laborare [46] ; et volebat quod fratres qui nescirent laborare discerent et laborarent ; volebatque [47] quod de pretio laboris viverent cum illud habere possent. Quaero quis habebat ius in pretio laboris quod **Paulus** (12) accipiebat et quod etiam beatus **Franciscus** (13) [**Cod. P. fol. 258 V^a^**] intendebat [**Cod. R, fol. 188 R^a^**]? Et quis haberet ius in pretio laboris quod fratribus minoribus laborantibus nunc

deberetur si papa dominium sibi non reservasset [48] eorum quae ad manus fratrum minorum nunc veniunt? Constat quod nullus [49] nisi **Paulus** et huiusmodi [50] fratres ; quia ille qui daret [51] pretium nullum ius in illo posset retinere. Irrationabile autem videtur dicere quod tale ius habere in **Paulo** vel quocumque alio importet [52] imperfectionem ; quia tunc **Paulus** non diceretur perfectius aliis apostolis egisse. Per se ergo in tali privatione quae includit tale non habere, non potest dici esse aliquid ad perfectionem pertinens.

Sed si [53] aliquo modo facit ad perfectionem hoc est solum per accidens, in quantum scilicet in hominibus fragilibus secundum cursum communem et praecipue in male dispositis secundum affectum ad bona tamporalia, per hoc amoveri aliqualiter potest occasio nimii affectus ad illa. Quia sicut dicitur quod habens dominium et ius in temporalibus [54] in proprio magis natus est ad illa affici quam habens solum in communi [**Cod. V, fol. 190 R**^{b}] ; ita etiam habens ius et dominium in communi videtur aptus ut magis afficiatur quam habens solum quantum ad usum simplicem facti absque omni iure et dominio etiam in usu ipso, eo modo quo hoc est [55] possibile. Si tamen [56] habentes sic quantum ad usum solum ita libere utantur rebus quas habent et ita securi videantur esse de illis sicut alii, ipsi etiam sicut alii diligentiam et curam apponunt in acquirendo et in [57] conservendo ; nec ista etiam ad usus alios quam ipsorum convertuntur ; quae videntur esse inductiva affectionis et signa. Ideo cum illud perfectionis quod huiusmodi abdicatio et privatio facere potest, consistat in abstractione mentis quantum ad amorem et affectum, oportet ipsos vehementer conari ad hoc quod sicut [58] quantum ad ius et dominium magis elongantur a talibus, ita etiam [**Cod. Q, fol. 143 V**^{a}] secundum affectum et animum ab illis amplius elongantur ; hoc enim eorum [**Cod. P, fol. 258 V**^{b}] professio requirere videtur.

Per praedicta patet quid est [59] dicendum ad quaestionem. Quia pura, id est, omnimoda privatio respectu bonorum temporalium nullo [60] modo facit ad perfectionem, immo est destructiva perfectionis, in quantum [61] est peremptiva subiecti ; sed appellando puram privationem abdicationem bonorum temporalium quantum ad ius et dominium, supposita tamen facultate [62] habendi illa quantum ad usum convenientem tempore opportuno, sic facit ad perfectionem per accideus [63] in quantum talis abdicatio quantum ad proprietatem et dominium requirit quod sic abdicans magis elongetur a temporalibus quantum ad affectum et amorem propter Deum sive ut Deum perfectius amet. Ex hoc enim quod amotum est impedimentum per huiusmodi privationem sive abicionem [64] temporalium, quae nata sunt allicere animum ad amorem, homo est melius dispositus ut perfectius Deo adhaereat per amorem.

Et hoc videtur intentio Domini **Nicholai papae** (14) in constitutione edita super expositione regulae fratrum minorum, cui contradicere non intendo ; ubi dicitur : regula quoad abdicationem proprietatis omnium rerum

tam in speciali quam in communi est meritoria et perfecta et eo magis meritoria quo per ipsam professores ipsius propter Deum magis a temporalibus elongantur [65].

Quamvis autem praedicta quaestio de privatione introducta videtur propter paupertatem religiosorum quae carentiam divitiarum includit [**Cod. R, fol. 188 R^b**] quantum [66] ad ius et dominium in proprio et in communi respectu aliorum qui illas in communi possident, circa hoc est aliquid amplius [67] intelligendum quod considerando paupertatem vel privationem huiusmodi in generali tam in illis qui habent aliquid in communi quantum ad ius et dominium quam in aliis secundum quod huiusmodi paupertas excludit abundantem usum divitiarum tam victualium quam aliorum, et secundum quod excludit affligentem egestatem includendo promptam et convenientem facultatem utendi secundum [68] decentem mediocritatem, [**Cod. P, fol. 259 R^a**] sic facit ad perfectionem per se et directe, non quidem sicut aliquid ad ipsam essentialiter pertinens, sed sicut convenieus instrumentum, quo scilicet removentur extrema perfectionem impedientia et ponitur medium conveniens ad perfectionem promovens.

Considerando autem paupertatem huiusmodi et privationem divitiarum secundum quod excludit abundantem usum earum et etiam facultatem promptam utendi eis mediocriter et ipsum usum mediocrem includendo parcitatem poenalem et afflictivam, usus etiam [69] facit ad perfectionem non per se et directe [70] quia non importat aliquod bonum secundum se, sed malum poenae non solum damni [71] sed sensus ; sed per accidens, scilicet removendo aliquod impediens vel [72] prohibens perfectionem, in quantum scilicet per poenalitates [73] quae contingunt [74] ex asperitate et parcitate victus et vestitus caro spiritui subicitur quae propter sui rebellionem perfectionem impediret.

Considerando autem in dicta paupertate et privatione modum acquirendi et habendi bona temporallia quantum ad illos qui ab aliis necessaria victus procurant per mendicationem, talis etiam privatio per se non facit ad perfectionem ; quia nihil boni [75] importat sed malum, scilicet poenam damni ; et etiam poenam sensus quantum ad verecundiam et sollicitudinem in acquirendo tali [76] modo annexam. Sed per accidens ad hoc facit, in quantum scilicet per mendicationem quae habet annexam erubescentiam et verecundiam oportet mendicantem humiliari [**Cod. V, fol. 190 V^a**] et per hoc elatio spiritus reprimitur ne in superbiam [77] efferatur.

Item in quantum tales non possunt habere necessaria nisi ab aliis non ex debito sed ex gratia, ad duo bona inducuntur, scilicet ad hoc quod in honestate vitae conversentur, quia si essent malae vitae et famae a fidelibus necessaria non haberent.

Item quod sint solliciti in studio et [**Cod. Q, fol. 143 V^b**] praedicatione, consiliis et aliis bonis quae impendunt [78] proximis a quibus [**Cod.P, fol. 259 R^b**] vitae necessaria expectant. Videmus enim quod in habentibus vitae neces-

saria ex se ipsis sive in proprio sive in communi non sic sunt solliciti et intenti circa talia bona.

Per supradicta [79] patet responsio ad obiecta.

Ad primum enim dicendum est quod verum est quod, quia perfectio actualitatem et positivum quid importat, pura privatio non potest facere aliquem perfectum. Paupertas ergo quae omnimodam [80] privationem importat nulla modo facit ad perfectionem.

Sed ulterius est dicendum quod, licet nulla privatio generaliter loquendo sive de illa quae nihil relinquit sive de illa quae aliquid ponit et [81] supponit, faciat per se et directe ad perfectionem, aliqua tamen privatio [82] quae aliquid positivum **[Cod. R, fol. 188 Va]** supponit bene potest [83] facere ad perfectionem per accidens et indirecte, scilicet removendo prohibens, ut dictum est. Et sic paupertas evangelica in quantum excludit habere bona temporalia sive in proprio [84] tantum sive in proprio et [85] communi, ad perfectionem facere potest.

Ad aliud est dicendum quod evangelica paupertas non includit nec dicit puram privationem. Immo etiam [86] dicendum quod paupertas evangelica simpliciter et absolute sumpta non dicit privationem talem etiam quantum ad hoc quod oporteat verum pauperem evangelicum nullum ius habere in bonis quibus utitur, quia illam servavit **Augustinus** et alii sancti qui habuerunt bona in communi. Et secundum hoc etiam consilium evangelicum de paupertate exposuerunt dicentes quod [87] illud consilium sufficienter implent qui bonis propriis dimissis, prout consulit Dominus in *Evangelio*, (15), quod bona quae habentur in proprio vendantur, de bonis communibus vivunt, prout ipsi fecerunt.

Nec tamen dico illam aliam paupertatem post tempora sancti **Augustini** et aliorum sanctorum ab aliquibus religiosis in communitate viventibus observatam, quae excludit etiam habere in communi, non esse evangelicam. Sed dicendum est quod etiam ista [88] paupertas puram privationem bonorum temporalium non [89] **[Cod. P, fol. 259 Va]** importat praecipue, prout a religiosis in communitate nostris temporibus [90] viventibus observatur. Nam cum circa temporalia duo principaliter attendantur, scilicet usus illorum in actu et facultas ac potestas habendi illa ad usum convenientem tempore opportuno, tales quidem ita abundantem usum habent in bonis temporalibus, sicut multi alii habentes in illis dominium.

Habent etiam sufficientem [91] facultatem atque potestatem habendi illa ad usum tempore opportuno. Et de hoc etiam sunt satis securi et certi, scilicet quod talia ad usum semper habebunt sicut alii. Quia [92] nec per hoc quod dicunt se in illii dominium non habere, in nullo quantum ad praedicta impediuntur. Quia ille qui in talibus dominium dicitur habere, illud tamen non habet nisi propter tales religiosos, et ut ipsi religiosi illis ita libere utantur et de

ipsis penitus sic disponant libere sicut eis placet, sicut faciunt qui in talibus habent dominium et sicut ipsimet facerent si in illis dominium haberent. Propter quod etiam tales, licet non dicantur habere ius et dominium omnino vere et proprie in bonis quibus utuntur, aliquo tamen modo saltem quasi interpretative aliqualiter videntur posse dici [93] habere dominium in talibus, in quantum scilicet habent in illis [94] ea quae dominio sunt annexa et propter quae in rebus dominium quaeritur [95].

[1] imperfectio R. — [2] sane Q ; *in* sanum *corr.* 2ª *m.* Q. — [3] quia VPRQ. — [4] et P. — [5] non P. — [6] unitur PV. — [7] *om.* P. — [8] vero R. — [9] *om.* Q. — [10] alios VQ. — [11] et quantum — possessionem] *om.* Q. — [12] facile Q. — [13] *om.* Q. — [14] providerentur Q ; provideretur *corr.* 2ª *m.* Q. — [15] bonorum *add.* Q. — [16] et satis] *om.* Q ; *deinde in marg. scrips.* 2ª *m.* Q. — [17] p *add.* R ; *postea del.* — [18] alia P. — [19] videtur V. — [20] nullam PR. — [21] ad *add.* Q ; *postea del.* — [22] eadem R. — [23] est teneat *add.* R. — [24] incidat — sustineat] *om.* R. — [25] eligisse Q. — [26] vidi di R ; vidi *del.* R *et* viven *in marg. scrips.* R. — [27] *om.* Q. — [28] cum P. — [29] oportet Q. — [30] sed quia] *om.* R ; *in marg. scrips. alia m.* R. — [31] quemcumque VQ. — [32] aliis Q. — [33] maios Q ; maior *corr.* Q. — [34] haberet R. — [35] *om.* Q. — [36] *om.* VR. — [37] mo *cum tracta supra* o R. — [38] ibidem V. — [39] per hoc *add. in marg.* V. — [40] interim terimunt Q. — [41] imperfectionem ergo habere in homine] *om.* R. — [42] accipere V. — [43] dependent PR. — [44] alius P. — [45] volebatque] volebat quia P. — [46] et volebat quod fratres suos laborare *add.* Q. — [47] volebatque] volebat quia P. — [48] reservaret V. — [49] constat — nullus] *om.* Q. — [50] huius V. — [51] darent 1ª *m.* R. ; daret *corr.* 2ª *m.* R. — [52] importat Q. — [53] *om.* R ; *suppl. alia m.* R. — [54] temporalium Q. — [55] hoc est] habet esse P. — [56] si tamen] sed tamen Q ; sed cum PR. — [57] *om.* V. — [58] sint P *et* 1ª *m.* V ; sicut *corr.* 2ª *m.* V. — [59] *om.* P. — [60] n *add.* Q ; *postea del.* — [61] in quantum] in quem Q. — [52] facultatem R. — [53] talis privatio *add.* Q ; *postea del.* — [64] abiectionem V. — [65] primo gradus paupertatis *scrips. in marg.* R. — [66] quem Q. — [67] aliquid amplius] amplius aliquid P ; *om.* 1ª *m.* R ; aliquid amplius *scrips. in marg.* 2ª *m.* R. — [68] et Q. — [69] *om.* VR. — [70] et directe *add.* Q ; *postea del.* — [71] poenae *add.* Q ; *deinde del.* — [72] *om.* 1ª *m.* R. ; vel *suppl.* 2ª *m.* R. — [73] poenalitatem Q. — [74] contigit Q. — [75] poni Q. — [76] tali modo *add.* PR. — [77] superbia P. — [78] expediunt *corr.* V. — [79] praedicta V. — [80] omnimoda Q. — [81] vel R ; *deinde del. et corr.* 2ª *m.* R. — [82] prius R. — [83] *om.* R. — [84] propriosito R.; *litteras* ito *del.* R. — [85] in P. — [86] est P. — [87] quia P. — [88] etiam ista] ista etiam PR. — [89] non *add.* P. — [90] pauperibus R. — [91] et *add.* Q. — [92] dominium *add.* Q ; *postea* del ; — dominium in communi *add.* R. — [93] habent in illis quaeritur *add.* Q. — [94] habent in illis] *om.* Q. — [95] *om.* Q.

(1) Matthaei *Evang.*, XIX, 21. — (2) Cfr. Sanctus Augustinus, *De Libero Arbitrio*, l. II, c. 19 (PL., t. 32, col. 1267-1268). — (3) Resp. Aristoteles, *Ethica Nicomachea*, l. X, c. 9 (II, 1178-1179). — (4) Cfr. Averroès, *Ethica Nicomachea*, l. X, c. 9 (Venetiis 1562, vol. III, fol. 138 Vb). — (5) Resp. Aristoteles, *Ethica Nicomachea*, l. X, c. 9 (II, 1179). — (6) Cfr. Averroès, *Ethica Nicomachea*, l. X, c. 9 (op. cit., vol. III, fol. 138 Vb). — (7) *Actuum Liber*, IV, 32. — (8) Cfr. Sanctus Augustinus, *De Libero Arbitrio* l. III, c. 8 (PL., t. 32, col. 1281-1282). — (9) Id., *ibid.* (loc. cit.). — (10) *Regula Fratrum Minorum*, c. V. In *Bulla* Honorii, III : Solet annuere (apud H. Sbaralea, *Bullarium fransciscanum*, t. I, p. 17. Ed. 1759). — (11) Cfr. *Opuscula sancti Patris* Francisci Assisiensis (ad Claras Aquas, 1904, p. 79). — (12) I *Cor.*, IX, 12. — (13) *Regula*, c. V, (*op. cit.*, loc. cit.) ; et *Testamentum*. Cfr. *Opuscula* (ad Claras Aquas, *loc. cit.*). — (14) Nicolaus papa III, Bulla : *Exiit qui seminat* (cfr. H. Sbaralea, *Bullarium franciscanum*, t. III, p. 107. Ed. 1765). — (15) *Math.* XIX, 21.

QUAESTIO IX

Utrum religiosus subditus magis teneatur obedire inferiori praelato et immediato quam superiori et mediato

Post hoc ad quartum arguebatur quod religiosus magis tenetur obedire inferiori et immediato praelato quam superiori et mediato : quia illi magis debet obedire cui magis est obligatus per votum obedientiae ; sed religiosus per obedientiam quam vovet, obligat se praelato inferiori et immediato, non autem superiori et mediato. Ergo. Et cetera.

Contra. Propter quod unumquodque tale et illud magis est tale. Sed voluntate et auctoritate superioris et mediati praelati tenetur aliquis obedire inferiori et immediato [**Cod. V, fol. 190** V[b]]. Ergo simpliciter magis [**Cod. P, fol. 259** V[b]] tenetur obedire superiori. Ergo. Et cetera.

Responsio. Dicendum quod quia inferior [1] et subditus habet moveri per imperium superioris in quantum est ei [**Cod. Q, fol. 144** R[a]] subiectus, si aliquo modo sit [**Cod. R, fol. 188** V[b]] pluribus subiectus magis debet [2] obedire illi cui in pluribus est subiectus et cui excellentiori modo competit ratio superioritatis et eminentiae. Quando ergo potestas inferioris praelati et superioris [3] sic sunt ordinatae quod inferior in Ecclesia dependet a superiori, in his in quibus quis tenetur obedire inferiori ratione huius potestatis magis tenetur obedire superiori quam inferiori, puta : subditus sacerdoti parochiali, episcopo quam sacerdoti et canonicus episcopo quam decano ; nisi in aliquibus sint exempti de consuetudine vel ex privilegio. Et sic intelligendum est in omnibus in quantum istae potestates respiciunt actus in quibus inferiores debent subici suis superioribus ex necessitate iuris communis.

Sed quia religiosi propria voluntate obligant se ad obediendum suis superioribus in aliquibus in quibus non essent obligati de iure communi si vellent, ideo contingit [4] quod stante debito obedientiae, de iure communi aliquis religiosus subicitur praelato inferiori, puta episcopo ; et ideo in talibus magis debet obedire inferiori quam superiori ; immo nec superiori in talibus obedire tenetur.

Et quia ea quae ex propria electione instituuntur non debent [5] iuri communi et bono communi derogare nec fieri debent in praeiudicium subiectionis quo quis de iure communi subicitur praelato, ideo si inferior praelatus praecipiat aliquid subdito quantum ad ea in quibus sibi tenetur obedire ex propria electione et proprio voto, et praelatus superior praecipiat aliquid aliud in quo secundum ius commune iste sibi subiciatur, si non potest in utroque

utrique obedire, magis debet obedire superiori. Si autem sunt plures superiores ordinati [**Cod. P, fol. 260 Rª**] respectu religiosorum quantum ad ista secundum quae religiosi non solum de jure communi, sed ex propria electione et ex voto quod emiserunt, illis tenentur obedire.

Dicendum etiam est quod similiter superiori magis obediendum est in talibus, quando scilicet inferioris potestas totaliter subest superioris potestati et ab ista dependet.

Et quia per plenitudinem potestatis summi pontificis omnis potestas ecclesiastica quae ordinatur ad salutem et bonum totius communitatis in Ecclesia aliquo modo dependet ab ipso, ideo etiam in talibus specialibus obligationibus quibus quilibet fidelis obligat se ad obediendum quibuscumque vel ad insistendum [6] quibuscumque actibus vel officiis, semper intelligitur universalis potestas summi pontificis *excepta* [7]; et ei in omnibus magis est obediendum quam cuicumque alii ; ita quod cuicumque inferiori praecipienti aliquid suo subdito, papa potest illum ab ista obligatione absolvere et suo praecepto ad aliud movere [8].

Propter quod [9] etiam in omnibus votis quantumcumque solemnizatis potest etiam dispensare, praecipue cum apparet necessitas vel evidens utilitas rei publicae. Et frivolum est dicere quod propter solemnitatem et quandam exteriorem sanctificationem et benedictionem quae fit in quibusdam cum profitentur vel solemniter vovent, papa in illis ad quae se obligant non potest dispensare, in aliis autem potest ; quia ad essentiam voti et obligationis quae in voto fit, nihil faciunt talia nec [**Cod. R, fol. 189 Rª**] dispensationem impediunt. Videmus etiam quod in obligatione episcoporum quando consecrantur fit huiusmodi benedictio et fit etiam quasi perpetua quaedam desponsatio ad ecclesiam cum maxima solemnitate ; propter quod etiam ponuntur esse [10] in statu quasi immobiliter alligati [11] ecclesiae per tale vinculum. Et constat quod potest per dispensationem papae dissolvi huiusmodi vinculum. Quin immo etiam talis dispensatio non est nisi quae [**Cod. P, fol. 260 Rᵇ**] dam declaratio alicuius casus in quo non debet intelligi votum obligare, quia vovens [12] stulte voveret si intenderet quod [13] pro quacumque utilitate vel necessitate non vellet omittere quod promitit.

Quod autem dicunt quod, sicut non potest fieri quod sacerdos, quia a Deo consecratur, non sit [**Cod. V, fol. 191 Rª**] sacerdos, ita etiam quod professus religionem non sit religiosus, non valet ; cum in consecratione [**Cod. Q, fol. 144 Rᵇ**] sacerdotis imprimatur carater, non autem in professione religiosi.

Per [14] praedicta patet responsio ad obiecta. Quia in his in quibus tenetur quis obedire superiori non ex voluntaria et spontanea obligatione, sed necessitate iuris communis vel praecepti divini astringentis, magis debet subditus obedire praelato superiori quam inferiori, prout secunda ratio arguebat.

In aliis autem magis tenetur obedire inferiori praelato cuius obedientiae voto proprio se adstringit ut prima ratio concludebat.

[1] superior R. — [2] oportet P. — [3] superioris *add.* Q ; *deinde del.* — [4] dicit R. — [5] debet Q. — [6] quibuscumque — insistendum] *om.* Q. — [7] exempla VPRQ. — [8] et suo — movere] *om.* Q. — [9] illud Q. — [10] et R ; esse *corr. in marg.* R. — [11] alligari P. — [12] nolens R. — [13] *om.* R. — [14] propter Q.

QUAESTIO X

Utrum clericus beneficiatus et praecipue habens curam animarum possit esse absens a sua ecclesia morando in studio vel insistendo servitio alicuius principis vel praelati

Deinde circa personas ecclesiasticas habentes beneficia ecclesiastica in communi, quaerebantur quaedam pertinentia ad ipsas quantum ad residentiam quam in suis ecclesiis facere tenentur ; quaedam vero pertinentia ad ipsas quantum ad officum ad quod obligantur ; et quaedam pertinentia ad ipsas quantum ad beneficia exteriora quibus sustentantur.

Circa primum quaerebatur unum, scilicet : utrum clericus beneficiatus et praecipue habens curam animarum sufficienter literatus et dispositus ad idonee deserviendum ecclesiae in qua est beneficiatus, possit esse absens a sua ecclesia morando in studio ut amplius proficiat, vel insistendo servitio alicuius [1] principis vel praelati.

Et arguitur quod non. Quia beneficium non datur nisi propter officium. Ergo quando aliquis est idoneus ad exercendum officium quod requirit ipsum beneficium, omissis aliis, illi debet totaliter insistere.

Contrarium apparet de facto.

Responsio. [**Cod. P, fol. 260 V^{a}**]. Dicendum quod, cum de iure naturae et etiam legis humanae, scilicet de iure canonico, quilibet habens beneficium ecclesiasticum teneatur in illo personaliter residere et officium quod requirit personaliter exercere, quia stipendium quod est in beneficio non est institutum nisi propter executionem officii ad quod principaliter beneficia instituuntur, nullus potest abesse a sua ecclesia nisi ex causa legitima, propter quam melius iudicari debet pro illo tempore personaliter abesse quam praesentem esse, puta : ex necessitate proprii corporis vel causa alicuius maioris utilitatis ecclesiae illius vel cuiuscumque alterius. [Possibilis contingere] **Extra** (1), *De Clericis non residentibus* : Quia nonnulli. Cum Ecclesia vel ecclesiasticum

ministerium committi debuerit, talis ad hoc persona quaeratur [2] quae residere [3] in loco et curam eius per se ipsum valeat exercere (**Extra**, (2) [3] eodem titulo: Relatum) nisi [**Cod. R, fol. 189 R^b**] forte de licentia suorum praelatorum vel pro [4] studio literarum vel [5] pro aliis honestis causis contingerit eos abesse. Et secundum quod maius officium requirit beneficium et secundum quod ex absentia personae minus bene officium in ecclesia exercetur, secundum hoc maior causa requiritur ad hoc quod aliquis possit abesse.

Unde si aliquis sit beneficiatus in ecclesia collegiata canonicorum ubi uno vel paucis absentibus remanent tot in ecclesia quod potest per ipsos convenienter officium ecclesiae impleri et negotia ecclesiae expediri, aliquis ex illis potest ex leviori causa abesse quam ubi sic non esset. Et ideo tam propter necessitatem curae annexae beneficiis sacerdotum parochialium quam propter hoc quod ipsis absentibus non est verisimile quod ita bene officietur ecclesia per vicarium conductivum sicut per ipsum verum pastorem qui corde debet affici ad subditos sicut ad proprios [6] filios bonus pater, multo magis quam vicarius adventitius. Et e converso, etiam subditi multo magis afficiuntur [**Cod. P, fol. 260 V^b**] ad proprium quam ad alienum ; ideo non sic ex modica causa possunt [7] abesse.

Propter quod in casu proposito est dicendum quod sacerdos sufficienter dispositus ad regimen suae ecclesiae [8] non debet remanere in studio vel in servitio alicuius potentis nisi ex hoc appareat evidenter notabilis utilitas [9] secutura [10] ; puta : si forte sic sit dispositus quod [**Cod. Q, fol. 144 V^a**] in prosequendo studium possit pervenire ad tantum gradum in scientia quod etiam in ecclesia propria et in aliis posset fructum notabiliter maiorem facere vel etiam in ipso studio, puta : quia est elevatioris [**Cod. V, fol. 191 V^b**] ingenii quam multi alii, et poterit fieri fructuosior doctor, et sic etiam utilis Ecclesiae universali.

Similiter etiam si servitio suo in aliquo officio honesto indigeat aliquis magnus et per illius potentiam posset multa bona procurare magis quam in loco suo residens, et praecipue si officium in quo serviret esset secundum se ad utilitatem communem proficiens, posset ad tempus abesse. Et in omnibus talibus casibus debet habens beneficium attendere quod sic ecclesiam deserendo, in studio vel servitio non se occupet principaliter intentione perveniendi ad maius beneficium vel ad profectum temporalis commodi vel gloriae, quia hoc esset ambitio et turpis cupiditas [11]. Debet etiam semper diligenter providere quod utilis vicarius instituatur per quem officium ecclesiae sufficienter exequatur.

Item potest esse alius casus satis honestus in quo potest quis causa studii esse absens, tamen [12] modico tempore ; puta : si sit talis parochia quod potest curatus de illa in absentia sustentari et quod potest honestum vicarium etiam de bonis ecclesiae sustentare, si iste aliquo tempore quo minus est necessarius esset in studio ; licet non multum notabiliter proficeret, competenter tamen

et alio tempore personaliter resideret, videretur [13] tolerabile, quia sic in maiori forte veneratione haberetur [Cod. P, fol. 261 Ra] et ei redeunti de studio plus crederetur, et sic sua absentia ecclesiae utilis videretur [14].

Unde concludendo est dicendum quod non potest [15] abesse nisi provideat quod ipso absente sua ecclesia bene officietur [Cod. R, fol. 189 Va] et nisi ex eius absentia maior utilitas debeat provenire vel eidem ecclesiae vel rei publicae. Et cetera.

Per praedicta patet responsio ad argumenta.

[1] *om.* P. — [2] requiratur V. — [3] de *add.* PRQ. — [4] vel pro] pro vel Q. — [5] *om.* Q ; *deinde suprascripsit* Q. — [6] fili *add.* Q ; *postea del.* — [7] posset P. — [8] curae P. — [9] secut *add.* Q ; *deinde del.* — [10] securatur Q. — [11] turpiditas Q. — [12] cum R. — [13] videtur P. — [14] *om.* P ; — videretur *add.* Q. — [15] possit P.

(1) c. 3. EXTRA, *De Clericis non residentibus*, III. 4. (FRIEDBERG, *Codex Iuris Canonici*, t. II, col. 460). — (2) c. 4. EXTRA, *ibid.* (Op. cit., loc. cit.).

QUAESTO XI

Utrum clericus beneficiatus ad horas canonicas teneatur singulis diebus missam dicere vel audire

Deinde circa personas ecclesiasticas quantum ad officium ad quod obligantur quaerebatur [1] unum, scilicet : utrum clericus beneficiatus obligatus ad horas canonicas teneatur singulis diebus missam dicere vel audire. Et arguitur quod sic. Quia qui tenetur ad id [2] quod est minus principale et quasi alteri annexum, magis tenetur ad id quod est magis principale. Sed in officio ecclesiastico magis principale est officium missae. Ergo qui tenetur ad horas canonicas magis tenetur ad missam dicendam vel audiendam.

Contra. Qui non facit contra praeceptum, non peccat. Sed non invenitur praeceptum de dicendo missam vel audiendo quotidie. Ergo. Et cetera.

Responsio. Dicendum quod cum stipendia quae habentur ex beneficiis sint instituta propter officium exhibendum ecclesiis a beneficiatis, de iure naturae est quilibet beneficiatus obligatus ad hoc quod officium et ministerium debitum exhibeat ecclesiae in qua est beneficiatus.

Immo etiam ab [3] hoc debito non absolvitur [4] si tamen per eum stet quod stipendium non recipit, quia forte non curat residere. Unde etiam de iure

naturae est obligatus ad deserviendum personaliter in ecclesia, faciendo in illa officium quod talis ecclesia requirit. Sicut enim de iure naturae est quod ministranti spiritualia temporalia stipendia ministrentur, ita etiam est de iure naturali quod recipiens sive recipere potens stipendia officium debitum exequatur. Et propter hoc [**Cod. P, fol. 261 R^b**] quia unus non potest in pluribus ecclesiis simul residere nec pluribus ecclesiis deservire, non licet tenere plura beneficia nisi in casu.

Secundum hoc ergo quilibet beneficiatus per se et de iure naturae est obligatus ad [**Cod. Q, fol. 144 V^b**] officium ecclesiasticum eo modo quo est obligatus ad residendum personaliter et ecclesiae deserviendum. Ad residentiam autem et [5] ad huiusmodi officium in loco determinato, ut dictum est, tenetur et iure statuto et iure naturae nisi fuerit legitime excusatus [6].

Et quia officium ecclesiae non solum consistit in matutinis et horis aliis a missa, immo principalius in toto officio ecclesiastico est officium missae, sicut est per se manifestum ; non enim solum sono vocis exterioris laudatur ibi Deus sicut in aliis horis, sed principalissimo modo colendi perfectius ibi colitur fide, spe, caritate [**Cod. V, fol. 191 V^a**], quia ibi totus processus mysterii nostrae redemptionis recolitur et mens ex praesentia Salvatoris tota saginatur [7] et impinguatur — beneficiati et etiam clerici in missa officium missae et laudes Dei non solum audiunt, sed laudes etiam divinas ibi solvunt ; ideo beneficium habens non minus, immo magis tenetur officiare in missa quam in aliis horis. Et ex leviori causa potest excusari canonicus residens si non intersit primae vel tertiae, quam si non intersit missae.

Beneficiatus ergo, in quantum tenetur residens esse in ecclesia et ecclesiae servire, tenetur dicere [**Cod.. R, fol. 189 V^a**] singulis diebus omnes horas [8] et in choro cum aliis et etiam missam dicere vel audire sicut in choro dicitur ; et hoc nisi fuerit legitime impeditus. Et sicut facilius et ex leviori causa potest impediri quod non intersit primae vel tertiae quam missae, ita etiam cum sufficiens causa est propter quam impeditur quod nec missae nec aliis horis interesse commode potest, facilius tamen excusatur quod extra ecclesiam suam [**Cod. P, fol. 261 V^a**] existens non audiat nec dicat missam quam quod non dicat horas a quibus [9] nullus excusatur nisi ob magnam et evidentem necessitatem, eo quod quilibet satis faciliter potest sibi providere de his quae ad horas dicendas requiruntur, et potest de facili habere et tempus et locum aptos ad dicendum horas. Non sic autem est circa missam.

Cum ergo quaeritur utrum beneficiati absentes ex [10] causa legitima de quibus statutum est in iure quod tenentur ad horas canonicas singulis diebus dicendas, teneantur etiam sic ad missas vel dicendas vel audiendas, dicendum quod non ; quia, ut dictum est, absolvuntur a debito dicendi in ecclesia et horas et missam, in quantum scilicet ex causis legitimis aliquando possent esse absentes. Sed cum sunt in ecclesia, naturalis ratio magis dictat quod officient ecclesiam in missa [11] quam in aliis horis ; et ideo ad hoc tenentur magis. Sed

cum sunt absentes [12] non sic dictat ratio naturalis. Scolaris enim qui ex causa legitima ratione studii residens in aliqua villa in parochia aliqua determinata non videtur ligatus [13] ad frequentandam ecclesiam aliquam illius villae nisi parochialem ; quam tamen non tenetur frequentare ad dicendum horas suas in illa, quia a studio impediretur. Nec hoc etiam sibi ratione officii sui competit, quia non est ad hoc institutus ; sed sunt in illa alii ad hoc deputati quibus hoc competit ex officio. Sed non propter hoc eximitur quin teneatur dicere horas in domo sua ; quia hoc convenienter facere potest cum modico studii impedimento.

Similiter etiam non tenetur frequentare aliam ecclesiam pro missa nisi parochialem ; non autem tenetur illam frequentare quolibet [14] die tempore missae, quia a studio per missam impediretur. Quia etiam posset contingere quod communiter celebratur ibi missa hora lectionis, sicut patet de lectione [Cod. P, fol. 261 V^b] decretorum parisiensium.

Praeterea non videtur teneri ad hoc nisi sicut [15] simplex parochianus qui [16] non tenetur quolibet die interesse missae ; quantum enim [Cod. Q, fol. 145 R^a] ad officium in ecclesia parochiali [17] exercendum, non plus est obligatus clericus extraneus quam quicumque laicus. Sed ratio naturalis non dictat quod teneatur ad missam dicendam vel audiendam [18] in domo propria, quia maior difficultas vel impossibilitas secundum cursum communem circa hoc apparet, quae non est circa horas.

Et ex quo non tenetur quolibet die missam audire in sua parochia, non videtur quod in aliqua alia ex praecepto audire teneatur in recompensationem illius, sicut forte quilibet sive clericus sive laicus qui tenetur audire missam die dominica in sua parochia. Si aliquando hoc facere non possit et possit tamen illam [19] alibi audire, non videtur excusari. Tunc enim recompensatio locum habet quando loco alicuius quod quis facere tenetur in aliquo loco [20] facit [Cod. R, fol. 190 R^a] illud in alio, si commode potest. Sed ubi non est debitum, non videtur quod sit necessaria [21] recompensatio [Cod. V, fol. 191 V^1].

Ex debito tamen honestatis beneficiati, qui totaliter debent occupari circa divinum officium cum non sunt impediti, magis debent procurare opportunitatem ad audiendum missas ; et opportunitate habita magis tenentur audire quam alii ; secus vero faciendo contemnere videntur et aliquo modo peccare ubi simplices laici non peccarent.

Quod autem hoc sit rationabile videtur quia [22] tales non videntur obligari primo et per se iure naturae ad officium ecclesiasticum nisi in ecclesia in qua tenentur residere. Et sicut obligati sunt ad residentiam, ita etiam ad officium. Et tamen ex legitima causa possunt esse absentes. Et [Cod. P. fol. 262 R^a] quia in absentia non est ex naturali aequitate et ratione determinatum omnino quomodo et quantum officium ecclesiasticum, praecipue quantum ad officium missae, faciendum sit a clericis magis quam a laicis, quia tunc clerici, scilicet cum sunt absentes a suis ecclesiis, quasi eodem modo ad eandem [23] ecclesiam

in qua fieri habet officium divinum, scilicet parochialem pertinent cum laicis. Nec etiam rationale videtur quod nihil plus faciant clerici circa hoc quam laici. Ideo tam ex iure positivo quam ex consuetudine a personis honestis communiter observata, videtur esse investigandum quid circa hoc sit tenendum.

Et est dicendum quod secundum iura canonica videtur expresse statutum quod beneficiati tenentur dicere horas canonicas in quibus missa non includitur. Et hoc per illud capitulum (1) : Presbyter [24] mane. Et per illud etiam (2) : Dolentes referimus, **Extra**, *De Celebratione missarum.* Et hoc patet per expositionem glossatorum qui non exponunt capitula praedicta quod habeant vim praecepti ad obligandum ad missas audiendas sicut ad horas dicendas, nec iudicant illos esse transgressores praecepti qui non audiunt quotidie missam sicut qui non dicunt quotidie horas.

Item hoc patet ex consuetudine ab honestis viris observata. Quia pauci inveniuntur qui viri honesti reputatione communi habentur si sunt beneficiati vel in sacris, qui [25] dicant horas etiam si non sint residentes [26] in suis ecclesiis, et qui valde malum reputarent si omitterent dicere horas nisi ex necessitate magna et evidenti ; sed non sic quotidie missas audiunt, nec in hoc reputant se peccare.

Consuetudo autem honestarum personarum videtur pro lege honesta habenda in his quae secundum ius naturae non sunt plene determinata. Et etiam cum ad hoc est statutum aliquod quod non est omnimode [27] expressum per talem consuetudinem, [**Cod. P, fol. 262 R^b**] videtur interpretandum et exponendum.

Sed quia quaerens videbatur quaerere de diebus festivis [28], est intelligendum quod de missa audienda certis diebus non invenitur omnino expressum nisi *De Consecratione*, Distinctione prima, capitulo : Missas. Ubi dicitur : « Missas die dominica saecularibus [**Cod. Q, fol. 145 R^b**] totas audire praecipimus ». Et quia per saeculares ibi non intelliguntur clerici a religiosis distincti, sed laici ab ecclesiasticis personis distincti, videretur quod clericis non esset [**Cod. R, fol. 190 R^b**] in praeceptum aliquo die audire missam.

Et est dicendum quod hoc verum est, quia illi qui sunt beneficiati et ecclesiae servitio quasi totaliter deputati, sicut praedictum est, tenentur qualibet die audire nisi sint legitime impediti ; non sic laici. Et huiusmodi ratio est quia laici diebus communibus, scilicet non feriatis, communiter circa exteriora opera et in tali negotio sunt sic occupati quod non possunt commode interesse missae ; et ideo determinata fuit ab initio dies dominica principaliter ut illo die ab occupationibus exterioribus cessarent laici et insisterent cultui divino et ecclesiam frequentarent praecipue hora missae.

E contra, quia clerici beneficiati sunt totaliter divino cultui mancipati- etenim ut ab operibus exterioribus cessent, est eis de beneficiis ecclesiasticis provisum ut cultui divino continue sine impedimento insistant [**Cod. V, fol. 192 R^a**], non solum die dominica sed quolibet die — ideo debent [29] dicere

vel audire missam quolibet die, prout est expositum. Quando autem ex causa legitima sunt absoluti aliquo modo quantum ad missam audiendam, aliquo modo condicionem laïcorum sortiuntur, ut dictum est.

Et est [30] circa hoc ulterius dicendum quod licet in dicto capitulo (5) sit expressum solum de die dominica, tamen [31] intelligendum videtur de quolibet die festo in quo cessatur ab operibus per quae impediuntur communiter homines [**Cod. P, fol. 262 V^a^**] ne ecclesiam [32] commode frequentare possint ; talis enim dies vicem dominicae dici habet in hoc ; unde etiam talibus diebus et laïci missam debent audire. Propter hoc enim praecipitur quod cessent ab aliis operibus.

Similiter etiam, ut videtur, clerici debent illis diebus audire in quibus cessatur ab actibus quibus aliis diebus intenti impediuntur : puta : quando propter festum alicuius sancti statutum est quod a lectionibus et disputationibus omnino cessetur, clerici in studio residentes tali die missam audire tenentur.

Per praedicta patet responsio ad argumenta.

[1] requirebatur PQ *et* 1ª *m.* V ; quaerebatur *corr.* 2ª *m.* V. — [2] ad id *om.* P. — [3] ad R. — [4] solvitur 1ª *m.* Q.; absolvitur *corr.* 2ª *m.* Q. — [5] *om.* Q ; *add.* 2ª m. Q. — [6] excusavit Q. — [7] signatur Q. — [8] cum *add.* Q ; *deinde del.* — [9] a quibus] aliquibus Q. — [10] *om.* Q. — [11] missam Q ; missa *corr.* 2ª *m.* Q. — [12] magis dictat — absentes] *om.* R. — [13] legatus R. — [14] di *add.* Q ; *deinde del.* — [15] *om.* VPQ. — [16] quilibet R. — [17] ad *add.* R. — [18] vel audiendam *add.* VP. — [19] *om.* Q. — [20] *om.* P.. — [21] necare *cum signo* a *supra litt.* c Q. — [22] quod P. — [23] *om.* Q. — [24] presbyteri PRQ. — [25] quoniam *corr.* V. — [26] *om.* Q. — *om.* P. — [28] festis P. — [29] deberet P. — [30] *om.* PQ. — [31] tum R. — [32] ecclesiae Q.

(1) c. I, Presbiter mane, EXTRA, *De Celebratione Missarum*, III, 41 (FRIEDBERG. *op. cit.*, t. II, col. 635). — (2) c. IX, Dolentes referimus, EXTRA. *De Celebratione Missarum*. III, 41. (*Ibid.*, t. II, col. 641). — (3) *Decretales Gregorii papae IX cum glossis*, c. IX. EXTRA, III, 41 (Lugduni 1618, col. 1377). — (4) *Decretum* GRATIANI. P. III, *De Consecratione* D. I, c. 44 (FRIEDBERG, t. I, col. 1312). Litteraliter. — (5) c. 1, Presbiter mane, EXTRA, *De Celebratione missarum*, III. 41. (*op. cit.*, loc. cit.)

QUAESTIO XII

Utrum solutio decimarum sit de necessitate salutis

Deinde circa pertinentia ad personas ecclesiasticas quantum ad beneficia temporalia quibus sustentantur, quaerebantur quatuor : primum erat de bonis quae personis ecclesiasticis pro ipsarum sustentatione debentur, scilicet : utrum solutio decimarum sit de necessitate salutis quantum ad talem quotam vel portionem quae proprie dicitur decima pars, scilicet [1] quod semper novem retentis [2] a colono decima detur ecclesiae. Secundum erat utrum liceat alicui recipere beneficium ecclesiasticum maxime cum cura in loco cuius linguam vel idioma ignorat. Tertium est utrum licitum sit alicui tenere plura beneficia praeter quam in duobus casibus, videlicet propter tenuitatem beneficiorum vel propter raritatem clericorum. Quartum est si habens aliquod beneficium per simoniam per commutationem illius aliud consequatur, utrum committat simoniam in sic aliud insequendo [3].

Ad primum arguitur quod decimae sunt solvendae modo supradicto ; quia qui facit contra praeceptum divinum et Ecclesiae agit contra salutem. Sed solutio [**Cod. P, fol. 262 V^b^**] decimarum cadit sub praecepto divino ; nam dicitur [**Cod. R, fol. 190 V^a^**] **Malachiae** (1) tertio : inferte omnem decimationem in horreum meum ut sit cibus in domo mea. Item, cadit [**Cod. Q, fol. 145 V^a^**] sub praecepto ecclesiastico, ut patet decimo sexto, quaestione prima, capitulo : *Revertimini* (2). Et hoc expresse habetur **Extra** (3), *De Decimis*, capitulo : Cum homines ; et cetera.

Contrarium videtur. Quia non sic communiter [4] fit, dicendum quod supponendum est quod ministris Ecclesiae, praecipue qui in Ecclesia sunt ut rectores et praelati ac ministri altaris ad ministrandum spiritualia et ad dispensandum sacramenta et ad exercendum ea quae proficiunt ad salutem populi deputati, de iure naturae debentur a populo carnalia sive temporalia quibus possunt convenienter sustentare. Et hoc pertinet ad praeceptum morale quod est praeceptum iuris naturae. Determinatio autem horum [5] secundum quantitatem determinatam ad ius positivum pertinet et cadit [6] sub praecepto legis quod dicitur praeceptum iudiciale.

Quia ergo solutio decimae duo includit, scilicet quod ministrentur stipendia ministris Ecclesiae, et hoc sub tali quantitate, scilicet sic determinata, ideo praeceptum obligans ad solutionem decimarum est partim morale et partim iudiciale ; quia quod his qui cultui divino insistunt et ministrant in his quae ad salutem populi pertinent, populus necessaria victus ministret, st de dictamine naturalis rationis ; quia, prout dicit **Apostolus** (4), prima

Ad Corinthios, nono: nullus [7] tenetur militare stipendiis suis. Sed determinatio talis quantitatis vel partis non est de iure naturali, sed introductus [8] ex institutione habentis auctoritatem super hoc. Et quidem ex institutione divina talis pars determinate exhibenda introducta est. Et ideo solutio decimarum in veteri lege erat in praecepto legis illius; et sic de iure divino, quia ex constitutione [Cod. V, fol. 192 R^b] Dei obligabat. Et pertinet hoc ad praeceptum iudiciale [Cod. P, fol. 263 R^a]; quamvis etiam ex consequenti significabat aliquid futurum in quo aliquo modo conveniebat cum caerimonialibus [9] quae principaliter instituta erant ad significandum aliquid futurum.

Sed non potest dici quod ratione huiusmodi nunc sit de necessitate salutis solvere decimam partem, quia praecepta veteris legis quantum ad caerimonialia [10] et iudicialia non obligant in nova lege, sed solum quantum ad moralia [11]; quia caeremonialia [12] sic evacuata sunt quod non solum sunt mortua, sed etiam observantibus ea post divulgationem evangelii sunt mortifera, quia illa erant instituta principaliter ad significandum Christi mysteria [13] ut futura; et ideo observatio illorum praciudicaret veritati fidei secundum quam confitemur illa mysteria [14] iam esse impleta.

Praecepta autem iudicialia sic sunt evacuata quod sunt mortua, quia nunc non habent vim obligandi nisi de novo instituerentur; non tamen mortifera quia si [15] aliquis nunc, scilicet tempore evangelii et gratiae, habens auctoritatem in populo aliqua ex illis statueret observanda, non peccaret, nisi hoc fieret tanquam haberent vim obligandi ex institutione veteris legis. Talis enim intentio observandi esset mortifera, quia licet non essent principaliter instituta ad figurandum, erant tamen instituta ad disponendum statum illius populi qui ordinabatur ad Christum. « Lex enim erat paedagogus ducens [16] ad Christum »; *Ad Galatas* (5), tertio. Et ideo mutato statu populi, Christo iam veniente, iudicialia praecepta [Cod. R, fol. 190 V^b] vim obligandi amiserunt. Sed pro quanto [Cod. Q, fol. 145 V^b] huiusmodi praecepta non erant instituta [17] principaliter ad aliquid significandum, sed ad aliquid faciendum quod poterat esse bonum tunc, et nunc etiam potest esse bonum, illa eorum observatio absolute non praciudicat veritati fidei. Sed obligatio observandi tanquam ex [Cod. P, fol. 263 R^b] obligatione legis praeiudicaret veritati fidei [18], quia per hoc haberetur quod status populi prioris adhuc duraret et quod Christus nondum venisset [19]. Et ideo quia, prout dicitur *Hebraeorum* (6), septimo: « translato sacerdotio necesse est ut translatio legis fiat »; nunc in nova lege quae dicitur esse iugum suave et onus leve, non manet obligatio praedictorum praeceptorum.

Et secundum hoc videtur quod etiam solvens nunc decimas praetextu praecepti [20] veteris legis, scilicet ea intentione quod illud praeceptum adhuc nunc [21] obligaret [22] sicut tunc, male facere videretur. Si ergo sit necessarium

sic solvere, scilicet quantum ad talem portionem, hoc est ex praecepto Ecclesiae quae ad hoc obligat.

Et circa [23] hoc est dicendum quod Ecclesia sive summus pontifex bene habet potestatem praecipiendi ut de bonis temporalibus fideles solvant decimas vel aliquam aliam portionem secundum quod expedit ad bonum populi christiani. Si enim habet papa ius et dominium super omnia bona temporalia quorumque hominum in hoc mundo, non solum clericorum sed etiam laïcorum, et de omnibus potest disponere, sicut aliqui videntur sentire, planum est quod posset ordinare sicut placeret quod tales talibus tantum vel tantum darent et debita quae aliquibus etiam laicis debentur posset remittere creditoribus. Et secundum hoc planum est quod potest statuere quod laïci tantam vel tantam portionem bonorum suorum dent ministris Ecclesiae.

Sed hoc dare papae est satis magnum. Sic enim, sicut facit translationem episcoporum et mutationem bonorum ecclesiasticorum et personarum, posset etiam uni principi auferre suum principatum et alteri dare et principem ab uno principatu ad alium transferre etiam sine delicto. Item principatus libere dividere et unire ; quod tamen non libenter principes sustinerent.

Sed de hoc ad praesens nihil determino ; sed hoc tantum nunc assero quod papa [**Cod. P, fol. 263 Va**] per se et directe habet a Deo plenam potestatem in spiritualibus et in his quae ad salutem populi ordinantur ; et in quantum ad hoc sunt bona temporalia quorumcumque necessaria, ex consequenti habet potestatem super illa [24]; et ideo, quia ad [**Cod. V, fol. 192 Va**] salutem populi pertinet quod sicut [25] ministri Ecclesiae et dispensatores sacramentorum et spiritualium beneficiorum illos habet instituere et de illis habet disponere secundum quod ad salutem populi viderit expedire ; et cum talibus, ut dictum est, de iure naturali debeantur temporalia a populo quantum sufficere potest ad eorum convenientem sustentationem, sed quantum est eis a populo tribuendum hoc non est determinatum ex iure naturali ; et ideo huiusmodi determinatio pertinet ad illum qui de praedictis ministris et de pertinentibus ad ipsos habet disponere et ordinare, statuendo quod decima vel undecima solvatur, vel alio modo, sicut sibi rationabiliter videbitur expedire.

Et secundum hoc est dicendum quod dare ministris Ecclesiae tantum de bonis temporalibus quod sustentari possint est de necessitate salutis et ex praecepto legis [**Cod. R, fol. 191 Ra**] naturae [26] ; sed dare secundum talem portionem quae decima dicitur non est de necessitate salutis tempore [27] novae legis nisi ex praecepto Ecclesiae hoc inveniatur praeceptum.

Et quia praecepta non obligant nisi secundum intentionem statuentis et ea quae cadunt sub praecepto [28] legis humanae sunt mutabilia et eis potest per consuetudinem contrariam derogari, et quia etiam modus obligandi talium praeceptorum quantum ad operis executionem per patientiam et tolerantiam statuentis et eorum in quorum favorem statuuntur, potest intelligi ; ideo

videtur dicendum quod, licet in iure canonico multa praecepta et [Cod. Q, fol. 146 Ra] multum expressa sint scripta [Cod. P, fol. 263 Vb] de solutione decimarum secundum talem portionem determinatam, quia tamen in paucissimis locis secundum illam quantitatem praecise solvuntur, immo de pluribus rebus in pluribus locis nihil solvitur, et de blado de quo communiter decimae solvuntur est multum diversa consuetudo in diversis locis, non nova sed etiam multum antiqua [29]; ideo videtur dicendum quod decimarum solutio est de necessitate salutis secundum modum ex antiqua consuetudine observatum et ab [30] eadem Ecclesia toleratum, ita quod si solventes non solvant aliter non damnantur nisi sic essent obstinati quod etiam si ab eis decima pars ab Ecclesia peteretur, tamen eam nullatenus solvere vellent. Et ideo etiam nec ministri Ecclesiae peccare videntur qui sic decimas perfecte et praecise non requirunt ubi sine scandalo requiri non possunt, et praecipue ubi eis non [31] multum indigent, quia ibi praecipue cessat ratio naturalis obligationis quantum ad talem portionem.

Sed quia, ut dictum est, illud quod circa solutionem decimarum in Ecclesia secundum consuetudinem antiquam observatur, videtur introductum vel ex institutione Ecclesiae vel praescriptum ex fidelium pia devotione, ideo quantum ad novalia et huiusmodi de quibus non est adhuc aliqua consuetudo derogans praecepto Ecclesiae, non debent ministri Ecclesiae permittere quod huiusmodi consuetudo inducatur ; sed de illis tenentur exigere decimas.

Et [32] quod dictum est quod consuetudo aliquo modo derogat praeceptis talibus, non est intelligendum quod sic deroget quod ista sic penitus annulet [33] ea quae [34] non possunt restitui. Quia, ut dictum est, etiam si Ecclesia de hoc, scilicet de solutione decimarum, nihil statuisset, adhuc statuere potest et posset circa hoc vel plus vel minus ; et cetera. Nec possunt [Cod. P, fol. 264 Ra] absolvi a debito ministrandi necessaria ministris Ecclesiae nisi secundum quod Ecclesia duxerit ordinandum et statuendum.

Per praedicta patet responsio ad argumentum in contrarium. Quia auctoritates veteris testamenti per quas ostenditur quod sint solvendae sic ex praecepto divino, non valent ad propositum propter supradicta. Et ideo ignoranter dicunt quidam iuristae quod decimae nunc sunt solvendae sicut etiam in veteri lege ex obligatione divini praecepti, dictas auctoritates [35] inducendo, nisi convenienter exponantur.

Ad auctoritates etiam iuris canonici per praedicta etiam sufficienter est responsum.

[1] *om.* PRQV ; scilicet *add. in marg.* V. — [2] recentis Q. — [3] assequendo V : consequendo R ; insequendo *corr.* R. — [4] communiter *add.* Q. — [5] bonorum P. — [6] ad ius — cadit] *om.* P. — [7] null'is R. — [8] introducuntur Q : introducitur *corr.* Q. — [9] ceremoniali P. — [10] cerimonialibus Q ; cerimonias *corr.* Q. — [11] moraiam Q : moralia *corr.* 2a *m.* Q. —

[12] non obligant — coeremonialia] *om.* P. — [13] ministeria RQ. — [14] ministeria R ; misteria *corr.* 2ª *m.* R. — [15] scilicet R. — [16] dnces *cum tractu super litt.* n *scrips.* Q. — [17] instituta] in praecepta stituta Q. — [18] md'i Q. — [19] veniset R ; venisset *corr.* R. — [20] *om.* P. — [21] non P. — [22] obligarent Q ; obligaret *corr.* 2ª *m.* Q. — [23] hoc est — circa] *om.* R. — [24] illam R ; illa *corr.* R. — [25] quod sicut] quae sunt R. — [26] turae sed due secundum *ima parte folii scrips.* R. — [27] tempe R. — [28] praeceptis V ; *om.* Q. — [29] non nova — antiqua] *om.* P. — [30] *om.* Q ; *deinde suprascrips.* 2ª *m.* Q. — [31] *om.* R ; *deinde suprascrips.* 2ª *m.* R. — [32] ad Q ; *del et* et *suprascrips.* 2ª *m.* Q. — [33] amittet P. — [34] quod R. — [35] auctoritatas Q ; auctoritates *corr.* 2ª *m.* Q.

(1) MALACHIAS, III, 10. — (2) *Decretum Gratiani*, P. II, C. XVI, q. 1, c. 65 (FRIEDBERG, *op. cit.*, I, col. 783). — (3) c. 8, EXTRA, III, 30 (FRIEDBERG, *op. cit.*, II, col. 558). — (4) I *Cor.* IX, 7. — (5) *Gal.* III, 24. — (6) *Hebr.*, VII, 12.

QUAESTIO XIII

Utrum liceat alicui recipere beneficium ecclesiasticum maxime cum cura in loco cuius linguam vel idioma ignorat .

Post hoc ad secundum arguebatur quod non liceat ignoranti linguam alicuius loci in illo loco recipere [**Cod. V, fol. 192 V**[b]] beneficium praecipue cum cura, quia beneficium datur propter officium. Ergo cum nesciens linguam alicuius loci non possit ibi exercere [1] officium ad curam animae pertinens, quia non potest praedicare nec illorum confessiones audire nec alia sacramenta convenienter dispensare. Et çetera.

Contrarium videtur, quia pluribus [**Cod. R, fol. 191 R**[b]] talibus dantur talia beneficia.

Responsio. Dicendum quod, ut praedictum est, habens beneficium de iure naturae et humano tenetur personaliter residere et officium quod requirit beneficium exercere personaliter ; et ideo etiam de iure naturae et humano talis debet esse persona cui confertur quod et personaliter velit residere et officium velit et possit convenienter exercere. Quando ergo aliquis dat beneficium modo supradicto in casu de quo formatur quaestio, manifestum est quod graviter peccat et etiam ipse recipiens qui obligat se ad officium quod non potest, sicut debet, exercere.

Si enim dicatur quod potest per alium officium quod requirit beneficium facere ; secundum hoc posset dari laïco. Etenim multi laïci de meliori vicario providerent quam provideant multi clerici. Sed si infra modicum tempus

poterit sic addiscere linguam quod erit quantum [Cod. P, fol. 264 R[b]] ad hoc idoneus et ille nihilominus in aliis condicionibus multum sit excellentior quam alius, ecclesia posset tali conferri.

Sed si esset parochia continens plures linguas, eadem ratione videretur Cod. Q, fol. 146 R[b]] quod sciens plures linguas praefici deberet, si posset haberi vel quod deberet talis parochia dividi.

Sed quid de episcopatibus in diversitate linguarum longe diffusis? Idem etiam videretur quod si posset haberi bonus sciens utramque linguam, deberet [2] praefici. Et male videretur facere aliter suscipiens ; nisi forte dicatur quod ea quae episcopus habet agere immediate cum laïcis pauca et rara sunt et possunt etiam aliquo modo per alios expediri.

Praedicta sic patent. Primo enim et per se in collatione beneficiorum debet attendi utilitas ecclesiae cui providetur et non personae de [3] qua providetur ; et secundum condicionem ecclesiae et beneficii de iure naturae tenetur praelatus ecclesiae idoneae personae ad utilitatem ecclesiae providere. Si autem in [4] providendo aliud respiciat, graviter peccat et est personarum acceptor respiciendo et acceptando in persona condicionem quam respicere non deberet et tanquam infidelis procurator ecclesiae agit.

Et directe peccat contra iustitiam distributivam, quia beneficia ecclesiastica sunt quaedam [5] bona communia Ecclesiae debita personis ecclesiasticis secundum exigentiam suorum meritorum et secundum [6] utilitatem quam in Ecclesia possunt facere. Et ideo habens potestatem conferendi ista, cum sit iudex habens [7] ista [8] distribuere secundum iustitiam distributivam, attendere debet per se et primo ad merita personarum in ordine et habitudine [9] ad condicionem beneficii conferendi ut semper magis dignus minus digno praeferatur, et magis digno melius beneficium conferatur. Etnim ista bona ecclesiastica dicuntur [10] esse patrimonium speciale Christi et inter omnia bona temporalia sibi [Cod.P, fol. 264 V[a]] quasi appropriatum et pro specialibus filiis et attinentibus sibi et ministris ad serviendum sibi institutis deputatum.

Sicut ergo bona temporalia saecularium personarum quae procedunt secundum successionem generationis vel originis carnalis semper propinquiori secundum carnem debentur sive sit melior sive non, ita etiam bona temporalia ecclesiastica debent distribui secundum ordinem originis spiritualis, sic scilicet quod ei qui propinquior est Christo spiritualiter, id est qui est melior. Talis enim est Christo propinquior et ei similior. Et hoc quantum ad condiciones per quas etiam est utilior ad beneficium quod debet conferri, maius beneficium conferatur [11]. Et sic manifestum est quod semper meliori [Cod. R, fol. 191 V[a]] et magis utili ad id [12] propter quod beneficium est institutum conferri debet. Et si aliter conferatur peccat semper conferens.

Non autem semper peccat [Cod. V, fol. 193 R[a]] recipiens, quia cum

recipiens est sufficiens et sic est capax beneficii, non autem est distributor illius, ad cum non pertinet quod faciat illud alii meliori conferri et quod de hoc se intromittat ; sed quod consideret utrum probabiliter debeat se reputare idoneum ad tale beneficium suscipiendum. Et sic si talem se [13] probabiliter inveniat, in suscipiendo non peccat. Sed si constarct sibi quod non esset idoneus, sicut cst in casu proposito, aut quod non intenderet facere [14] officium quod beneficium requirit, graviter peccaret.

Et secundum hoc intelligenda sunt dicta communia iuris quod sufficit dare bono, quia huiusmodi bonus in suscipiendo non peccat nec repelli potest ab eo qui instituere habet. Conferentes etiam vel praesentantes sic non puniuntur nec reprehenduntur ab Ecclesia, quia non potest constare de animo conferentis vel [15] di [**Cod. P, fol. 264 V^b**] ligentia de quaerendo meliorem ; et ideo faciendum statuit ius scriptum illud cuius contrarium solum potest apparere [16] et corrigi [17], non autem illud quod potest manere occultum. Non enim posset ostendi quod aliquis dum tamen conferat bono male faciat, quia forte non potuit habere meliorem vel forte illum non novit. Et qui ab uno iudicatur melior, non sic ab alio iudicatur [18], et cetera.

Per praedicta patet responsio ad obiecta [**Cod. Q, fol. 146 V^a**].

[1] beneficium *add.* Q. — [2] *om.* Q. — [3] *om.* P. — [4] *om.* P. — [5] quidam Q. — [5] *om.* Q. [7] *om.* Q. — [8] cum sit — ista] *om.* R. — [9] habitudinem V. — [10] dicentur P. — [11] conferatur] cum feratur PV. — [12] *om.* R. — [13] *om.* Q ; *deinde suppl.* — [14] aut quod non intenderet facere *add.* P. — [15] de *add.* Q ; *postea del.* — [16] appetere PR. — [17] corripi R. — [18] *om.* R.

QUAESTIO XIV

Utrum licitum sit alicui tenere plura beneficia praeter quam in duobus casibus videlicet propter tenuitatem beneficiorum vel propter raritatem clericorum

Post hoc ad tertium arguebatur quod liceat in aliis casibus tenere plura beneficia, quia licet tenere plura [1] ex dispensatione papae. Sed in praedictis casibus non requiritur dispensatio papae. Ergo. Et cetera. Praeterea [2] hoc faciunt viri perfecti et literati, puta doctores in theologia, et plures alii. Ergo. Et cetera.

Contra. Non licet facere illud quod est contra bonum et utilitatem Ecclesiae et quod non est necessarium personae. Sed tenere plura beneficia praeter [3] dictos casus est huiusmodi. Ergo. Et cetera.

Responsio. Dicendum quod quia, ut dictum est, habens beneficium ecclesiasticum de iure naturae tenetur in ecclesia in qua beneficiatus est personaliter residere et officium debitum exercere, manifestum est quod de iure naturae est, id est secundum se et [4] regulariter conveniens et iustum sive rationi consonum, ut una persona non habeat nisi unum beneficium. Et ideo hoc est etiam de iure communi [5] humano et secundum leges humanas sive secundum iura communia sive canonica institutum. Vigesima prima, quaestione prima (1) : Unus clericus in duabus ecclesiis non connumeretur, negociationis enim hoc est et turpis lucri commodum, nemo enim potest duobus dominis servire : et cetera. Item. Distinctione septuagesima (2) sanctorum canonum : In duabus ecclesiis omnino intitulari aliquem non liceat, sed unusquisque in qua intitulatus est in ea permaneat et canonicus habeatur.

Sed quia regulae generales in moralibus quae sunt de agibilibus humanis cum ad particularia [**Cod. P, fol. 265 R**[a]] applicantur non sunt omnino immutabiles nec in omni casu observabiles, ideo [6] inveniuntur casus in quibus non sunt observabiles secundum quod littera sonat ; et tales casus merito debent intelligi excepti [7] ex natura rei. Sed quia [**Cod. R, fol. 191 V**[b]] tales rari sunt et non unicuique est manifestum qui sunt illi, ideo talium casuum exceptio [8] et determinatio pertinet ad illum qui habet legem communem instituere vel qui habet in ea potestatem dispensandi huiusmodi casus determinando.

Non [9] videntur autem plures casus possibiles per se et formaliter quam duo praedicti in quibus bonum sit et licitum tenere plura beneficia, non obstantibus praedictis ; quia leges non sunt rationabiles nisi secundum quod sunt [10] in ordine ad bonum commune praecipue observabiles. Nunc autem sunt praedicti duo casus in quibus huiusmodi lex non videtur observabilis. videlicet si sit tanta tenuitas beneficiorum [11] duorum quod alterum non sufficit ad convenientem sustentationem personae quae tamen est utilis ecclesiae : aut si sit tanta [**Cod. V, fol. 193 R**[b]] paucitas clericorum bonorum et idoneorum respectu multitudinis beneficiorum quod quaelibet ecclesia non possit singulis personis assignari [12].

Secundum hoc in istis casibus potest aliquis plura beneficia habere. Quando enim propter tenuitatem beneficiorum oportet quod una persona plura habeat, tunc quasi amore personae propter eius indigentiam. supposito tamen quod est Ecclesiae utilis et in se honesta. duo beneficia efficiuntur quasi unum et in una persona propter illius commodum quodam modo loco unius coniunguntur [13]. Quando vero propter raritatem clericorum oportet quod una persona plura beneficia habeat. tunc quasi amore Ecclesiae propter eius indigentiam et ob ipsius utilitatem. una persona cui sufficeret habere unum solum efficitur quasi duae personae et in duabus ecclesiis quodam modo loco plurium personarum connumeratur et se ipsum unus homo non propter

commodum proprium, sed propter bonum Ecclesiae quasi dividit [14] et partitur. Et ideo etiam in iure (3) invenitur [**Cod. P, fol. 265 R**[b]] exceptio posita quantum ad istos casus ; et etiam in duobus aliis qui in istis intelliguntur, scilicet cum habetur unum intitulatum [**Cod. Q, fol. 146 V**[b]] et aliud commendatum. Et ista reducitur ad paucitatem clericorum ; alias, cum unum beneficium unius ecclesiae est alteri in alia ecclesia vel in eadem annexum, cuius causa ab initio potuit esse tenuitas alterius vel ecclesiae [15] indigentia et sic reduci potest ad utrumque praedictorum.

Quod autem non sunt alii casus liciti, hoc videtur quia [16], quod aliquis habens unum beneficium simul cum illo habeat aliud huiusmodi [17], non potest esse causa rationalis nisi personae indigentia, quia scilicet si non haberet aliud non posset convenienter ad utilitatem ecclesiae sustentari ; vel ipsius ecclesiae indigentia, scilicet si ecclesia aliqua multo melius posset regi per illum qui etiam aliam haberet propter eminentes condiciones ipsius quam per alium simplicem, et nihilominus etiam ecclesia in qua hic [18] primo beneficiatus est, illo indiget. Istis ita [19] concurrentibus incidit càsus de paucitate clericorum, quia non inveniuntur commode duae personae quae tantum fructum facerent in talibus duabus [20] ecclesiis sicut talis una persona. Et constat quod si persona non indigeat nec etiam ipsa ecclesia, omnino superfluum, inutile et irrationabile esset dare habenti unum beneficium alterum. In hoc enim fieret etiam magna iniuria etiam bonis personis carentibus beneficiis quibus extra praedictos casus [21] merito debentur. In hoc etiam ecclesiae debitis servitiis [**Cod. R, fol. 192 R**[a]] defraudarentur.

Sed secundum ista videtur quod, cum non possunt teneri plura nisi in [22] dictis casibus, non potest dispensari nisi in illis. Et sic incideret casus dispensationis cum aliis. Et ad hoc est intelligendum quod dispensatio in his, quae non sunt mala nisi quia [23] prohibita, non facit nisi quod aufert prohibitionem et rem prohibitam suae naturae relinquit quae, quia de se non est illicita, prohibitione deficiente, simpliciter [**Cod. P, fol. 265 V**[a]] licita manet. In prohibitis vero quia mala, scilicet quia etiam sine prohibitione generaliter et regulariter mala sunt, non tamen sic universaliter mala quin in aliquo casu bona possint esse, dispensatio non solum aufert prohibitionem ut illa amota remaneant simpliciter licita quac, cum caderent sub prohibitione, ratione prohibitionis erant illicita ; sed determinat [24] casus in quibus illud, quod est generaliter malum et ideo prohibitum, non est malum. Nec propter illos facta est prohibitio. Et non est talis dispensatio nisi quaedam iuris declaratio in particularibus factis in quibus dubium est, utrum scilicet pertinere debeant ad aliquem casum dispensabilem in iure expressum ; qui non videntur [25] formaliter esse [26] in proposito nisi duo ; et sic dispensatio non videtur esse casus distinctus ab illis.

Sed oportet quod cum illis incidat, cum scilicet in aliquo casu occurrit dubium utrum ad aliquem casuum in iure expressorum ille qui de novo occurrit merito iudicandus sit pertinere [27]. Cum enim illud dubium quod posset

contingere in dictis casibus est determinatum ex antiqua [Cod. V, fol. 193 Va] consuetudine vel privilegio perpetuo, puta in connexione aliquorum beneficiorum, tunc pertinet ad ius commune. Et tamen supponendum est quod si ab antiquo inveniantur aliqua beneficia annexa, quod facta est ista annexio [28] ex aliqua causa tali praedicta. Et videtur quod si manifestum esset quod nunc talis causa desineret omnino, melius esset quod dividerentur. Quando etiam per se est unicuique notum et [29] manifestum quod in aliquo casu est aliqua praedictarum causarum, puta si unum beneficium non valeat nisi viginti solidos et aliud [30] etiam forte ita parum valet quod ex uno non posset aliquis sustentari ; et similiter etiam [31] quando est evidens et unicuique manifesta clericorum paucitas [32], tunc non requiritur superioris dispensatio, quae cum non sit nisi quaedam [Cod. P, fol. 265 Vb] declaratio, in manifestis non oportet eam adhibere ; sed de iure communi possunt in istis casibus plura beneficia teneri.

Et secundum praedicta est intelligendum quod si nulla esset prohibitio iuris scripti de pluribus beneficiis tenendis, non liceret tamen plura tenere nisi in casibus praedictis. Et in aliis casibus est simpliciter malum et bono moris [Cod. Q, fol. 147 Ra] contrarium quia, ut dictum est, in hoc [33] ecclesia quantum ad officium debitum defraudatur et bonae [34] personae beneficiis [35] sibi de iure debitis privantur. Et si, ut dictum est, super his non esset aliqua prohibitio, in iure tamen deberent tam recipiens quam conferens considerare si adesset aliquis casuum praedictorum ad hoc quod plura posset licite tenere : et sic quodam modo intelligeretur fieri dispensatio, in quantum scilicet talis casus diiudicaretur et cum causa legitima appareret, eligeretur.

Et secundum ista videtur quod dispensans male dispensat et in dispensando [Cod. R, fol. 192 Rb] peccat ; et etiam [36] iste cum quo dispensatur, si non [37] adsit aliquis dictorum casuum ; quia talis dispensatio non est vera dispensatio [38] sed magis dissipatio [39]. Unde dicit **Bernardus** (4), *Ad Eugenium papam*, libro secundo : non prohibeo [40] dispensare sed dissipare : non enim ignoro vos positos dispensatores sed in aedificationem non in destructionem. Ubi necessitas urget, excusabilis dispensatio est, ubi utilitas permittit [41], dispensatio laudabilis est. Utilitas dico non propria sed communis. Nam cum nihil horum est non plane fidelis dispensatio est, sed crudelis [42] dissipatio.

Est tamen circa hoc intelligendum quod, licet dispensatio non valeat cum non subest aliquis dictorum casuum quantum ad salutem quin dispensans peccet [43] dispensando et recipiens in recipiendo et beneficia plura tenendo, tamen [44] videtur quod quantum ad hoc valet quod per illam recipiens facit fructus [Cod. P, fol. 266 Ra] suos ; et cum renuntiat beneficio, non tenetur fructus perceptos restituere, quia habet titulum beneficii. Sicut [45] etiam tenens unum solum et tamen non deserviens sicut debet, peccat tenendo et non deserviendo, tamen fructus suos facit nec illos restituere tenetur : quod non contingeret si sine dispensatione teneret beneficium quod dispensationem requirit :

prout dicitur, **Extra** (5) *De Electione* [46] : Dudum Rothomagis ecclesia. Ubi dicitur quod, quia beneficium requirens dispensationem cum sine dispensatione tenetur, vacat ipso iure ; et sic tenens illud non habens titulum illius cum retineat alienum, furtum committit vel rapinam ; et cetera.

Et quamvis ubi est manifestum intervenire aliquem dictorum [47] casuum dispensatio sit secura quantum ad hoc quod excusat a peccato ; ubi autem est dubium propter discretionem superioris [48] dispensantis, potest aliquis suam conscientiam informare ut credat quod illud dubium per discretionem superioris bene determinatur in partem illam quod casus dispensabilis iudicetur, tamen non est nimis confidendum nisi multum probabiliter appareat ita esse; quia cavendum est ne, ut dicitur in capitulo (6) supra [**Cod. V, fol. 193 V**^{b}] allegato vigesimo primo, quaestione prima, capitulo : *Clericus* ; cupiditas turpis lucri alliciat ad nimis faciliter pro parte ista iudicandum. Constat etiam quod superior potest multipliciter decipi in dispensando et ideo tutius videretur [49] declinare ad tenendum unum solum et sustinere aliquas difficultates et [50] penurias quae tamen non essent multum graviter opprimentes quam se tali periculo exponere. Et hoc maxime esset nescessarium personis theologicis quorum vita debet esse perfectissima, ut etiam efficacius informent exemplis quam doctrinis, quia quantumcumque sit licitum et possit aliquo modo excusari tenere plura, tamen non potest esse quin [51] sit res mali exempli et quin [52] ex hoc homines [**Cod. P, fol. 266 R**^{b}] male aedificentur, maxime quantum ad theologos qui habent docere [53] contemptum mundi et bonorum temporalium. Unde **Gregorius** (7), prima *Pastoralis* : qui loci sui necessitate exigitur summa dicere, hac eadem necessitate compellitur summa monstrare, namque illorum vox auditorum corda libentius penetrat quam docentis vita commendat ; et cetera.

Circa praemissa etiam est notandum quod reverendus pater dominus **Guillelmus** quondam episcopus parisiensis, cum [**Cod. R, fol. 192 V**^{a}] hanc quaestionem determinaret [**Cod. Q, fol. 147 R**^{b}] : utrum licitum sit tenere plura beneficia, inter alia dixisse refertur quod si bene consideraretur [54] quanta sit difficultas et quantum periculum in bene tenendo unicum beneficium et quam pauci bene [55] teneant unum solum, non deduceretur in dubium utrum licitum sit tenere plura ; immo statim unusquisque hoc illicitum iudicaret. Sed de hoc : utrum licitum sit [56] tenere unum solum, posset tanquam de aliqualiter dubio et difficili disputari.

Per praedicta patet responsio ad obiecta. Quia supponendum quod nullus vir bonus sive theologus sive alius tenet plura beneficia nisi modo supradicto.

[1] beneficia *add.* P. — [2] pma Q ; *deinde del et corr.* praeterea Q. — [3] doctos *add.* Q ; *postea del.* — [4] *om.* R ; *deinde suppl.* R. — [5] et *add.* V. — [6] non *add.* Q. — [7] accepti Q. — [8] acceptio Q. — [9] ur *add.* Q ; *postea del.* — [10] sint Q. — [11] bene duorum Q. — [12] *om.* P. [13] coniungantur P ; coniungitur R. — [14] dividitur V. — [15] ecclesia Q ; ecclesiae *corr.* Q. —

[16] quod Q. — [17] huius QR. — [18] hoc PQ. — [19] *om.* VP. — [21] talibus duabus] duabus talibus R. — [21] causus R. — [22] *om.* Q. — [23] qui 1ª *m.* Q ; quia *corr.* 2ª *m.* — [24] determinant P. — [25] videtur R. — [26] formaliter esse] esse formaliter R. — [27] *om.* Q. — [28] ista annexis] annexis ista Q. — [29] vel R ; et *corr.* R. — [30] illud PV ; aliud *corr. in marg.* V ; aliud Q ; *deinde del.* — [31] *om.* Q. — [32] clericorum paucitas] clericorum RQ. — [33] hac PR. — [34] bono PV ; bonae *corr.* V. — [35] beneficiatis PVRQ ; eiis *add. in marg.* V. — [36] iste add. Q ; *postea del.* — [37] autem R. — [38] non est — dispensatio] *om.* PQ. — [39] dispensatio Q [40] proheibeo Q ; prohibeo *corr.* Q ; — prohibebo R. — [41] permittat P. — [42] dispensatio *add.* Q ; *postea del.* — [43] in *add.* V. — [44] *del* Q ; *postea denuo suprascrip.* Q. — [45] in tenens *add.* Q ; *postea del.* — [46] electionem Q. — [47] l *add.* Q ; *postea del.* — [48] superiorum P. [49] videtur P. — [50] *om.* Q. — [51] quin *add.* R. — [52] qui R. — [53] dicere Q. — [54] consideraratur Q ; — consideratur *corr.* Q. — [55] *om.* P. — [56] *om.* Q ; *deinde suppl. alia m.* Q.

(1) *Decretum Gratiani*, P. II, C. XXI, q. I, c. I : Clericus (FRIEDBERG, *op. cit.*, t. I, col. 852). Litteraliter. — (2) ID., *ibid.*, P. Iª, D. 70, c. II (*op. cit.*, t. I, col. 227). Litteraliter. — (3) Cfr. *Decretum Gratiani*, P. II, C. XXI, q. I, c. I : Clericus. (FRIEDBERG, *op. cit.*, vol. I, col. 852), et *Ibid.*, P. I, C. X, q. 3, c. 3 (*op. cit.*, vol. I, col. 623). — (4) SANCTUS BERNARDUS, *De Consideratione, ad Eugenium* papam, l. III, c. IV, 18 (PL., t. 182, col. 769). Fere litteraliter. — (5) Resp. c. 54, Dudum ecclesiae Rothomagensi, EXTRA, I, 6 (FRIEDBERG, *op. cit.*, II, col. 93). — (6) *Decretum Gratiani*, P. II, C. XXI, q. I, c. 1 : Clericus (FRIEDBERG, *op. cit.*, I, col. 852). — (7) Sanctus GREGORIUS MAGNUS, *Pastoralis Liber*, P. II, c. III [al. XIV] (PL., t. 77, col. 28). Fere verbotenus.

QUAESTIO XV

Utrum habens aliquod beneficium per simoniam et per commutationem illius aliud consequens committat simoniam in sic aliud consequendo

Consequenter ad quartum arguebatur quod sic commutando primum beneficium simoniace obtentum pro alio, committat simoniam ; quia res quae succedit alteri rei vel loco alterius eodem iure censetur [1] vel condicionem sortitur eandem cum illa re cui sic succedit. Quia, prout dicitur **Extra** (1), *De Usuris*, capitulo : Cum tu [2]; Possessiones comparatae de pecunia usuraria sunt restituendae sicut et pecunia usuraria. Ergo in proposito beneficium quod quis consequitur [3] ratione beneficii alterius per simoniam habiti etiam simoniacum debet iudicari.

Contra. Ubi non est aliqua pactio non est simonia. Sed secundum beneficium bene potest haberi per modum permutationis absque pacto. Ergo. Et cetera.

Responsio. Dicendum quod quia simoniace [Cod. P, fol. 266 Vª] et ex

bono aliquo temporali dato habens beneficium non habet iustum titulum, ideo non habet ius in illlo beneficio nec in fructibus quos inde percipit ; et ideo tenetur renuntiare beneficio et restituere fructus exinde perceptos. Et quia beneficia ecclesiastica pure et simpliciter et absolute debent dari sine pactione et nullo bono [4] temporali dato vel promisso, quando quis consequitur beneficium, aliquo pacto vel promisso [5] huiusmodi interveniente, committitur simonia ; sed quando simpliciter et absolute, pure et libere confertur, non ad hoc ergo quod aliquis habens unum beneficium per modum commutationis vel permutationis illius in aliud, illud aliud consequatur sine vitio simoniae, oportet quod beneficium habitum simpliciter et absolute et omnino libere resignet nulla pactione de bono aliquo temporali interveniente propter quam aliud consequatur.Si ergo habens primum beneficium [6] simoniace sic illud beneficium simpliciter at absolute et omnino libere resignet, alius etiam cum quo debet fieri permutatio, beneficium suum similiter libere resignet et per illos qui [7] habent protestatem conferendi libere conferantur, propter hoc [8] ille qui per [9] resignationem beneficii quod simoniace obtinuerat [10] aliud simoniace non habebit cum ibi cesset omnis pactio vel promissio. Ad hoc enim quod secundum beneficium habeatur sine simonia vel non simoniace nihil facit quod primum beneficium habuerit simoniace [**Cod. V, fol. 194 R^a^**] ; sed ad hoc solum faceret pactio de habendo secundum propter resignationem primi. Si enim primum esset legitime habitum et non simoniace, et fieret pactio de habendo [11] aliud propter illius resignationem, non minus committeretur simonia quam si hoc fiat [12] circa beneficium simoniace habitum. Si etiam habens [13] beneficium aliquod simoniace illud libere resignet et postea eidem libere restituatur illud idem, ex tunc non dicetur illud habere simoniace.

Et per hoc patet responsio ad argumentum.

Quia cum [**Cod. R, fol. 192 V^b^**] primum beneficium simpliciter [**Cod. P, fol. 266 V^b^**] et absolute resignatur nec remanet in se ipso apud illum [14] nec etiam remanet in virtute et valore [15] in alio secundo habito, quia illud non sic succedit primo quod per primum assequitur [16] ipsum sed simpliciter et absolute et ideo pure [17] et libere prout fieri debet, consequitur [18] illud ex collatione libera potestatem habentis. Et ideo non debet dici quod illud habeat [19] simoniace. Si tamen ratione [20] simoniae praecedentis sit ei poenitentia iniungenda et si quia [**Cod. Q, fol. 147 V^a^**] forte simonia praecedens fuit evidens et notoria, ideo aliqua dispensatione talis indiget ad hoc quod capax sit alicuius beneficii, de hoc nihil ad propositum. Sed hoc verum est quod dictum est quod praedictis suppositis secundum beneficium simoniace non habetur.

Nec est simile de eo quod de pecunia usuraria acquiritur, quia illud directe succedit loco pecuniae ; et ideo est restituendum, sicut esset pecunia restituenda. Sed in proposito secundum beneficium non succedit loco primi cum ante secundi adeptionem primo simpliciter [21] renuntietur.

[1] censeditur Q ; censetur *corr. alia m.* Q. — [2] tamen VPQ. — [3] *consequatur* P — [4] modo VP. — [5] promissio Q. — [6] primum beneficium] beneficium primum Q. — [7] *om.* Q ; *suppl. alia m.* Q. — [8] *om.* Q. — [9] *om.* R ; *suppl. alia m.* R. — [10] obtinuerunt 1ª *m.* Q ; — *corr.* 2ª *m.* Q. — [11] secundum propter — pactio se habendo] *om.* P. — [12] fiet Q ; fiat *corr.* 2ª *m.* Q. — [13] etiam habens] habens etiam Q. — [14] illud Q ; illum *corr.* 2ª *m.* Q — [15] valo Q ; valore *corr.* Q. — [16] ipsum *add.* Q ; *postea del.* — [17] omnino R. — [18] *consequatur* PQ. — [19] habeat *add.* Q. — [20] ratione *add.* Q. — [21] primo simpliciter] simpliciter primo V.

(1) *Reapse respicitur* c. 5, Quum tu, EXTRA, V, 19 (FRIEDBERG, *op. cit.*, II, col. 812).

QUAESTIO XVI

Utrum praebens auctoritatem pugnantibus in duello peccet

Deinde circa pertinentia ad principes saeculares et subditos sibi quantum ad bona temporalia et iustitiam sacularem, quaerebantur duo. Primum pertinet ad auctoritatem quam habent in iustitiae executione ; secundum pertinet ad auctoritatem quam habent in bonorum temporalium dispositione.

Primum est utrum praebens auctoritatem pugnantibus in duello peccet. Secundum est utrum princeps dicens se habere causam et necessitatem aliquam pro utilitate reipublicae nec tamen huiusmodi causa vel necessitas est de se notoria vel manifesta nec etiam princeps eam aperit aliis principalioribus et discretioribus communitatis, possit occasione huiusmodi imponere aliquam exactionem [1] subditis suis sicut placet. et subditi teneantur solvere.

Ad primum arguitur quod talis peccet ; quia qui dat auctoritatem ut innocens occidatur, peccat [**Cod. P, fol. 267 Rª**]. Ita fit [2] in proposito. Quia cum in tali pugna eadem sit condicio pugnantium, sic scilicet quod in congrediendo vel defendendo nullus habet [3] praerogantiam respectu alterius, non est aliquid assignare propter quod unus magis vincere debeat quam alter. Ergo. Et cetera.

Contra. Communiter hoc fit ab [4] his qui pro discretis et iustis habentur. Praeterea secundum **Augustinum** (1), vigesimo secundo *Contra Faustum*, et decimo nono *De Civitate Dei* (2), licet bella committere propter bonum pacis. Sed per duellum quod est bellum singulare etiam potest perveniri ad pacem. Ergo etiam licitum est, maxime quando fit auctoritate principis. Ergo. Et cetera.

Responsio. Dicendum quod malum culpae quamvis possit in casu tolerari cum non potest bono modo prohiberi nisi ex [5] hoc maius [6] malum oriretur. nullo modo tamen est faciendum. Fit autem malum culpae aliquando per illlos

qui in exteriori opere ipsum [7] exercent, aliquando per illos qui ad hoc auctoritatem et consensum praebent. Si ergo pugnare in duello sit malum et peccatum, constat quod quicumque huic praestat auctoritatem et consilium vel [8] consensum graviter peccat.

Quod autem pugnare in duello sit secundum se malum et illicitum secundum quod communiter fit, nulli sapienti est dubium ; quia duellum est singularis pugna inter aliquos duos ad probationem vertitatis alicuius facti occulti per victoriam alterius. Et quia huiusmodi [9] factum non videtur [**Cod. V, fol. 194 R**[b]] aliter humano iudicio posse manifestari, videtur haec probatio [10] inniti divino iudicio sive signo divini iudicii, quasi hoc sit divinum iudicium quod victus [**Cod. R, fol. 193 R**[a]] sit reus habendus. Et ideo communiter dicitur quod in hoc incidit peccatum de quo tentatur Deus. Manifestum est enim quod illud non debet haberi pro iusta probatione et notificatione veritatis, quia innocentia vel iniustitia non sunt principia per se ordinata ad vincere et vinci, sed magis fortitudo et potentia corporis naturalis et audacia et [11] industria animi et ars [**Cod. P, fol. 267 R**[b]] pugillatoria et talia alia quae ita sunt in iniusto sicut in innocente.

Item vincere et vinci non semper contingunt ex ordine rationis nec ex fortitudine corporis et huiusmodi; sed in hoc potest casus [**Cod. Q, fol. 147 V**[b]] et fortuna evenire. Et potest contingere victoria a fortuna multipliciter, puta : si forte aliquis pugilum qui quantum ad omnes condiciones [12] alium excellit, credit habere meliorem clipeum vel meliorem equum et habet [13] peiorem ; vel forte impingit in lapidem non perceptibilem inter pedes et cadit.

Et ideo videtur in duello quod [14] provocans semper peccat, quia habet voluntatem invadendi hominem et ipsum occidendi ad hoc ut appareat omnino intentum suum probasse. Hoc autem est malum cum illud non habeat rationem probationis idoneae. Ergo. Et cetera.

Sed quid si certus sit de facto nec habeat alias probationes et sic iste reus est dignus occidi, sed non est alia via ad hoc, potestne auctoritate iudicis illum sic invadere ut in hoc sit quasi minister legis et iudicis? Et videtur quod si [15], cum etiam aliquis invasus [16] in corpore vel in rebus possit se defendere cum moderamine inculpatae tutelae ita quod etiam si ad huiusmodi defensionem mors sequatur, non culpatur ; quia in sic interficiendo est iste minister legis a qua ei hoc conceditur. Ita etiam videtur posse dici in proposito.

Et videtur dicendum quod non. Quia licet talis sit reus et puniendus, tamen ad hoc quod puniatur est legitime convincendus. Talis autem modus est omnino illegitimus et ideo nullo modo est voluntarie assumendus nec est alicui concedendus.

Item sic agendo exponit se fortunae in casu omnino dubio quia, ut dictum est, omnino dubium est quis eorum vincere debeat [17] nec remanet sibi via evadendi quin oporteat quod interficiat alium vel quod [**Cod. P, fol. 267 V**[a]] ab illo [18] interficiatur. Nec est simile de invaso, quia non voluntarie simpliciter

se defendendo [19] alium interfecit [20], sed ad suam vitam vel sua conservanda invadenti resistit et vellet non esse invasus. Et hoc etiam habet locum in illo qui non potest [21] habere recursum ad iudicem per quem via iuris defenderetur ; quia etiam sicut iste qui vere est innocens in casu praedicto contra vere reum admitteretur, ita etiam iniustus qui ex malitia vellet provocare eadem ratione contra innocentem esset admittendus ; ideo patet quod talis processus est iniquus. Velle autem consentire quod per viam iniquam procedatur et per illam etiam [22] procedere est iniquum, ideo necessario peccat provocans et ad hoc agens et auctoritatem praebens.

Sed utrum provocatus [23] semper peccet in duello dubitatur ; quia videtur aliquibus quod si provocatus sit aliquis in causa criminali et a iudice compellatur, licitum sit pro vita tuenda ; si [24] autem in casu [25] civili, scilicet pro re temporali tuenda, non licet.

Aliis **[Cod. R, fol. 193 R^b]** etiam plus videtur quod, cum liceat res temporales defendere si invadantur et etiam eas defendendo licet raptorem interficere si invasus illas aliter defendere non potest, si etiam aliquis provocatus sit ad duellum pro bonis suis temporalibus quae amitteret si non pugnet et ad pugnandum compellatur a iudice pro defensione rerum suarum, videtur **[Cod. V, fol. 194 V^a]** quod pugnare possit.

Aliis forte videretur quod in nullo casu possit invadere [26] pugnando quin peccet nisi in uno, puta : cum in hanc necessitatem inducatur quod provocans ipsum interficiet vel res suas rapiet nisi se defendat. Si enim iudex incontinenti facta provocatione provocatum detineret et ipsum per violentiam in **[Cod. P, fol. 267 V^b]** loco firmato eum provocatore poneret qui ipsum invaderet nec haberet facultatem evadendi nisi se defendendo, licitum esset sibi quod se defendendo illum interficeret.

Item si auctoritate iudicis vellet eum provocans invadere pro rebus suis sibi violenter auferendis etiam ob [27] defensionem [28] rerum **[Cod. Q, fol. 148 R^a]** suarum posset se, sicut dictum est, defendere etiam si ad hoc alterius [29] mors sequeretur, quia in talibus licet vim vi repellere. Sed si per iudicem compellatur pugnare aut auctoritate iudicis per suos ministros interficietur [30] aut bona sua capientur, videtur quod non debet pugnare in hoc casu, quia scilicet provocans ei violentiam cui posset resistere se defendendo non infert, sed iudex : et ideo si non possit manus eius evadere nisi pugnando, non tamen debet ire ad pugnam, sed debet subsidium iuris per probationes legitimas implorare. Si autem non offerantur tales, sed in hoc quod non vult pugnare pro condemnato [32] habetur, iniqua est sententia : et si posset, ab illa deberet appellare ; si non potest oportet, ut videtur, quod violentiam iudicis patiatur.

Sed haec sententia nimis dura videtur. Et ideo posset dici quod in [33] casu praedicto licitum sit provocato pugnare animo [34] se defendendi tantum. Nam cum iudex iniuste ipsum interficeret si pugnare nollet [35], cum talis paratus esset stare iuri, in tali casu talis iudex rationem iudicis realiter non haberet :

et ideo violentiae quam inferre vellet sic provocato deberet ipse provocatus [36] resistere sicut posset. Cum autem illi violentiae resistere non posset nisi campum [37] pugnae ingrediendo et se invasioni provocantis exponendo, et in hoc iniuriam non videtur facere provocanti, quia ipsum invadere non intendit, hoc videtur licite posse facere provocatus [**Cod. P, fol. 268 R**[a]]. Et si hoc facto provocans invadit provocatum, videtur quod provocatus licite possit se [38] defendere. Sicut ergo sic provocatus, si per manus [39] violentas iudicis vel ministrorum suorum positus in campo pugnae licite posset pugnare se defendendo, ita videtur dicendum in casu proposito. Quia sic etiam per violentiam iudicis cui aliter resistere non potest [40], intelligitur [41] poni in campo pugnae.

Sed est alius modus duellandi in [42] quo oportet quod provocatus semper peccet si pugnet, quia alicubi est lex talis quod provocatus negans factum pro quo provocatur, potest expectare probationes legitimas si vult; quia [**Cod. R, fol. 193 V**[a]], si velit quod super facto sibi imposito veritas inquiratur et secundum veritatem inveniendam iudicetur, ita fiet ; et constat quod si hoc spreto [43] pugnet [44], gravius peccat. Sed quia provocans habens intentionem ipsum convincendi vel per legitimas probationes si provocatus hoc petat vel per modum reprobatum, scilicet per duellum, ideo etiam non videtur excusari.

Sed quid de iudice ? Cum enim offerat provocato in tali casu facere iustitiam modo legitimo si velit, nec oportet eum pugnare, non [45] videtur esse in culpa si ille [46] spreta [47] via iuris pugnet ; sed totum debet ipsi provocato imputari.

Similiter etiam si quantum ad [48] alios [49] modos procedendi ad duellum offerat et provocanti et provocato quod paratus est eis facere secundum quod ius dictat [50], hoc autem noluerunt acceptare, videtur quod totum malum est eis et non [**Cod. V, fol. 194 V**[b]] iudici imputandum.

Et est dicendum quod immo iudex semper peccat, quia dat auctoritatem malo quod posset impedire, quia statim cum aliquis petit aliquid ab alio et alius negat, debet provocanti indicere [51] modum probandi per modum licitum et legitimum. Si autem consentiat quod habeat probationes illicitas, peccatum non evadit.

Sed quid si sit iudex ecclesiasticus, puta [**Cod. P, fol. 268 R**[b]] abbas vel episcopus, qui iustitiam temporalem in tali casu et in aliis tenet [52] domino superiori, puta a rege, et si deficiat exhibere iustitiam in tali casu secundum consuetudinem [**Cod. Q, fol. 148 R**[b]] perdet totam suam iustitiam quam iuravit manu tenere et conservare [53]?

Dicendum quod non iuravit tenere quod est illicitum. Et ideo aliis casibus licitis debet suam iustitiam quantum potest conservare, non in illo ; etiam si occasione huiusmodi per superiorem deberet iustitiam perdere in aliis.

Et praelati auctoritatem praebentes non sunt solum irregulares si mors vel mutilatio sequatur, sed sunt veri homicidae puniendi peccato veri homi-

cidii. Quia, ut dicitur, Extra (3), *De Clericis pugnantibus in duello*, homicidium non solum facto sed praecepto, id est auctoritate vel consilio, perpetratur. Et ideo est generaliter interdictum. Extra (4), *De Purgatione vulgari*, capitulo : Causa suscepti regiminis ; ubi dicitur : duellum in nullo casu est aliqualiter tolerandum. Et secundo, quaestione quinta, capitulo : Monomachiam (5) ; et cetera.

Ad rationes in oppositum est dicendum quod licet auctoritas pugnandi in duello praebeatur a pluribus qui sapientes apud mundum reputantur, non sunt tamen sapientes apud Deum. Quamvis etiam pax [54] sit bonum magnum [55], non oportet tamen quod omne id per quod potest pax quomodocumque acquiri bonum et licitum sit dicendum.

[1] s *add.* Q ; *postea del.* — [2] sic Q. — [3] habeat V. — [4] hhiis *add.* Q ; *postea del.* — [5] ad Q. — [6] magius Q ; maius *corr.* Q. — [7] illud V. — [8] *om.* Q. — [9] huius Q ; huis P. — [10] videtur haec] *om.* P. — [11] iust *add.* R ; *postea del.* — [12] ad *add.* V. — [13] pio *add.* Q ; *deinde del.* — [14] in duello quod] quod in duello QR. — [15] si P. — [16] invasis Q ; — *deinde litteras* is *del* Q. — [17] *om.* P. — [18] isto R. — [19] descendendo 1ª *m.* Q ; *litteram* s *del* 2ª *m.* Q. — [20] interficit V. — [21] potest *add.* Q. — [22] et PR. — [23] provocans P. — [24] scilicet R. — [25] e *add.* Q ; *postea del.* — [26] evadere VRQ. — [27] *om.* Q. — [28] etiam *add.* QR. — [29] ulterius R. — [30] interficeretur P. — [31] conferantur P. — [32] pro condemnato] prout damnato P. — [33] *om.* Q. — [34] i *add.* Q ; *postea del.* — [35] vellet RQ. — [36] provocare Q ; provocatus *corr.* Q. — [37] capum Q. — [38] *om.* V. — [39] magus R ; *litteram* g *delev. et* n *suprascr.* R. — [40] posset Q ; potest *corr.* Q. — [41] in campo *add.* Q ; *deinde del.* — [42] *om.* P. — [43] sponte R. — [44] pugnet R. — [45] nec P. — [46] iste R. — [47] iuris *add.* Q ; *deinde del.* — [48] ab *add.* Q ; *postea del.* — [49] aliquod R. — [50] dicat PQ. — [51] ita dicere Q. — [52] tenet *add.* P. — [53] tenere et conservare] servare et tenere V. — [54] *om.* Q. — [55] bonum magnum] magnum bonum R.

(1) Cfr. Sanctus Augustinus, *Contra Faustum*, XXII, c. 74 (PL., t. 42, col. 447). — (2) Cfr. Sanctus Augustinus, *De Civitate Dei*, l. XIX, c. 12 (PL., t. 41, col. 637-638). — (3) Cfr. c. De Clericis pugnantibus, Extra, V. 14 (Friedberg, *op. cit.*, vol. II, col. 805). — (4) Cfr. c. I, Causa suscepti regiminis, Extra, V, 35 (Id., *op. cit.*, II, col. 877). — (5) Cfr. *Decretum Gratiani*, P. II. C. II, q. 5, c. 22, Monomachiam (*op. cit.*, vol. I, col. 464).

QUESTIO XVII

Utrum princeps dicens se habere causam pro utilitate reipublicae nec tamen huiusmodi necessitas est de se notoria possit imponere aliquam exactionem et subiecti teneantur solvere

Consequenter ad secundum arguebatur quod possit princeps exactionem imponere subditis absque manifestatione causae, quia illi ad quem pertinet bellum sua auctoritate movere et pertinentia ad hoc [1] pro militibus [2] providere, potest imponere huiusmodi exactionem prout sibi videbitur [3] expedire. Sed ita est in proposito. Ideo. Et cetera. Maior patet per **Augustinum** (1), vigesimo secundo libro, *Contra Faustum*, ubi dicit : suscipiendi belli [**Cod. R, fol. 193 V**[b]] auctoritas atque consilium est penes principes, exequendi vero iussa bellica ministrorum. Et praemittit (2) : ad hoc tributa [**Cod. P, fol.268 V**[a]] praestantur ut propter bella militi stipendia praebeantur.

Contrarium arguitur et ostenditur quod in principatu recto ubi aliquis principatur aliis ut liberis non ut servis, hoc non licet ; quia ad liberum pertinet ut ille sit sibi causa suarum actionum et non ut ab alio agatur totaliter. Ergo si immineat aliqua talis exactio ad utilitatem communitatis facienda, illa debet ordinari de consensu [4] et [5] scitu principaliorum et discretiorum de communitate.

Responsio. Dicendum quod princeps multitudinis in bona et recta politia secundum **Philosophum** (2) debet esse optimus et prudentissimus et quasi vir divinus respectu aliorum. Et quia secundum naturalem originem non oportet quod optimus generet optimum, ideo convenientius esset quod principes instituerentur a populo per electionem ut semper melior praeficeretur. Licet enim quandoque propter malitiam communem et eligentes in eligendo deficiant, tamen electio secundum se magis est via ad habendum bonum principem quam generatio naturalis.

Cum ergo ut in pluribus reges non sic instituantur per electionem eo quod reges sunt, non oportet quod supponantur esse meliores et prudentiores. Sed quantumcumque aliquis princeps esset bonus, quia non est [6] omnino immunis a passionibus quibus diversimode potest affici peius vel melius et sic etiam peius vel [7] melius iudicare, et regnum suum debet ordinari [**Cod. V, fol. 195 R**[a]] principaliter non ad bonum [8] suum privatum sed ad bonum totius communitatis, ideo talis debet regere secundum leges recte institutas et non secundum suam propriam prudentiam, ut dicit **Philosophus** (3), tertio *Politicorum*. ubi dicit quod quaecumque lege possunt statui vel iudicari non sunt principi committenda, sed lege diiudicanda ; quia lex est quid valentius

et firmius [Cod. P, fol. 268 V^b], cum ei non adsint passiones quam homo cui necesse est passiones adesse.

Unde [9] dicit (4) ibi quod qui iubet intellectum, id est leges secundum rectam rationem institutas principari, videtur iubere [Cod. Q, fol. 148 V^a] principari [10] Deum et ipsas iustas leges ; qui autem iubet principari hominem, apponit et bestiam. Quando enim concupiscentia [11] et furor principatum habuerunt, id est quando liberum est homini quod principetur secundum quod secundum suas diversas passiones diversimode afficitur, tandem et optimos viros interimet. Et ex his concludit quod quaecumque lex potest determinare, per legem iudicanda sunt et non per bonum virum. Si autem ita est quando [12] constat principem esse optimum, multo magis debet hoc concedi quando non constat eum esse talem.

Quando ergo aliquis principatur aliquibus ut liberis non ut servis, nec habet ius principandi nisi virtute totius communitatis vel ipsum eligentis vel instituentis vel ipsum acceptantis et in ipsum consentientis, principatus eius non debet esse nisi propter bonum commune et propter communem utilitatem. Et ideo non debet aliquid imponere communitati quod sit eis in gravamen et noxium, nisi hoc procedat de consensu subditorum, qui in quantum liberi [Cod. R. fol. 194 R^a] debent non coacte sed voluntarie obedire, scientes scilicet rationem propter quam hoc eis imponatur, et illam esse talem quod sit merito approbanda : vel quia deducitur ex lege statuta quae est instituta secundum consonantiam ad rationem et prudentiam discretorum ; vel quia est deducta praeter legem, quae ad hoc directe et immediate se non extendit, ex consilio principis, si de ipso et suis consiliariis constet quod habent rectitudinem prudentiae in intellectu et electionis in voluntate et quod sint sic iusti et fideles quod in casu proposito possint et velint sanius considerare id [Cod. P, fol. 269 R^a] quod est melius et utilius quam alii. [quod] Debet considerari in tali casu si non apparet in hoc error et constet quod in aliis casibus discrete [13] et fideliter consueverunt se habere. Si autem quod statuit vel quod subiditis indicit sit aliquid grande et onerosum nec appareat utilitas propter quam rationabiliter tantum onus debeat imponi ; nec princeps est multum excellens in prudentia et fidelitate [14] et amore boni communis respectu aliorum ; nec etiam illi quorum consilio [Cod. V, fol. 195 R^b] principaliter utitur sint tales quod eis multo magis sit credendum quam aliis, subditi de iure non tenentur obedire ; quia nec talis impositio rationalis est.

Cum enim in talibus princeps consueverit allegare quod tale onus imponitur pro necessitate rei publicae et pro utilitate omnium subditorum, si non sit ita, non potest de iure hoc imponere.

Cum autem subditus liber illud quod pro utilitate rei publicae impendit voluntarie et ex electione facere debeat si sit bonus, non coacte et per violentiam, debet ei constare aliquo modo probabiliter quod ita sit.

Si dicatur quod sufficit quod princeps dicat ita esse et quod hoc facit

bono et magno consilio, non valet. Quia tali modo tyranni etiam [15] dicere consueverunt. Et sic si non constet aliter de uno quam de alio, sicut tyrannus nititur principari secundum propriam voluntatem, ita et bonus princeps. Quod falsum est. Et ideo in tali casu licet non singuli de populo debeant interesse ubi talia tractantur et ordinantur ac statuuntur, tamen tot discreti et fideles de principatu debent interesse et talia approbare quod possit communiter homnibus apparere quod causa pro qua tale onus eis imponitur sit rationalis et ideo voluntarie suscipiendum.

Ad hoc autem requiritur quod tales quorum [**Cod. P, fol. 289 R^b^**] consilio Cod. Q, fol. 148 V^b^] talia tractantur et ordinantur non sint principi multum familiares et coniuncti, quia suspecti essent ; quia etiam non de facili contra principis voluntatem dicerent ; et quod tales sint quod onus imponendum possit ipsos vel subditos suos proprios tangere sicut alios, alioquin non essent circa hoc solliciti et attenti.

In tali autem [16] casu, scilicet cum [17] princeps solo suo [18] consilio privato contentus tale onus imponit nec vult quod aliis causa vel necessitas propter quam imponitur innotescat, deberent subditi resistere, si possent, quousque esset per praedictos prudentes sufficienter discussum ; alioquin paulatim regnum in tyrannidem converteretur et subditi liberi redigerentur ad condicionem servorum subditorum.

Et est timendum ne propter multorum pusillanimitatem et aliorum infidelitatem hodie communiter [**Cod. R, fol. 194 R^b^**] ita fiat [19]. Propter quod vis invenitur rectus et iustus principatus ; sed fere omnes principes conantur principari ut tyranni, omnia ad suum proprium honorem vel commodum referendo, etiam cum detrimento subditorum ; et cetera.

Ad argumentum in oppositum est dicendum quod licet ad principem pertineat principaliter auctoritas movendi bellum et providendi de his quae sunt necessaria pro militibus, tamen in casibus multum arduis et non manifestis non debent [20] haec fieri sine consilio subditorum liberorum modo supra exposito

Explicit undecimum quodlibet [21].

[1] quod *add.* V. — [2] militaribus PR. — [3] videbatur V. — [4] assensu PRQ. — [5] situ *add.* Q. — [6] esset Q. — [7] et Q ; vel *corr.* 2^a^ *m.* Q. — [8] *Abhinc, totum passum incipiendo a verbis* : contrarium arguitur, *add.* P *denuo rescripsit,* V, *inter* va — cat *illum includendo.* — [9] ut Q ; *del. et* unde *corr.* Q. — [10] videtur — principari] *om.* PRQ. — [11] concupiscentiam Q. — [12] quod V. — [13] districte PR. — [14] veritate *add.* Q ; *postea del.* — [15] tyranni etiam] etiam tyranni Q. — [16] in tali autem] autem in tali Q. — [17] scilicet cum] cum scilicet VQ. — [18] solo suo] suo solo V. — [19] ita fiat] fiat ita PR. — [20] deberet PR. — [21] *om.* VQ. ; magistri Godefridi de fontanis *add.* P.

(1) Sanctus Augustinus, *Contra Faustum,* l. XXII, c. 75 (PL., t. 42, col. 448). Sententialiter. — (2) Id., *ibid.*, c. 74 (col. 447). Fere verbotenus. — (2) Cfr. Aristoteles, *Politica*, l. III, c. 13 (II, 1283 a). — (3) Aristoteles, *Politica*, l. III, c. 16 (II, 1287 a). — (4) Id., *ibid.* (loc. cit.).

QUODLIBETUM DUODECIMUM

QUAESTIO I

Utrum Deus possit potentias animae passivas reducere in actus suos absque suis obiectis faciendo visionem sine visibili et sic de aliis

Quaerebantur plura circa Deum et circa creaturam rationalem. Circa Deum quaerebatur unum, videlicet : utrum Deus possit potentias animae passivas reducere in actus suos absque suis obiectis, faciendo visionem in visu sine visibili ; et sic de aliis.

Et arguitur quod posset. Quia quicquid potest Deus qui est agens universale facere mediantibus agentibus particularibus, potest agere immediate sine illis. Sed obiectum habet rationem agentis particularis respectu potentiae passivae animae. Ergo actum quem potest [1] Deus efficere [2] per obiectum, poterit facere sine illo.

Contra. Deus non potest [3] facere visionem sine illo sine quo visio nullo modo esse potest. Sed visio nullo modo potest esse [4] sine visibili, dicente **Augustino** (1), undecimo *De Trinitate*, capitulo secundo : visio nihil aliud est quam sensus ex ea re quae [5] sentitur informatus ; qua detracta nulla omnino visio esse potest.

Responsio. Dicendum quod entia absoluta Deus potest producere et causare [6] quocumque alio non existente ; non sic autem ea quorum esse propter respectum quem includunt aliquid aliud exigunt. Cum enim secundum **Simplicium** (2), relationis essentia et natura caracterizetur [7] in duobus extremis quorum unum est ei pro subiecto et fundamento, alterum vero pro termino vel obiecto, nullum tale ens potest esse nisi pluribus coexistentibus. Et ideo cum [**Cod. V, fol. 195 V**a] Deus, secundum **Dionysium** (3), ratione suae infinitae perfectionis et virtutis in se praehabeat [8] unite omnes perfectiones formales quae in rebus sunt res per se et etiam omnem vim activam quae quibuscumque [9] agentibus est communicata, ideo omnium entium potest esse causa immediata effectiva. Sed entium absolutorum sic potest esse causa

effectiva quod nec in efficiendo oportet aliud adesse [10] nec etiam in permanendo in suo esse. Non sic autem respectu entium respecti[**Cod. P,fol. 269 V^b^**] vorum ; quia licet ista possit efficere eo modo quo effici habent, factione videlicet fundamenti sine alio agente, non tamen illa possunt esse vel conservari nisi alio ut [11] termino coexistente.

Quia ergo actus potentiarum animae sunt entia quibus per se et essentialiter est relatio annexa, nullo modo potuerunt esse obiecto non coexistente. Unde alio modo requiritur obiectum quod dicitur agens respectu actus visionis ad ipsam visionem quam corpus luminosum, quod est luminis factivum respectu luminis in aere ; quia, licet lumen in aere non possit remanere [**Cod. Q, fol. 149 R^a^**] in aere absente corpore luminoso, hoc non est quia lumen in aere habeat relationem annexam ratione cuius requirat corpus luminosum ut terminum, sed hoc [12] est propter debilem modum essendi quem habet lumen in medio quod ad sui conservationem requirit continuam praesentiam agentis. Propter quod supponitur quod Deus aerem tenebrosum posset [**Cod. R, fol. 194 V^a^**] illuminare absque corpore luminoso et huiusmodi lumen in aere conservare. Unde lucere aeris est actus sic absolutus [13] quod non includit respectum ad aliquid tanquam ad terminum. Non sic autem de visione est respectu obiecti ; quia non requirit ipsum solum ut causam effectivam, sed etiam ut obiectum ad quod terminatur. Propter quod videre non dicit actum simpliciter absolutum sicut lucere, sed actum transitivum, non ut in subiectum sicut actio transiens extra, sed ut ad terminum sicut actio manens intra.

Et ideo videtur dicendum quod Deus sic posset facere visionem quod visibile ad hoc nihil efficeret in causando [14] quia omnem vim activam Deus in se sufficienter habet ; sed non posset facere visionem sic quod non haberet visibile ut terminum coexistentem. Deus enim non potest esse terminus proprius talis respectus. Unde dicit **Augustinus** (4), undecimo *De Trinitate*, capitulo secundo : illa informatio sensus [**Cod. P, fol. 270 R^a^**] quae visio dicitur et [15] a re visibili imprimitur, illa re detracta nulla remanet forma quae inerat sensui dum esset illud quod videbatur. Quod autem sic [16] relative dicatur visio ad visibile, intellectio ad intelligibile, patet per **Philosophum** (5), quinto *Metaphysicae*, ubi dicit quod mensuratum et intellectum et scitum dicitur ad aliquid, eo quod ad aliud ipsum [17] dicitur ; nam intellectum significat habere intellectum, quia ipsius est intellectus ; et cetera. Ubi dicit **Commentator** (6): relatio [18] autem est duobus modis, scilicet : aut relatio in substantia utriusque relati, aut relatio in substantia alterius tantum ; et in altero propter illud. Et infra (7) : intellectus non refertur ad intelligentem sed ad intellectum, quoniam si ita esset, tunc intellectus constitueretur per intelligentem. Sed videtur esse e converso, scilicet quod intellectus non constituitur per intellectum sed per rem intellectam, alioquin sequeretur quod id quod

constituitur per aliquid, constituat illud ; et sic contingeret ut causa constitueretur per causatum ; et sic idem esset in respectu eiusdem causa [19] et causatum insimul. Et hoc intendebat **Aristoteles** (8) cum dicit : tunc idem dicetur bis ; id est tunc quidem erat [20] causa et causatum eiusdem.

Cum ergo secundum praedicta scibile non dicatur relativum nisi quia scientia realiter refertur ad ipsum, ideo licet scibile possit esse sine scientia, scientia tamen nullo modo poterit esse sine scibili.

Hoc autem patet [21] aliter per modum essendi aliorum relativorum in quibus relatio est in substantia utriusque quod unum non potest esse sine altero, nec e converso virtute cuiuscumque agentis ; quia licet possit fieri et esse Socrates [22] albus sine alio albo, non tamen potest esse Socrates [23] albus similis sine alio albo coexistente ; nec etiam e converso. Similiter ergo quia visio [24] realiter refertur ad visibile, non autem e converso, visio nullo modo poterit esse sine visibili, licet possit [**Cod. V, fol. 195 V**[b]] esse e converso.

Sed cum plures ponant quod [25] obiectum non habet rationem causae moventis et agentis [**Cod. P, fol. 270 R**[b]] per se respectu actuum potentiarum animae, et praecipue de voluntate hoc a multis dicitur [26] (9), secundum illos oporteret ponere aliam causam quare visio non possit esse sine visibili. Quoniam si obiectum non habet rationem causae moventis et agentis respectu actus qui perficit potentiam, sed hoc convenit [27] ipsi potentiae respectu actus, scilicet quod ista potentia respectu actus habet rationem agentis, nulla erit habitudo vel dependentia per se et essentialiter inter actum et obiectum, sed solum inter potentiam et actum. Si autem [28] ponatur [29] relatio realis inter scientiam et scibile aliter quam secundum tertium modum, tunc sci- [**Cod. R, fol. 194 V**[b]]bile relatione reali ita refertur ad scientiam sicut e converso. Hoc autem est falsum.

Nec secundum istum tertium modum [30] potest dici aliquid realiter [31] referri [**Cod. Q, fol. 149 R**[b]] ad aliud nisi in sua entitate ab illo dependeat et nisi illud habeat aliquam rationem causalitatis ad ipsum. Unde dicit hic [32] **Commentator** (10) quod illud ad quod scientia refertur realiter est illius causa, declarans quod cum subiectum nullo modo possit esse causa actus, oportet quod nec ad ipsum sic referatur, sed ad obiectum a quo causatur.

Hoc etiam efficaciter a **Philosopho** (11) et **Commentatore** (12) ibidem reprobatur, ostendendo videlicet quod actus secundum istum modum relativorum non possit referri ad potentiam. Sequeretur enim, sicut ibidem [33] (12) dicitur, quod idem esset causa et causatum respectu eiusdem. Constat enim quod actus habet rationem causae respectu subiecti, quia formaliter facit ipsum subiectum in actu, sive per ipsum actum habet subiectum quod sit in actu. Si ergo ipse actus in sua actualitate constituatur per subiectum sive per actualitatem subiecti, tunc actus erit subiectum constituens

in actu sua aetualitate formaliter et etiam erit constitutum in sua actualitate per actualitatem subiecti efficienter. Hoe autem ab omnibus philosophis magnum ineonveniens reputatur, scilicet quod subiectum ens in potentia respectu alicuius actus quo natum est constitui in actu, constituat [**Cod. P, fol. 270 Va**] illum actum. Oportet ergo ponere, sicut praedictum est, quod causa quare visio non potest esse sine visibili haec [34] est [35] quia visio dependet a visibili ut a causa agente [36] per se, et respicit ipsum visibile ut terminum huiusmodi dependentiae relativae.

Per hoe patet responsio ad argumentum in oppositum. Quia dicendum quod obiectum non solum se habet ad actum in ratione causae agentis, sed etiam in ratione termini vel obiecti. Immo etiam ab [37] hac ratione termini denominatur quando dicitur quod agens respectu talium actuum dicitur esse obieetum.

[1] facere *add.* PV ; *postea del.* V. — [2] Deus efficere] efficere Deus Q. — [3] contra Deus non potest facere visionem sine illo] *om.* Q. — [4] potest esse] esse potest V. — [5] qua PVRQ ; quae *corr. V* 2ª *m.* — [6] procreare PR. — [7] et natura caracterizetur] incaracterizaretur P. — [8] praebeat PRQ *et* 1ª *m.* V ; praehabeat *corr.* 2ª *m.* V. — [9] quibusdam V. — [10] etiam in permanendo *add.* Q ; *postea del.* — [11] aut 1ªᵉ *m.* Q *in* ut *corr.* 2ª *m.* Q. — [12] non *add.* Q ; *postea del.* — [13] sollicitus R. — [14] creando P. — [15] *om.* Q ; *suppl. postea.* — [16] sic *add.* Q ; *postea del.* — [17] aliud ipsum] ipsum aliud Q. — [18] relatio autem] autem relatio PRQV ; relatio aut *corr.* VRQ. — [19] causa *add.* P. — [20] erit PR. — [21] patet aliter] aliter patet P. — [22] sortes RQ. — [23] sortes RQ. — [24] quia visio] *om.* Q. — [25] quia P. — [26] *om.* Q. — [27] contingit V. — [28] si autem] *om.* Q. — [29] actio *add.* Q ; *postea del.* — [30] *om.* PQ. — [31] *om.* R. — [32] hoc P. — [33] ibi PRQ. — [34] hoc P. — [35] autem R. — [36] causa agente] agente causa V. — [37] ad 1ªᵉ *m.* Q *in* ab *corr.* 2ª *m.* Q.

(1) Resp. Sanctus Augustinus, *De Trinitate*, l. XI, c. 2 (PL., t. 42, col. 985). — (2) Simplicius, *Commentaria in Categorias*. — (3) Pseudo Dionysius Areopagita, *De Divinis Nominibus*, l. V, § X (PG., t. III, col. 825). — (4) Sanctus Augustinus, *De Trinitate*, l. XI, c. 2 (PL., t. 42, col. 986, 3). Fere litteraliter. — (5) Aristotelis *Metaphysica*, l. IV, c. 15 (II, 1021, a). — (6) Averrois *Metaphysica*, l. V, c. 15, com. 20 (Venetiis, 1542, vol. 8, fol. 129 Va). Litteraliter. — (7) Id., *ibid.* (loc. cit.). Litteraliter. — (8) Aristotelis *Metaphysica*, l. IV, c. 15 (II, 1021, a). — (9) Henricus Gandavensis, *Quodlibetum IX*, q. V, fol. cccLx, R. — (10) Resp. Averrois *Metaphysica*, l. IV, c. 15, com. 20 (*ibid.*, loc. cit.). — (11) Resp. Aristotelis *Metaphysica*, l. IV, c. 15 (II, 1021, a-b). — (12) Averrois *Metaphysica* (loc. cit.). Litteraliter.

QUAESTIO II

Utrum conscientia erronea sic liget quod faciens contra eam mortaliter peccet

Deinde circa creaturam rationalem, humanam scilicet [1], quaerebantur quaedam pertinentia ad potentias rationales quibus homo bene vel male [2] agit, quaedam pertinentia ad status perfectorum in quibus ad bene agendum homo constituitur et ad actus qui secundum illos status eis conveniunt et quaedam pertinentia ad actus aliorum hominum.

Circa primum quaerebantur duo pertinentia ad [3] voluntatem et unum pertinens ad actum intellectus. Primum istorum est utrum in voluntate sit necessarium ponere habitus virtuosos. Secundum est utrum habitus virtuosi, si sint in voluntate, aliquo modo diminuant de voluntatis libertate. Tertium est utrum conscientia erronea sic liget quod faciens contra eam mortaliter peccet.

Sed quia quae ad duas priores quaestiones pertinent intendo in quaestionibus ordinariis, praecipue in illa qua quaeritur utrum iustitia sit in voluntate, pertractare, illis ad praesens omissis, ad tertiam arguitur quod conscientia erronea [4] sic non ligat, arguendo quod nullus potest [5] agere contra conscientiam ; quia conscientia non videtur aliud quam scientia dictans aliquid faciendum in particulari, in quantum aestimatur quod facere contrarium repugnat legi divinae. Sed habens scientiam talem non potest agere contra eam pro illa [**Cod. P, fol. 270 V**^{b}] hora, licet pro alia possit ; voluntas enim non potest velle nec agere nisi quod est praecognitum. Ergo [**Cod. R, fol. 195 R**^{a}] habens conscientiam de aliquo non potest contrarium illius velle vel agere. alioquin [**Cod. V, fol. 196 R**^{a}] oporteret ponere simul in eodem scientias contrarias de eodem.

In oppositum est communis sententia [6] doctorum.

Responsio. Dicendum quod per conscientiam intelligimus notitiam practicam alicuius operabilis particularis per syllogismum practicum deductam ex aliquo [7] fine volito [8] a quo ratio practica [9] sumit initium sui processus in syllogizando, ita tamen quod principium talis processus sit aestimatio de aliquo sub ratione boni simpliciter et honesti [**Cod. Q, fol. 149 V**^{a}] et legi divinae et mandatis eius convenientis. Et si ita sit secundum veritatem, est conscientia recta. Si non, sed secundum apparentiam, est conscientia erronea. Conscientia enim dicitur testimonium dare, ligare, instigare, accusare, remurmurare [10] secundum quod iudicamus aliquid faciendum vel non faciendum, et illud quod est factum bene vel male esse factum ; quod non esset nisi tale iudicium ex aliquo fine sub ratione boni syllogizando procederet et [11] sub ratione boni vel [12] mali concluderet aliquid

esse faciendum vel non faciendum. Unde omnis notitia quae conscientia dicitur efficaciam habet a primis principiis agibilium quae ad synderesim dicuntur pertinere, quae dicitur esse quidam habitus intellectus naturalis qui est intellectus [13] primorum principiorum in agibilibus. Unde etiam synderesis dicitur instigare ad bonum vel remurmurare malo in [14] quantum per huiusmodi principia procedimus ad inveniendum et iudicamus inventa. Unde conscientia semper dicit applicationem cuiusdam scientiae universalis rectae secundum rem vel secundum aestimationem ad aliquod particulare agibile. Et secundum hoc conscientia per se et essentialiter dicit scientiam talis particularis conclusionis [15] supponentis actum voluntatis [**Cod. P, fol. 271 R**[a]] praecedentem quo voluntas vult finem et inclinantis voluntatem ad alium actum subsequentem quo voluntas [16] vult id quod est ad finem, ut pro tanto dicatur conscientia cum alio scientia, id est notitia non simplicis intelligentiae obiectum solum includens in ratione cogniti, sed notitia ultra haec includens actum voluntatis praecedentem et etiam inclinans in subsequentem. Verbi gratia, qui sic syllogizat : illud quod est contra divinum praeceptum non est faciendum; fornicatio est contra praeceptum divinum ; ergo et cetera ; constat quod sic syllogizans et per intellectum assentiens maiori, vult non violare praeceptum divinum, et ex [17] hoc virtute minoris assentiens conclusioni vult non fornicari ne praeceptum Dei violetur ; et in hoc dicitur talis [18] habere conscientiam rectam de non fornicando. E contra, si aliquis habeat hanc [19] aestimationem quod omne illud per quod potest bonum civitatis conservari est faciendum, et quod hoc est consonum praecepto Dei ; deinde contingat quod per fornicationem cum aliqua potest bonum civitatis conservari [20] et ex hoc concludatur quod bonum est fornicari cum ista, talis habebit conscientiam erroneam de fornicando.

Quamvis ergo conscientia isto modo includat actum voluntatis, male tamen dicitur a quibusdam (1) quod essentialiter sit actus voluntatis arguentibus hoc eo quod aliqui habentes magnam scientiam de agibilibus, conscientiam modicam habent de eisdem, quia per talem scientiam modicam inclinationem habent ad bene agendum ; e contra habentes modicam scientiam de agibilibus [**Cod. R, fol. 195 R**[b]] magnam conscientiam videntur habere de illis, quia ad bene agendum efficaciter inclinantur ; haec [21] autem non sic se haberent, ut dicunt, si conscientia esset actus intellectus. Praeterea actus conscientiae dicuntur ligare, remordere, stimulare, [**Cod. P, fol. 271 R**[b]] et sic de aliis, quae videntur ad actus voluntatis pertinere.

Sed dicendum quod istae rationes non valent ; quia duplex habetur notitia de agibilibus, scilicet in universali et secundum regulas universales, alia in particulari et secundum regulas particulares. Conscientia vero proprie non pertinet ad notitiam primo modo dictam, sed secundo modo quae includit voluntatem finis, prout **Philosophus** (2) dicit, sexto *Ethicorum*, quod bonum intellectus practici est veritas confesse se habens appetitui recto ;

et de [Cod. Q, fol. 149 V^b] ista [Cod. V, fol. 196 R^b] verum est quod qui plus habet de scientia plus habet de conscientia ; ista enim, ut dictum est, includit actum voluntatis finis et inclinat ad actum voluntatis eius quod est ad finem ; et sic habens talem scientiam habet inclinationem ad agendum ; talis etiam scientia pro eo quod includit voluntatem finis ex hoc habet efficere actus praedictos, videlicet ligare ; et cetera.

Cum ergo secundum praedicta conscientia includat assensum intellectus iudicantis aliquod particulare [22] agibile esse agendum, voluntas non poterit, ut videtur, contrarium eligere et agere nisi habeat contrarium iudicium de eodem, cum voluntas nihil velit nisi secundum quod est a ratione iudicatum.

Et ideo videtur aliquibus quod ad hoc quod aliquis agat contra conscientiam, oportet quod actus conscientiae cesset sive quod conscientia cesset quantum ad actum suum et remaneat tantum in habitu et quod superveniat notitia in actu contraria, prout [23] dicit **Philosophus** (3) quinto [24] *Ethicorum* : scientia in habitu de aliquo et scientia contraria de illo in actu non repugnant, sed simul esse possunt. Et secundum hoc aliquis habens conscientiam de aliquo agendo in habitu et non in actu poterit agere contra talem conscientiam per contrariam notitiam quam habet in actu. Et ex hoc [25] concluditur quod agens contra conscientiam erroneam, cum illud quod agit secundum se sit [Cod. P, fol. 271 V^a] bonum et cum illud agat secundum rectam rationem, quia agit secundum notitiam contrariam conscientiae erroneae, sic [26] agendo non debet dici peccare nec etiam proprie agere contra conscientiam, nisi secundum quid et per accidens. Secundum accidens autem in quantum agit contra conscientiam in eo existentem solum in habitu et virtute. Habere autem huiusmodi conscientiam accidit habenti notitiam contrariam in actu [27] secundum quid, non quia huiusmodi conscientia in habitu et virtute non est simpliciter conscientia.

Praeterea si sic agens peccaret, cum non peccaret secundum quod agens secundum conscientiam quam habet in actu, immo potius recte secundum hoc ageret, simul in eodem actu aliquis peccaret et recte ageret.

Sed ista positio non potest stare nisi sane exponatur ; quoniam, secundum quod illa [28] videtur praetendere, nullus posset agere contra [29] conscientiam proprie loquendo, sed magis ageret ex ignorantia actuali eius quod dictat conscientia remanens in habitu ; quod tamen est falsum. Qui enim agit secundum conscientiam erroneam, ille potest dici agere [30] ex ignorantia, quia iudicat esse bonum simpliciter et agendum illud quod agit. Sed qui agit contra conscientiam sive rectam sive erroneam non iudicat illud quod agit esse bonum simpliciter et legi divinae consonum ; immo potius contrarium. Item nullus sic agens peccare simpliciter diceretur ; quod est [Cod. R, fol. 195 V^a] contra communem doctrinam sacrorum doctorum dicentium quod qui agit contra conscientiam aedificat ad gehennam.

Et ideo videtur in proposito distinguendum quod, cum quaeritur utrum

aliquis possit agere contra conscientiam, sic videlicet quod conscientia manente agat contra illud quod dictat [31] illa conscientia, conscientiam manere potest intelligi uno modo sic quod illa remaneat in habitu solum ; alio modo sic quod remaneat in actu aliquo incom[**Cod. P, fol. 271 V^b^**]pleto et imperfecto ; tertio modo sic quod illa remaneat [32] in actu omnino perfecto et completo. Quod autem aliquis contra conscientiam agat manentem primo modo, hoc est possibile ; et sic concedit praedicta positio quod contingit aliquem agere contra conscientiam [33]. Sed quod aliquis agat contra conscientiam tertio vero modo, hoc est impossibile.

Et secundum hunc intellectum verum est, prout etiam dicta positio dicit, quod nullus potest agere contra conscientiam nec peccare. Secundum hunc enim intellectum solum valent quae circa haec in dicta positione dicuntur. Sed non sic communiter [34] du[**Cod. Q, fol. 150 R^a^**]bitatur circa articulum praesentem, sed supponitur quod contra conscientiam [35] agens habeat aliam [36] conscientiam in actu aliquo modo dictantem de aliquo quod sit vel quod non sit agendum ; et simul cum hoc habeat notitiam aliquo modo contrariam de eodem quod sit vel non sit agendum.

Et ideo declarandum est quomodo duae tales notitiae possunt simul stare. Et ad [**Cod. V, fol. 196 V^a^**] huiusmodi evidentiam est intelligendum quod homo sic potest esse dispositus secundum diversas affectiones voluntatis vel appetitus quod aliquid unum potest sibi videri conveniens secundum condicionem unius affectionis et disconveniens secundum condicionem alterius affectionis, prout **Anselmus** (4), in libro *De Gratia et libero arbitrio,* distinguens plures affectiones declarat quod aliquid potest videri alicui bonum et conveniens vel malum et disconveniens secundum affectionem commodi et aliquid secundum affectionem iusti. Potest ergo aliquis sic esse dispositus secundum appetitum ut aliqua bona honesta et divinae legi consona secundum se et absolute sibi placeant ; et etiam simul cum hoc potest esse sic dispositus secundum aliquam affectionem appetitus [37] quod illud quod est inhonestum et quod iudicat non faciendum secundum se et absolute, aestimat tamen in hora ratione [38] affectionis alicuius per quam ad faciendum illud vehementer inclinatur, illud esse conveniens [**Cod. P, fol. 272 R^a^**] et faciendum ; et hoc [39] modo talia duo iudicia aliquo modo contraria simul erunt. Verbi gratia : incontinens de actu fornicationis iudicat quod non sit faciendus in quantum est inhonestus et contra legem Dei, iudicat tamen quod in hac [40] hora est faciendus in quantum est nunc tam vehementis passionis et tristitiae sedativus.

Haec autem videtur intentio **Philosophi** (5), tertio *De Anima,* dicentis quod contrarii fiunt appetitus in hoc cum ratio et concupiscentia contrariantur ; quia intellectus aliquando ab aliquo concupiscibili retrahere iubet propter alicuius futuri considerationem ; sicut cum [41] febricitanti ex iudicio rationis videtur abstinendum a vino ne febris invalescat in futuro ; sed concupiscentia nititur ad accipiendum propter ipsum iam, id est propter id quod est

in praesenti. Videtur enim quod in praesenti est delectabile et bonum ex eo quod non sic attenditur ad futurum absens [Cod. R, fol. 195 V^b] quod non sic movet ad retrahendum, sicut attenditur ad delectabile praesens quod vehementius movet ad agendum existente passione.

Haec etiam patent per ea quae dicit in tertio *Ethicorum* (6) de voluntario et involuntario mixto, quod dicitur voluntarium in comparatione ad aliquod bonum quod in volito attenditur, et aliquo modo involuntarium in comparatione ad aliquod malum quod in eodem volito consideratur. Propter quod etiam talia dicuntur fieri cum tristitia ; quod non potest esse nisi quia, cum eo quod sic agens habet cognitionem propter quam inclinatur ad agendum, habet etiam contrariam cognitionem propter quam ab agendo aliquo modo retrahitur. Similiter etiam **Anselmus** (7) in libro *De Libero Arbitrio*, capitulo quinto, declarat quomodo aliquis habens [42] rectitudinem voluntatis, puta quia non vult mentiri, illam [43] tamen deserit aliquo modo invitus ; et tamen volens quando ex vehementia tentationis alicuius inducitur ad men- [Cod. P. fol. 272 R^b]tiendum ; et hoc propter contrarias aestimationes quas simul habet de mendacio in comparatione ad diversa, ita quod ex comparatione unius iudicat non mentiendum, ex comparatione alterius iudicat mentiendum. Ibi enim dicit (8) quod invitus dicitur mentiri qui mentitur ne occidatur : hoc tamen non nisi volens facit. Ideo autem invitus mentiri dicitur ; quia, cum sic vult veritatem ut non mentiatur nisi propter vitam, et vult mendacium, quia propter vitam ; et non vult mendacium propter ipsum mendacium, quoniam vult veritatem, ideo volens et [44] etiam nolens mentitur. Alia namque est [Cod. Q, fol. 150 R^b] voluntas qua volumus aliquid propter se, ut cum volumus salutem ; alia cum volumus bibere absinthum propter salutem. Et secundum hoc potest dici quod aliquis invitus et non invitus mentitur.

Unde in omnibus talibus processibus intellectus practici apprehenduntur quasi duo fines a quibus sumuntur duo principia sive duae maiores propositiones et formantur duo syllogismi duas conclusiones concludentes. Sed quia alterum finium talium magis vult voluntas, quia intellectus in hora illud apprehendit sub ratione magis convenientis [Cod. V, fol. 196 V^b] et magis boni, ideo conclusionem quae ex tali fine deducitur voluntas eligit et acceptat et movet ad agendum illud quod sic conclusum est. Ex quo etiam patet quod [45], cum electio inter aliqua duo requirat quod ambo simul apprehendantur, oportet [46] praedicta iudicia intellectus aliquo modo contraria simul esse ad hoc quod voluntas alterum illorum [47] praeeligat. Et hoc est etiam quod dicit **Anselmus** (9) eodem libro, capitulo septimo, dicens quod fortius vult voluntas nullatenus deserit, oblato eo quod minus fortiter [48] vult : et cum offertur quod vult fortius, statim dimittit quod non pariter vult. Et infra (10) : porro [49] diabolus vel tentatio ideo dicitur hoc [Cod. P, fol. 272 V^a] facere sive voluntatem ipsam vincere et a rectitudine quam tenet abstrahere quoniam nisi

promitteret ei aliquid aut minaretur [50] auferre quod pariter aut magis quam ipsam rectitudinem vult nullatenus se ab illa quam aliquatenus vult averteret.

Ex praemissis duo concluduntur : primum est quod voluntas ex deliberatione nunquam [51] eligit vel refugit aliquid faciendum vel non faciendum [**Cod. R, fol. 196 R**[a]] nisi secundum conformitatem ad iudicium rationis per conclusionem syllogismi practici deductum ex aliquo principio sumpto ab appetitu alicuius finis praevoliti, scilicet quem [52] fortius vult voluntas. Nec tamen propter hoc potest dici quod huiusmodi quod voluntas sic eligit conclusum per syllogismum practicum nec potest non eligere tali syllogismo manente in intellectu, sit causa ipsa voluntas finis et non intellectus, quia nec ipsa voluntas [53] potest esse in actu volendi finem nisi apprehendatur prius ab intellectu ipse finis sub ratione convenientis ; et sicut non potest non eligere conclusum deductum ex huiusmodi fine stante tali apprehensione, scilicet quod ex aestimatione [54] sumpta a voluntate finis deducitur, ita etiam stante tali apprehensione de fine [55], quia scilicet sub ratione convenientis simpliciter apprehenditur, non potest voluntas illum non velle nisi apprehendatur alius finis sub ratione magis convenientis qui finem illum excludat, prout patet per **Anselmum** (11) ubi supra, ita quod semper actus intellectus per se et directe habet causalitatem super actum voluntatis, et non e converso. Sed [56] unde hoc veniat quod intellectus [57] nunc talem finem sic sub ratione convenientis apprehendit et voluntas ex consequenti appetit, et in alia hora alium finem sub ratione magis convenientis apprehendit ; et quomodo haec potestati nostrae subiacent specialem requirit inquisitionem.

Tamen communiter [**Cod. P, fol. 272 V**[b]] ab omnibus hactenus fuit suppositum quod voluntas magis dicitur [58] activa et magis motiva sui ipsius respectu eorum quae sunt ad finem et quae sunt conclusa per syllogismum practicum quam respectu finis a quo ut ab omnibus, paucis exceptis, adhuc hodie dicitur quod ipsa voluntas simpliciter movetur et fit in actu et non se movet vel facit in actu respectu illius, sed ab illo facta in actu et mota respectu eorum quae sunt illius finis inductiva, movet et agit se ipsam ad actum aliquo modo per consiliationem discursivam rationis quam habet [59] movere quantum ad exercitium actus. Non bene ergo dicitur quod sit consonum rationi et auctoritatibus [**Cod. Q, fol. 150 V**[a]] sanctorum et [60] doctorum quod non est necessarium voluntatem in actu fieri secundum formam conclusionis particularis syllogismi practici, sed quia ipsa voluntas potest eligere contrarium conclusi et facere vel saltem potest non velle et non eligere quod conclusum est ; quia, ut declaratum est, ex praemissis facta conclusione syllogismi practici, voluntas non potest eligere contrarium nec potest non eligere conclusum nisi per conclusionem aliam, qua scilicet iudicetur quod prius conclusum secundum aliquid aliud sit non volendum vel non faciendum.

Et secundum hoc etiam est intelligendum [61] quod dicit **Bernardus** (12) in libro *De Libero Arbitrio* : voluntas non semper ex ratione sed nunquam

absque [62] ratione movetur, ita ut multa faciat [63] per ipsam contra ipsam, hoc est per eius quasi ministerium contra eius consilium vel iudicium [**Cod. V, fol. 197 R^a^**]. Unde in talibus sunt quasi duo actus rationis ; sed unus dicitur conscientia qui dicitur consilium, non autem alius. Aliud quod concluditur ex praemissis est quod tales actus intellectus aliquo modo contrarios simul oportet stare, quia tales notitiae non sunt plures ut plures, nec proprie contrariae, sed magis sunt ut una, in quantum scilicet per illas non considerantur per se plura ut plura, sed unum et idem consideratur [**Cod. P, fol. 273 R^a^**] in comparatione ad diversa, puta : mentiri in comparatione ad bonum verita-[**Cod. R, fol. 196 R^b^**]tis quod excludit ; et sic apprehenditur ut malum et fugiendum ; et in comparatione ad bonum vitae quam conservat et sic apprehenditur [64] ut bonum et [65] agendum. Sed istae notitae sic aliquo modo plures non efficiunt duos actus in voluntate, sed unum solum, non tamen plene et perfecte voluntarium, sed aliquo modo involuntarium et mixtum : quod non posset esse, ut declaratum est, nisi aliquo modo esset diversitas et pluralitas in actu intellectus.

Hoc idem etiam, scilicet quod tales notitiae non sunt simpliciter plures nec contrariae, patet ex hoc quod una dicitur cognitio alicuius in universali, alia vero dicitur cognitio illius in particulari. Cognitio autem alicuius in universali potest stare cum eius contraria cognitione in particulari appellando considerationem alicuius [66] universalem vel in universali secundum quod aliquod agibile particulare consideratur secundum se et absolute, ut absque actuali comparatione ad aliquid ad quod potest ab intellectu comparari et sic quasi abstracte ab eo cum quo potest concerni, consideratur. Considerationem vero in particulari appellando secundum quod aliquid consideratur cum aliquo alio ad quod potest habere habitudinem et comparationem per intellectum. Sic enim tale quid magis contracte consideratur ; verbi gratia, in proposito consideratio mendacii comparati ad hoc quod est exclusivum veritatis solum et sic ipsum esse fugiendum ; vel ad hoc quod est conservativum vitae solum et sic ipsum esse faciendum, dicatur consideratio mendacii [67] universalis [68] vel in universali [69] ; consideratio vero eiusdem comparati ad utrumque simul dicatur consideratio eius in particulari. Si ergo aliquis sit sic dispositus quod magis vult conservare vitam quam veritatem, licet utrumque secundum se et absolute velit considerando et iudicando quod non est mentiendum, quia malum est in quantum [**Cod. P, fol. 273 R^b^**] consideratur solum ut est exclusivum veritatis, sic habetur de mendacio non faciendo cognitio [70] in universali. Considerando vero quod, quantumcumque sit malum, quia veritatis exclusivum, quia tamen simul cum hoc consideratur etiam quod est vitae conservativum quod aestimatur melius in sic disposito, et ideo isto [71] malo et exclusione illius boni non obstante propter hoc bonum vitae iudicatur faciendum, sic habetur de mendacio faciendo cognitio [72] in particulari [73] simul cum iudicio

de non faciendo in universali [74]. Haec enim [75] iudicia, ut dictum est, non repugnant.

Similiter etiam in viro iusto est dicendum quod ipse habet considerationem in universali de hoc quod est mendacium faciendum in quantum [**Cod. Q, fol. 150 V^b^**] est vitae conservativum ; sed in quantum cum vitae consideratione consideratur malum vitii, scilicet exclusio veritatis, sic non iudicat mendacium esse faciendum ; immo iudicat non faciendum ; et sic non habet notitiam de mendacio faciendo in particulari sed solum in universali. Sed habet notitiam de mendacio fugiendo in [76] particulari, quia iudicat quod non obstante quod fugere mendacium in dicendo veritatem vitam excludit, nihilominus mendacium iudicat esse fugiendum quia bonum veritatis excludit. Et sic patet quod iste [77] qui iudicat esse mentiendum propter vitam, non obstante quod habet annexum illud malum quod est exclusio veritatis, habet notitiam de mendacio [78] fugiendo solum in universali et non in particulari ; de mendacio vero faciendo in particulari; et ille qui iudicat non esse mentiendum propter amorem veritatis non obstante quod per hoc excluditur [79] vita temporalis, habet [**Cod. R, fol. 196 V^a^**] notitiam [**Cod. V, fol. 197 R^b^**] de mendacio faciendo solum in universali, sed de mendacio non faciendo in particulari.

Quod autem tales notitiae non sint plures [**Cod. P, fol. 273 V^a^**] ut plures, nec proprie contrariae, patet per hoc quod etiam in una propositione [80] possunt [81] includi ab iniusto sub hac forma [82] : illud quod est malum et fugiendum propter amorem veritatis, est autem bonum propter conservationem vitae temporalis, est faciendum ; mentiri autem est malum propter veritatis [83] exclusionem, bonum autem propter vitae conservationem ; ergo est faciendum. Virtuosus autem qui fortius vult rectitudinem veritatis quam conservationem vitae temporalis praedicta sic coniungendo sic arguit : illud quod est [84] vitae conservativum et sic bonum et faciendum, est tamen malum quia veritatis exclusivum, est fugiendum ; mendacium est huiusmodi ; ergo mendacium est fugiendum. Et quia cessante passione vel tentatione vel augmentata virtute fortitudinis et patientiae, iste qui ut sic habet de mendacio fugiendo [85] solum iudicium in universali, iudicaret illud fugiendum in particulari, ideo talis dicitur habere iudicium de mendacio fugiendo in particulari in habitu, licet non in actu. Habet tamen in actu iudicium de mendacio fugiendo in universali et non solum in habitu. Et secundum hoc, distinctio **Philosophi** (13) in septimo *Ethicorum*, ubi dicit quod aliquis potest dici scire aliquid dupliciter : in universali vel in particulari, item in habitu vel [86] actu, uno modo potest sic intelligi quod ista membra ad cognitiones diversas in actu referentur [87] ; alio vero modo oportet quod ad diversas cognitiones [88] referantur quarum una est sic in habitu quod nullo modo est in actu, alia vero est in actu. Nam cum scire mendacium in actu fugiendum quidem sic [89] quod solum in universali et non in actu sic [90] quod in particulari sit scire in habitu respectu huius quod est scire mendacium fugiendum in actu, sic scilicet quod in parti-

culari secundum hoc idem est scire aliquid in universali et scire illud in habitu, et scire aliquid in particulari [91] et scire illud in actu ; et sic intelligitur quod aliquid potest sciri in actu dupliciter [92] vel in actu completo vel in ac[**Cod. P, fol. 273 V^b**]tu incompleto [93] ; si autem accipitur scire mendacium fugiendum in habitu sic quod nihil de hoc cogitetur in actu propter vehementiam passionis vel tentationis, sic distinguitur scire in habitu a scire in actu tam in universali quam in particulari ; et sic non sunt idem scire in universali et scire in habitu, quia scire in habitu sic est nullo modo scire in actu, scire autem in universali est scire in actu quodam incompleto et invalido ad agendum.

Patet ergo quod aliquis potest agere contra conscientiam et sic agens peccat sive sit recta conscientia sive erronea. Immo agens contra conscientiam erroneam gravius peccat quam agens secundum eam, quia in actu magis contemnit. Ex quo enim voluntas in actu suo non est bona vel mala praecise, quia illud in quod fertur secundum suam naturam est tale, sed in quantum sub tali ratione apprehenditur, quia obiectum voluntatis est aliquid secundum quod apprehensum quantum ad bonitatem vel malitiam voluntatis in actu suo, non refert [94] utrum illud in quod fertur sit bonum vel malum secundum rem, sed [**Cod. Q, fol. 151 R^a**] secundum quod apprehensum. Quia ergo illud quod est bonum simpliciter potest apprehendi sub ratione mali et sic habet rationem mali licet per accidens, scilicet propter apprehensionem rationis, voluntas autem fertur in illud secundum quod est apprehensum et sic sub ratione mali ; ideo voluntas illa [95] est mala simpliciter, quia vult malum, non quidem illud quod est malum per se, sed illud quod est malum per accidens [96], scilicet propter apprehensionem rationis.

Si [97] tamen aliquid quod est malum simpliciter apprehendatur sub ratione boni et voluntas feratur in illud, voluntas est mala : quando scilicet talis error potest evitari. Similiter etiam si propter vehementiam alicuius passionis stante apprehensione tali quod aliquid bonum est et faciendum, illud tamen est [98] malum et fugiendum [99], si illud refugiat [**Cod. V, fol. 197 V^a**] est mala voluntas simpliciter, [**Cod. P, fol. 274 R^a**] non quia omittitur bonum simpliciter secundum [100] rem [101], sed bonum [102] per accidens, scilicet propter apprehensionem rationis. Et secundum hoc intelligitur quod dicit **Philosophus** (14) sexto *Ethicorum*, quod per se loquendo incontinens est qui non sequitur rationem rectam ; per accidens autem qui non sequitur etiam rationem falsam. Non est tamen intelligendum quin iste qui non immanet etiam [101] rationi falsae simpliciter peccet sicut alius, ut patet per praedicta.

Per quae etiam patet responsio ad argumentum in oppositum.

[1] *om.* PQ. — [2] a *add.* Q : *postea del.* — [3] no *add.* Q ; *postea del.* — [4] erironea Q ; erronea *corr.* Q. — [5] possit P. — [6] d *add.* Q ; *postea del.* — [7] alums Q. — [8] voluto Q : volito *corr.* Q. — [9] fiunt *add.* Q ; *postea del.* — [10] remurmurrare Q ; remurmurare *corr.* Q. — [11] sub

rationc — et] *om.* R. — [12] et Q ; vel *corr.* Q. — [13] naturalis — intellectus add. P. — [14] malo in] malum PQ *et* 1ª *m.* V. — [15] cognitionis P. — [16] v *add.* Q ; *postea del.* — [17] *om.* Q. — [18] tale P. — [19] hanc habeat] habeat hanc P. — [20] *om.* P. — [21] hic P. — [22] pertinere P. — [23] autem *add.* PRQV ; *del* V. — [24] scptimo VQ. — [25] *om.* Q. — [26] in *add.* PQ ; *del.* Q. — [27] in actu] R. — [28] ipsa *corr.* V. — [29] contra *add.* P. — [30] dici agere] dici P. — [31] dicat PVRQ ; dictat *corr.* 2ª *m.* V. — [32] in actu — remaneat] *om.* R. — [33] erroneam *add.* P. — [34] convenienter PR. — [35] scientiam Q ; conscientiam *corr.* Q. — [36] *om.* PQ. — [37] ne *add.* Q ; *postea del.* — [38] in hora ratione] in oratione R ; *deinde litteras* in o *del.* R. — [39] hic P. — [40] *om.* P. — [41] fabricitanti *add.* Q ; *deinde del.* — [42] habet V. — [43] istam VQ. — [44] ut *add.* Q ; *postea del.* — [45] *om.* Q ; *postea suppl.* — [46] quod *add.* PVR. — [47] eorumV. — [48] fortius P. — [49] infra porro] *om.* P. — [50] miraretur PQ. — [51] nunquam *add.* PQ. — [52] quod P. — [53] finis — voluntas] *om.* Q. — [54] ex aestimatione] ex existimatione R ; existimatione Q. — [55] fide R. — [56] *om.* RQ. — [57] non *add.* Q ; *postea del.* — [58] *om.* P ; *del.* Q. — [59] habent 1ae *m.* R. *in* habet *corr.* 2ª *m.* R. — [60] *om.* Q. — [61] telligendum Q *in* intelligendum *corr.* 2ª *m.* Q. — [62] asbsque Q ; absque *corr.* Q. — [63] *om.* P. — [64] apprehenduntur P. — [65] ad Q.; *del. et* et *corr.* Q. — [66] in *add.* P ; etiam V *sed postea del.* — [67] non solu *add.* Q ; *deinde del.* — [68] naturalis P. — [69] naturali P. — [70] cognitionem R ; *in* cognitio *corr. alia m.* R. — [71] illo R. — [72] *om.* R. — [73] universali R ; *deinde del. et* particulare *in marg. scrips.* R. — [74] simul — universali] *om.* R. — [75] iudi *add.* Q ; *postea del.* — [76] *om.* Q. — [77] quod iste *add.* Q. — [78] notitiam de mendacio] de mendacio notitiam P. — [79] concluditur R. — [80] proportione RQ. — [81] posset P. — [82] et *add.* PR ; *del* R. — [83] veritateis 1ae *m.* Q *in* veritatis *corr.* 2ª *m.* Q. — [84] vit *add.* Q ; *postea del.* — [85] faciendo Q. — [86] in *add.* V. — [87] referuntur P. — [88] cogitationes P *et* 1ae *m.* V *in* cognitiones *corr* 2ª *m.* V. — [89] quidem sic] quid sit P. — [90] sit P. — [91] secundum — in particulari] *om.* PR. — [92] simpliciter P. — [93] vel in actu completo] *om.* R ; *deinde* completo *suprascrip.* R. — [94] refertur Q. — [95] ista Q. — [96] malum per accidens] per accidens malum PQ. — [97] sed Q. — [98] quod R ; *deinde del. et* sit *suprascrips.* R. — [99] om. Q. — [100] *om.* Q. — [101] suaque *add.* Q. — [102] modum R ; *postca del.* — [103] et Q.

(1) Cfr. Henricus Gandavensis, *Quodlibetum* I, q. XVIII, fol. XVIII, R (*op. cit.*). — (2) Aristotelis *Ethica Nicomachea*, l. VI, c. 2 (II, 1139, a). — (3) Resp. Aristotelis *Ethica Nicomachea*, l. V, c. 1 (II, 1129, a). — (4) Sanctus Anselmus Cantuariensis, *De Concordia Praescientiae Dei cum Libero Arbitrio*, c. IX [al. XXI] (PL., t. 158, col. 534-536). — (5) Aristotelis *De Anima*, l. III, c. X (I, 433, b). — (6) Aristotelis *Ethica Nicomachea*, l. III, c. 1 (II, 1110, a). — (7) Cfr. Sanctus Anselmus Cantuariensis, *De Libero Arbitrio*, c. V (PL., t. 158, col. 496) Litteraliter. — (8) Id., *ibid.* (loc. cit.) Litteraliter. — (9) Id., *ibid.*, c. VII (op. cit., col. 500). Litteraliter. — (10) Id., *ibid.* (col. 501). Verbotenus. — (11) Id., *ibid.* (col. 534-536). — (12) Sanctus Bernardus, *De Gratia et Libero Arbitrio*, c. II (PL., t. 182, col. 1003). Fere verbotenus. — (13) Resp. Aristotelis *Ethica Nicomachea*, l. VII, c. 5 (II, 1147, a). — (14) Resp. Id., *ibid.*, l. VI, c. 10 (II, 1151, a-b).

QUAESTIO III

Utrum praelatus superior possit auferre a suis subditis illud quod competit illis de iure

Deinde circa pertinentia ad status et actus hominum quaerebantur quaedam pertinentia ad statum praelatorum, quaedam pertinentia ad statum doctorum, quaedam pertinentia ad statum religiosorum.

Circa primum [1] quaerebantur quatuor : primum pertinens ad statum ipsorum, videlicet : utrum in Ecclesia sit aliquis status perfectior statu apostolorum qui fuerunt primi et supremi praelati in Ecclesia. Secundum est pertinens ad usum potestatis eorum, scilicet : utrum praelatus superior possit auferre [2] a suis subditis illud quod competit eis de iure. Tertium est pertinens ad dimissionem status, scilicet : utrum posito quod non esset aliquod ius positivum sive statutum quo praelati prohibentur renuntiare statui et dignitati, ipsi possent libere renuntiare. Quartum est pertinens ad omissionem cuiusdam actus qui respicit auctoritatem episcoporum vel cuiusdam praelati specialiter, scilicet : utrum episcopus parisiensis peccet in hoc quod omittit corrigere quosdam articulos a praedecessore [3] suo condemnatos.

Sed quia quaestio prima quaestioni illi qua quaeritur de perfectione status quorundam religiosorum est annexa et iuxta illam determinabitur, ideo ad secundam arguitur quod praelatus superior non possit auferre a suo inferiori id quod competit sibi de iure ; quia quod competit alicui de iure divino non potest ei ab homine auferri ; sed auctoritas quam habent praelati in Ecclesia competit eis iure [**Cod. P, fol. 274 R^b**] divino, prout [4] dicitur **Iohannis** (1), vigesimo : Accipite spiritum sanctum ; quorum remiseritis peccata remittuntur eis. **Glossa** (2) : per vos vel successores vestros duabus clavibus, scilicet potestatis et discretionis.

Contra. A summo pontifice aliquando aufertur canonica [5] potestas eligendi et ab electo ius in ipsum per electionem translatum et etiam a praelatis iam in suo officio institutis potestas faciendi plura quae eis de iure conveniunt. Ergo ; et cetera.

Responsio. Dicendum quod principes et praelati quibus incumbit cura [6] subditorum, principaliter intendere ad bonum communitatis debeant et quaecumque agunt ad hoc dirigere debent, quia finis per se et principalis politicae prudentiae quae est propria principi [7] est bonum commune, sicut finis monasticae est bonum unius personae. Ad hoc ergo quod praelatus bene agat, oportet quod omnes [8] actiones ad hunc [**Cod. R, fol. 197 R^a**] finem dirigat et quod in omnibus actibus suis hoc principio utatur : illud [9] est faciendum

quod magis expedit ad bonum commune ; et cum magna diligentia debet ratio[**Cod. Q, fol. 151 R**^{b}]cinando et consiliando inquirere quae sunt talia agibilia in particulari quae ad bonum commune inducendum et conservandum magis valent ; et talia et non alia debet pro viribus efficere.

Unde dicit **Augustinus** (3), decimo nono *De Civitate*, capitulo decimo nono : Episcopi inductum [10] est vocabulum quod illis quibus praeficitur superintendit curam illorum gerens, ut intelligat non se esse episcopum qui praeesse desiderat non prodesse, quia prout dicit **Apostolus** [11] (4), *Secunda ad Corinthios,* decimo et decimo tertio : potestatem dedit Deus praelatis non in destructionem sed in aedificationem. Et quia, ut idem dicit **Apostolus** (5), *Ad Romanos,* decimo tertio : non est potestas nisi a Deo ; quae autem a Deo sunt, ordinata sunt ; ideo praelati a Deo ordinatam potestatem [12] debent [13] sic ordinate conservare quod unus per alium non impedi[**Cod. P, fol. 274 V**^{a}]atur, sed potius adiuvetur. Habens ergo potestatem [**Cod. V, fol. 197 V**^{b}] superiorem quantum [14] ad id quod inferiori de iure communi competit nihil habet regulariter immutare ; nec debet ab illo aliquid de his quae sibi de iure competunt auferre, nisi in casu cum forte talis casus evenerit in quo ad utilitatem communitatis expedit quod aliquid ab inferiori de iure sibi competens auferatur.

Si autem superior faceret aliqua in subtrahendo ab inferioribus potestatem sibi debitam quae [15] manifeste vergerent in detrimentum communitatis, non esset sustinendum. Immo nec ille esset in officio tolerandus nisi se corrigeret. Principatus enim boni et praecipue ecclesiastici non debent esse tyrannici. Et [16] ideo ecclesiastici principes debent principari, sicut competit optimae politiae [17], in qua scilicet princeps non intendit ad bonum proprium, sed ad bonum subditorum qui non sunt servi, sed liberi habentes potestatem se opponendi principi [18] si velit tyrannizare in ipsos.

Per haec patet quid dicendum sit ad quaestionem qua quaeritur utrum superior possit auferre ab inferiori illud quod sibi secundum suam dignitatem et iurisdictionem de iure competit. Et est dicendum quod non regulariter, sed in casu potest. Si ergo dominus Papa videret quod canonici alicuius ecclesiae in electione consueverunt esse discordes aut forte minus bonas personas eligere consueverunt, et ex hoc rei publicae plura incommoda contingunt, si propter bonum commune eis subtrahat papa potestatem eligendi ad tempus ut sic et canonici corrigantur et ecclesiae utiliter provideatur, non est hoc malum nec illicitum. Et consimiliter [19] intelligendum est de ommibus aliis quae dominus Papa circa potestatem inferiorum vel re[**Cod. P, fol. 274 V**^{b}]stringendo vel suspendendo quantum ad aliquos actus facere consuevit, quod illos sic facere debet prout ad honorem Dei et Ecclesiae utilitatem magis proficua videbuntur.

Nec alias hoc de [20] iure facere potest. Et ideo vigesima quinta, quaestione secunda, capitulo *De Ecclesiasticis,* dicit **Gregorius** (6) : sicut nostra defen-

dimus, ita singulis quibuscumque ecclesiis sua iura servamus, nec cuilibet [21] favente gratia ultra quam meretur impertior ; nec ulli hoc, quod sui iuris est, derogabo [22] ; sed fratres meos per omnia honorare volo.

Item, idem **Gregorius** (7), Distinctione [23] nonagesima nona [24], capitulo *Ecce* [25] *in praefatione* : honorem meum non deputo in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco. Meus namque honor est universalis Ecclesiae honor.

Item idem (8), undecimo, quaestione prima, capitulo *Pervenit* : Si unicuique sua iurisdictio [Cod.R, fol. 197 R^b] non servetur, quid aliud agitur [26] nisi ut per nos per quos *ille* [27] ecclesiasticus ordo illaesus custodiri debuit, confundatur.

Per haec patet responsio ad obiecta. Quia licet episcopi habeant potestatem suam et iurisdictionem immediate a Deo, prout dicitur in Distinctione vigesima prima, capitulo *In Novo Testamento* (9), ceteri apostoli quibus succedunt episcopi cum beato Petro pari consortio honorem et [28] potestatem acceperunt, tamen propter unitatem et concordiam in Ecclesia servandam, illam intelliguntur habere in ordine ad potestatem papae, sic quod modo supradicto in casibus et ex causis potest [29] Dominus Papa iurisdictionem eorum restringere vel suspendere [30]. Unde in eodem capitulo (10) *In Novo Testamento*, dicitur quod ceteri apostoli beatum Petrum principem eorum esse voluerunt.

[1] principium R. — [2] asu *add.* Q ; *postea del.* — [3] pedecessore R. — [4] dicit *add.* Q ; *postea del.* — [5] canonum RV. — [6] plura R. — [7] principii Q. — [8] oems *cum tractu super litt.* oe R. — [9] ad Q ; est *corr.* Q. — [10] indeductum Q. — [11] philosophus Q. — [12] ordinatam potestatem] potestatem ordinatam V. — [13] debet R. — [14] quam Q. — [15] qui R. — [16] sed Q ; et *corr.* Q. — [17] politice PQ ; competit *add.* R. — [18] principii VRQ. — [19] similiter V. — [20] iure *add.* Q ; *postea del.* — [21] quilibet Q. — [22] denegabo VPRQ. — [23] *om.* PRQV ; *add. alia m.* V. — [24] secunda PVR. — [25] *om.* PRQV ; ecce *add. alia m.* V. — [26] agit R. — [27] *om.* VRQ ; est P. — [28] etiam P. — [29] *om.* P ; propter Q ; propter quod R. — [30] dicitur *add.* R.

(1) *Evangelium* IOHANNIS, XX, 22. — (2) *Glossa ordinaria apud* LYRANUM (Douai. 1617, vol. V, p. 1315-1316 ; glossa interlinearis IOH. XX). Sententialiter. — (3) SANCTUS AUGUSTINUS, *De Civitate Dei*, l. XIX, c. 19 (PL., t. 41, col. 647). Verbotenus. — (4) II *Cor.*, X, 8 et XIII, 10. — (5) *Rom.*, XIII, 1. — (6) c. 8, *De Ecclesiasticis Privilegiis*. C. XXV. q. 2 (FRIEDBERG, I, col. 1014). Litteraliter. — (7) Resp. c. 5, D. XCIX, Ecce in praefatione (FRIEDBERG, I, col. 351). — (8) c. 39, Pervenit ad nos. C. XI, q. 1 (IBID., col. 638). Fere litteraliter. — (9) Resp., c. 3, In Novo Testamento, D. XXI. (IBID., col. 69). — (10) Resp., ID., *ibid.* (loc. cit.).

QUAESTIO IV

Utrum praelati statui et dignitati libere renuntiare possint

[**Cod. Q, fol. 151 V**a] Ad tertium arguitur quod liceret [1] praelato renuntiare, quia [2] secundum **Philosophum** (1), quinto *Ethicorum*, haec est differentia inter ius naturale et ius legale sive positivum quod ius naturale est quid ubique habet eandem potentiam ; legale autem quod ex principio nihil differt sic vel aliter ; quando autem positum est differt. [**Cod. P., fol. 275 R**a] Et secundum hoc, ea quae lege posita sunt, sunt talia quod, cum non sunt posita lege, sunt indifferentia et possunt fieri et non fieri ab unoquoque [3]. Sed quod praelatus non possit libere renuntiare, hoc est de his quae lege posita sunt et statuta. Ergo amoto legis statuto [4], remanet hoc indifferens ; et est [**Cod. V, fol. 198 V**a] in libertate praelati facere et non facere.

Ad oppositum arguitur ostendendo quod hoc praelatus renuntiare non possit est de iure naturae et divino ; quia quod carnale matrimonium est indissolubile hoc est de iure naturae et divino simpliciter. Ergo nullo statuto existente circa matrimonium spirituale quod est inter praelatum et ecclesiam, tale matrimonium est indissolubile. Ergo praelatus non potest renuntiare.

Responsio. Dicendum quod praelatus Ecclesiae et praecipue maior, scilicet episcopus quicumque quasi sponsus obligatur Ecclesiae cui praeficitur tanquam sponsae ; et hoc in curae [5] susceptione ubi [6] quasi matrimonium contrahitur, et in consecratione ubi [7] matrimonium quasi consummatur. Et intelligitur illa obligatio fieri non condicionaliter et ad tempus, sed simpliciter et absque determinatione condicionis vel temporis nisi isto modo quod si ad [8] idonee regimen exercendum superveniat [9] impedimentum vel ex parte praelati vel ex parte subditorum vel alia quaecumque causa rationalis talis obligatio dissolvi poterit et rescindi.

Et quia praelatus praeficitur ecclesiae non propter suam, sed propter populi [10] utilitatem [11], licet in bene regendo suam utilitatem spiritualem laudabiliter procuret, et sic in curae susceptione ad gerendum [12] curam singulorum omnibus obligatur et sui ipsius potestatem quodam modo in [13] ecclesiam quam desponsat transfert, ex hoc patet quod nullo statuto humano existente, sic obligatus non potest huiusmodi obligationem pro libito suae voluntatis rescindere. Immo cum totus populus ius habeat [**Cod. P, fol. 275 R**b] in isto ad hoc quod [14] talis praelatus legitime cedat, consensus populi vel alterius praelati superioris a quo iste praelatus inferior curam populi suscepit vice ipsius populi est merito requirendus.

Ad quaestionem ergo generalius respondendo, est considerandum quomodo

etiam [15], statuto existente et statuto non existente, praelatus potest vel debet cedere [16]. Et est dicendum quod cum [17] huiusmodi obligatio non sit omnino indissolubilis, si [18] aliquis praelatus videat et sufficienter certus sit quod non [**Cod. R, fol. 197 V**[a]] est ad regendum utilis, vel quia ad detrimentum spirituale sui ipsius et populi cedit suum regimen forte propter malitiam populi cui non est [19] iste praelatus gratiosus, aut propter aliquod scandalum evidens, talis tenetur cedere ut alius succedat qui curam ecclesiae utiliter gerere possit.

Si etiam [20] iste praelatus percipit defectum ex parte sua, quia [21] sentit se ita ignorantem et imprudentem quod nimis faciliter decipitur et circumvenitur, et scit se ita mutabilem, mollem et levem quod in nullo firmiter stare se percipit [22], nec vigorem animi habet ut corrigat corrigenda, cum talis nec sibi nec aliis utilis [23] sit in regimine, tenetur cedere [24]. Et in istis casibus nullo statuto existente praelatus cedere teneretur tam propter salutem populi quam propter salutem propriam [52].

Ante cessionem tamen causas cessionis populo sive superiori praelato proponere [26] deberet [27] et cedendi licentiam postulare. Qua [28] tamen non obtenta, nihilominus cedere teneretur ; quia nulla obligatio voluntarie facta praeiudicare potest obligationi qua unusquisque tenetur esse [29] sollicitus [30] de salute propria ; hoc enim esset contra ordinem caritatis. Sicut etiam videmus quod [**Cod. Q, fol. 151 V**[b]] religiosus qui vult transire a [31] laxiori religione ad arctiorem, [**Cod. P, fol. 275 V**[a]] quia cum [32] obligatus est ad obediendum suo superiori, ab eo quidem tenetur postulare licentiam transeundi, licet ista non obtenta libere transire possit ; quia ut dicitur decimo nono, quaestione secunda, *Duae leges sunt* (2) : Qui lege privata ducitur, id est lege spiritus sive caritatis qua unusquisque tenetur esse [33] sollicitus de salute propria, nulla ratio exigit ut [34] lege publica [35] constringatur, id est obligatione quacumque vel praecepto cuiuscumque superveniente [36] a [37] salute sua impediatur. Sic ergo breviter est dicendum quod nullo statuto existente, praelatus cedere modo supradicto potest ; immo cedere tenetur.

Cum etiam [38] statutis de non ce[**Cod. V, fol. 198 R**[b]]dendo [39] existentibus, quando constat superiori de causis praedictis cedendi, iste in quo est aliqua dictarum causarum ad cedendum est compellendus. Unde dicitur **Extra** (3), *De Renuntiatione*, capitulo [40] : Quid [41] cedendi : Cum in postulatione cessionis aut ecclesiarum commoda [42] quibus praesunt [43] praelati aut salutem propriam videbantur [44] attendisse ad cedendum decrevimus compellendos. Ergo manifestum [45] est quod cum talis causa possit esse in praelato cuiuscumque status, unicuique potest esse licitum cedere.

Quod [46] enim aliquis [47] existens in statu summo non posset cedere, quia non haberet superiorem proprie loquendo a quo deberet [48] licentiam cedendi postulare, non est tenendum. Causa enim per se cedendi non est habere vel non habere superiorem ; sed est defectus contingens ex parte praelati vel

subditorum. Et ideo cum haec causa cessionis per se possit esse in praelato cuiuscumque status, unicuique potest esse licitum cedere. Et quilibet istis[49] casibus occurrentibus [50] potest cedere. Assumens enim curam regiminis, ut dictum est, non obligat se ecclesiae in omnem eventum, sed suppositis supponendis.

Quamvis ergo summus pontifex non habeat superi [**Cod.P, fol. 275 V^b^**] orem proprie loquendo, nihilominus cedere potest. Cum enim quilibet praelatus et etiam iste Papa possit amoveri per depositionem et condemnationem propter crimina, potest etiam removeri per cessionem vel vinculi quo obligatus [51] est absolutionem [52] propter defectus. Sed tunc videtur quod ab isto qui habet aliquem [53] deponere propter crimina sit etiam petenda [54] cedendi [55] licentia.

Cum ergo [**Cod. R, fol. 197 V^b^**] Papa deponi possit et non nisi per concilium, videtur etiam quod cedere non possit nisi de licentia concilii. Quod deponi possit patet Distinctione quadragesima [56], capitulo *Si papa* (4). Ubi dicitur : Cunctos iudicaturus a nemine iudicandus est nisi deprehendatur a fide devius. Ubi [57] dicit *Glossa* (5) : quod si deprehendatur in quocumque alio vitio [58] et admonitus non corrigeretur [59] et scandalizaret Ecclesiam et incorrigibilis esset, inde posset accusari, quia talis contumacia haeresi aequipollet.

Quod autem non sit deponendus nisi per concilium videtur per hoc quod dicitur Distinctione vigesima prima, capitulo *Nunc autem* (6), ubi dicitur quod, propter crimen Marcellini examinandum, collectum fuit concilium [60] numerosorum [61] episcoporum et inquisitio super hoc facta. Sed quia [62] iste Marcellinus ore proprio confessus fuit crimen sibi obiectum et in hoc se ipsum condemnavit, in hoc habitus est a concilio [63] pro deposito.

Sed ad [64] hoc [65] intelligendum quod multo maiori difficultate et diligentia et attentione est procedendum in causa depositionis quam [66] in causa cessionis ; quia in depositione contingit quod ab aliis accusatus, eo [67] invito [68] deponitur ; et quia aliquis nolens iniuriam patitur, causa depositionis in qua potest alicui inferri gravis iniuria [69] diligentissime est examinanda ne deposito iniuria inferatur. Sed quia cessio est simpliciter voluntaria, ideo non sic a concedentibus licentiam cedendi vel consensum cedendi potest iniuria inferri quia nullus [70] patitur iniustum volens. Item propter honorem exteriorem et propter multorum [**Cod. P, fol. 276 R^a^**] honorum abundantiam quae annexa sunt statui [**Cod. Q, fol. 152 R^a^**] tanto, pauci inveniuntur [71] et rari [72] qui tantae dignitati sponte renuntiare velint. Et ideo circa [73] cessionem non oportet tantam diligentiam et solemnitatem adhiberi sicut circa depositionem.

Propter quod quantum ad propositum videtur quod, sicut ad electionem summi pontificis quasi vice totius Ecclesiae sufficit collegium cardinalium et illo canonice electo absque superiori alio [74] ipso [75] facto est confirmatus ; ita

etiam exposita cessionis causa in cardinalium praesentia et quantum [76] ad hoc coram universali Ecclesia in ipsis cardinalibus qui [77] in hoc bonum universalis Ecclesiae debent attendere, sufficere potest eorum assensus absque alicuius alterius superioris auctoritate. Et si cardinales in casu cessionis praedictae, cum scilicet Papa esset omnino inutilis ad tantum statum et officium, assensum cedendi non praeberent [78], nihilominus Papa facta huiusmodi ostensione cedere posset et deberet. Quia etiam iste qui habet superiorem cuius licentiam debet requirere [**Cod. V, fol. 198 Va**] in cedendo, si iste superior suppositis causis legitimis dare denegaret licentiam cedendi, de licentia summi praelati Dei quam in hoc casu dare intelligitur secure cedere posset. Haec videtur esse intentio **Hugotionis** [79] in Summa sua exponentis illud, capitulo vigesimo primo, Distinctione *Nunc autem* (7); ubi dicit quod Papa renuntiare potest [80] coram cardinalibus, vel coram concilio generali; et quod Papa pro libito suae [81] voluntatis cedere non possit nisi ex causis legitimis eo quod est obligatus universali Ecclesiae. Patet per hoc quod iste scribit se servum servorum Dei, in hoc reputans se quasi servum obligatum ad bonum servorum [82] procurandum.

Per praedicta patet responsio ad obiecta.

Ad primum quod statutum [**Cod. R, fol. 198 Ra**] factum de hoc quod praelati sine licentia cedere non possunt, non est factum de re simpliciter indifferenti, sed de eo quod est iustum in re naturali et quod, ut in pluribus, inviolabiliter est [**Cod. P, fol. 276 Rb**] servandum. Et statutum superadditum [83] ad hoc est factum ut id ad quod naturalis ratio circa hoc inclinat securius et perfectius observetur. Sunt enim quaedam, etsi statuta non essent, nihilominus essent [84] de se bona [85] vel [86] mala.

Argumentum etiam [87] in oppositum plus concludit quam sit concedendum; quia [88] licet inter [89] praelatum et Ecclesiam sit matrimonium spirituale, tamen [90] non habet vinculum [91] ita indissolubile sicut matrimonium corporale. Quia etiam in contrahendo huiusmodi matrimonio subintelliguntur quaedam condiciones quae non intelliguntur in contrahendo [92] matrimonium corporale, ut patet ex praedictis.

[1] licet P. — [2] quod Q. — [3] uno quolibet P. — [4] ergo — statuto] *om.* P. — [5] hoc — curae] in hac curae Q. — [6] Christi RQ. — [7] *om.* P. — [8] aliquid R. — [9] superveniant P. — [10] *om.* RQ. — [11] ecclesiae *add.* Q. — [12] agendum R. — [13] etiam Q. — [14] *om.* Q. — [15] et RQ. — [16] decedere Q; cedere *corr.* Q. — [17] *om.* P., — [18] ad *add.* Q; *postea del.* — [19] *om.* Q. — [20] et RQ. — [21] quod RQ. — [22] se percipit] separabit RQ. — [23] *om.* RQ. — [24] tenetur cedere] cedere tenetur V. — [25] quam — propriam] *om.* RQ. — [26] ponere V. — [27] debent RQ. — [28] quia P. — [29] *om.* RQ. — [30] sollicitatus Q. — [31] fi (?) Q; *postea del. et a suprascrips.* Q. — [32] cum Q. — [33] esse *add.* Q. — [34] ut P *et* 1a *m.* V; ut *in marg. corr.* V. — [35] pupplica Q. — [36] subveniente R. — [37] id est R. — [38] enim P; *om.* RQ. —

[39] concedendo RQ. — [40] *om.* PRQV ; capitulo *in marg. add.* V. — [41] quidem RQ. — [42] commode RQ. — [43] possunt Q. — [44] videbum R. — [45] matrimonium R. — [46] quid P. — [47] *om.* QR ; aliquis *in marg. add.* R. — [48] debet RQ. — [49] illis RQ. — [50] concurrentibus VQ ; continentibus R. — [51] ligatus V. — [52] ad solutionem RQ ; absolutioni V. — [53] aliquod R. — [54] petendi Q. — [55] *om.* Q. — [56] undecima Q. — [57] abi Q. — [58] modo Q ; mine R ; crimine *corr.* R. — [59] corrigeret R. — [60] consilium Q. — [61] universorum Q. — [62] sed quia] *om.* Q. — [63] consilio Q. — [64] est R ; *om.* Q ; *deinde* et *add.* Q. — [65] ad *add.* Q ; *postea del.* — [66] quod Q. — [67] etiam R. — [68] invitus R. — [69] inferatur *add.* Q ; *postea del.* — [70] vere PRQV ; *del* V *et* nullus *in marg. corr.* V. — [71] veniuntur R ; in *suprascrip.* R ; — veniunt Q. — [72] inni Q. — [73] extra Q. — [74] *om.* PR ; aliquo V. — [75] isto PR ; illo Q. — [76] quid RQ. — [77] l *add.* Q ; *postea del* — [78] praebent P. — [79] Huguonis 1ae *m.* Q *in* Hugonis *corr.* 2a *m.* Q ; — Hugoccionis R ; — Hugonis P. — [80] renuntiare potest] potest renuntiare Q. — [81] no *add.* Q. — [82] suorum V. — [83] supradictum P. — [84] *om.* RQ. — [85] essent bona *add.* RQ. — [86] et RQ. — [87] *om.* Q. — [88] quod Q. — [89] i *add.* Q ; *postea del.* — [90] cum R. — [91] vincculum Q ; vinculum *corr.* Q. — [92] huiusmodi *add.* Q ; *postea del.*

(1) ARISTOTELIS *Ethica Nicomachea*, l. V, c. 10 (II, 1134, b). — (2) c. 2, C. XIX, q. 2 (FRIEDBERG, I, col. 839). — (3) c. 12, Quidam cedendi, EXTRA, l. I, tit. IX, *De Renunciatione* (FRIEDBERG, II, col. 114). Litteraliter. — (4) Resp., c. 6, Si papa, D. XL (FRIEDBERG, I, col. 146). — (5) *Corpus Iuris Canonici cum Glossis*, c. 6, D. XL (Lugduni, 1628, vol. I, col. 195). Litteraliter. — (7) c. 7, Nunc autem, D. XXI (FRIEDBERG, I, col. 71).

QUAESTIO V

Utrum Episcopus parisiensis peccet in hoc quod omittit corrigere quosdam articulos a praedecessore suo condemnatos (1)

Deinde ad quartum arguebatur, quod episcopus parisiensis non peccet omittendo [1] talem correctionem, ostendendo quod tales articuli non sunt corrigendi. Quia quod factum est de consensu sapientum non videtur corrigendum. Sed id quod circa dictos articulos est actum, factum est de consensu sapientum, ut dicit [2] Dominus **Stefanus** quondam parisiensis episcopus. Ergo. Et cetera.

Contrarium [3] arguitur ostendendo quod sunt corrigendi ; quia [4] articuli qui sunt non intelligibiles, et qui [5] manifeste videntur [6] falsi et [7] impossibiles, sunt [8] merito corrigendi. Sed inter praedictos articulos sunt plures tales, ut patet inspicienti. Ergo. Et cetera.

Responsio. Dicendum, quod illud quod est impeditivum profectus studentium, et quod est occasio scandali inter studentes, et quod est [9] in detrimentum utilis doctrinae, est merito corrigendum. Sed ita est in proposito. Ergo. Et cetera.

Primum patet. Quia cum aliqua materia est sic indeterminata incertitudine veritatis, quod absque periculo fidei et morum [10] licet circa hoc diversimode [Cod. Q, fol. 152 Rb] opinari absque temeraria cuiuscumque partis assertione, ponere vinculum vel ligamen, quo homines circa talia ad unum opinionem immobiliter detinentur, est impedire notitiam veritatis; quia propter diversas opiniones quae [Cod. P, fol. 276 Va] circa talem materiam a viris literatis et scientibus tenerentur, per diversas disputationes ad utramque partem tendentes ad veritatem inveniendam, ipsa melius inveniretur. Ad hoc [11] enim tendere debet intentio ratione disputantium circa talia quae non omnino evidenter ad veritatem sunt determinata, ut per disputationem deveniatur ad istam [12] partem, non quae magis placeat, sed quae rectae [13] rationi magis consona apparebit. Impedire [14] ergo talem modum investigandi et declarandi veritatem videtur profectum studentium et veritatis notitiam inquirentium impedire.

Quantum ad articulos autem de quibus est quaestio, videtur [15] dicendum quod plures sunt [16] de quibus diversimode opinari liceret. Sunt etiam aliqui qui videntur contradictoria implicare, nec potest inveniri modus docendi in talibus, quo [17] ab intellectu possint capi, et sic impeditur intellectus a notitia veritatis [18] circa illos. Item sunt aliqui qui secundum quod superficies literae sonat, videntur omnino impossibiles et irrationabiles, propter quod oportet illos exponere expositione [19] quasi [20] violenta et extorta.

Articulus [21] (2) enim quo pro errore condemnatur quod Deus non posset multiplicare plura individua sub una specie [Cod. V, fol. 198 Vb] sine materia. Item alius qui ex isto sequitur quod Deus non posset [22] facere [23] plures intelligentias eiusdem speciei, quia non habent materiam, viderentur [Cod. R, fol. 198 Rb] posse pro opinabilibus reputari [24] cum haec a pluribus catholicis doctoribus sint [25] dicta et scripta.

Item [26], idem potest dici de articulo [27] (3) quo [28] dicitur [29] quod error est dicere quod inconveniens est ponere aliquos intellectus nobiliores aliis; quia cum ista diversitas non possit esse a parte corporis, oportet [30] quod sit a parte itellectus et sic animae nobiliores et minus nobiles essent diversarum [Cod. P, fol. 276 Vb] specierum. De istis et de pluribus aliis inter dictos articulos pro erroneis condemnatis videtur literatis et peritis quod posset licite aliter opinari.

Item [31] inter dictos articulos (4) condemnatur pro errore [32] quod Deum in hac mortali vita possumus intelligere [33] per essentiam.

Item est alius articulus (5) in quo condemnatur pro errore quod de Deo non potest cognosci nisi [34] quia est vel ipsum esse. Sed [35] in istis videtur esse contradictio; quia inter cognitionem de aliquo quia est et quid est vel per essentiam medium non videtur.

Item (6) in eisdem dicitur quod error est dicere quod substantiae sepa-

ratae sunt [36] alicubi [37] et moventur de loco ad locum per operationem, si intelligatur sine operatione substantiam angeli non esse in loco nec transire de loco ad locum.

Item (7) in illis dicitur quod dicere quod substantiae separatae nusquam sunt secundum substantiam est error, si intelligatur ita [38] quod substantia angeli non sit in loco; si autem intelligatur [39] ita quod substantia [40] sit ratio essendi in loco [41],verum est. Hic [42] etiam apparet contradictio quia [43] non bene potest assignari medium inter ista duo [44], scilicet quod nec substantia angeli [45] sit angelo ratio essendi in loco nec etiam eius operatio, quia si substantia angeli [46] non sit ratio essendi in loco, eadem ratione nec potentia angeli vel quaecumque proprietas eius in ipso [47] formaliter existens poterit esse ratio essendi in loco. Consimiliter [48] etiam de pluribus aliis articulis praedictis potest dici quod in ipsis et inter ipsos videntur incompossibilia implicari.

Item (8) in dictis articulis continentur hi : quod voluntas manente passione et scientia particulari in actu non [49] potest agere contra eam ; error. Item (9) si ratio recta et voluntas recta ; error. Item [50] (10) quod nullum agens est ad utrumlibet sed [51] determinatur. Item (11) quod voluntas necessario prosequitur quod firmiter creditum est a ratione et cetera [52] ; error [53].

Isti autem articuli secundum quod superficies literae praetendit ac etiam plures alii inter dictos articulos contenti, videntur adeo impos[**Cod. P, fol. 277 Rª**]sibiles et irrationabiles [54] quod non possunt rationabiliter sustineri nisi exponantur [55] aliquo modo aliter quam praetendere videtur [56] superficies [**Cod. Q, fol. 152 Vª**] literae sicut iacet.

Patet ergo per dictos articulos quod studentes occasione ipsorum in profectu studii plurimum impediuntur.

Sunt etiam [57] occasio scandali inter studentes tam doctores quam auditores ; quia cum frequenter oporteat exponere [58] aliquos [59] de praedictis articulis, non quidem contra veritatem, nec contra intentionem quam habere debuerunt illi qui praedictos articulos ediderunt, sed tamen contra id quod videtur praetendere superficies literae, aliqui minus periti et simplices reputant sic exponentes excommunicatos, et formant sibi conscientias quod tales male sentiunt ; et tales simplices bonos et graves tanquam notatos de excommunicatione et errore [60] cancellario vel episcopo deferunt [61]. Et plura inconvenientia et schismata [et] ex hoc inter studentes [62] oriuntur.

Sunt etiam [63] in detrimentum non modicum doctrinae studentibus perutilis [64] reverendissimi et excellentissimi doctoris [65], scilicet *Fratris* **Thomae**, quae [66] ex praedictis articulis minus iuste aliqualiter diffamatur [**Cod. V, fol. 199 Rª**]. Quia articuli supra positi [67] et quam plures alii videntur sumpti esse [68] ex his, quae [69] tantus doctor scripsit in doctrina tam utili et solemni. Et ideo in hoc quod tales articuli [70] tanquam erronei [71] repro-

bantur, dicta doctrina [Cod. R, fol. 198 Va] etiam [72] suspecta a [73] simplicioribus habetur, quia [74] tanquam erronea et reprobabilis [75] innuitur [76].

Propter quod plures possent habere occasionem retrahendi se a studio in tali doctrina, in quo non solum [77] ipsa doctrina laederetur, sed ipsi studentes vere damnum maximum [78] sustinerent, quia, salva reverentia aliquorum doctorum, excepta doctrina sanctorum, et eorum quorum dicta pro auctoritatibus allegantur, praedicta doctrina inter ceteras videtur utilior et laudabilior reputanda, ut vere doctori [Cod. P, fol. 277 Rb] qui hanc doctrinam scripsit [79], possit dici in singulari [80] illud quod Dominus dixit in plurali apostolis, **Matth.** (12), quinto : « Vos estis sal [81] terrae » ; et cetera, sub hac forma : «Tu es sal terrae, quod si sal evanuerit [82], in quo salietur» [83]? Quia per ea quae in hac doctrina continentur quasi omnium doctorum [84] aliorum [85] doctrinae corriguntur, sapidae redduntur et condiuntur ; et ideo si ista doctrina de medio auferretur, studentes in doctrinis [86] aliorum saporem modicum invenirent [87].

Et propter hoc et plura alia [88] non videtur [89] multum laudabile in magno [90] doctore, quod determinando aliquam materiam difficilem, si non habeat alias rationes efficaces, suam determinationem talibus articulis confirmare conatur, cum, ut praedictum est, in praedictis articulis sint plures de quibus non est multum manifestum, quod sint erronei [91]. ut patet per supradicta ; et etiam quod de illis licitum est contrarie opinari. Et cetera.

Nec debent reputari leges communes [92] efficaces ad determinandum quaestiones, quae vigorem debent habere per universum mundum, cum istae leges non habeant vim ligandi nisi in uno solo loco. Quia etiam [93] maiores qui [94] sunt et fuerunt in dicto loco, et ut puto erunt, non reputant nec per Dei gratiam reputabunt dictos [95] articulos esse leges ligantes ad tenendum positiones, quas alii nituntur per dictos articulos confirmare ; et ideo per tales articulos praebent suis opinionibus modicum fulcimentum.

Cum ergo quaeritur, utrum episcopus peccet, et cetera, dicendum quod, licet Dominus *Episcopus Parisiensis* sit homo eminentis literaturae in jure [96] canonico et civile, et etiam sufficientis in theologica facultate [Cod. Q, fol. 152 Vb], quia tamen in ista non tantum studuit. quin ad correctionem [97] dictorum articulorum indigeret consilio magistrorum qui [98] in dictis articulis non sunt bene concordes, a correctione illorum [99] potest aliqualiter [100] excusari. Sed cum sententiam sui proedecessoris [Cod. P, fol. 277 Va] ad dictos articulos appositam posset sine periculo ad pacem et utilitatem plurimorum faciliter amovere, licet non videam quomodo in hoc [101] valeat sufficienter excusari. [102] ipsum tamen in nullo audeo condemnare. Sed concedo quod praedicti articuli essent merito corrigendi.

Ad argumentum in oppositum est dicendum quod [103], licet praedicti articuli editi [104] fuerint a viris sapientibus, nihilominus nunc [105] videntur corrigendi. Et possunt rationabiliter excusari qui dictos articulos ediderunt. licet

factum eorum nunc [106] sit corrigendum, quia pro tempore isto pro quo editi fuerunt, plures et [107] praecipue artistae circa materias [108] illorum articulorum sine [109] freno rationis se ipsos nimium effundebant [110] et videbantur dicta eorum nimis declinare ad errores. Et ideo pro tempore isto oportuit ad extremum contrarium magis declinare, secundum doctrinam [111] **Philosophi** (13), secundo *Ethicorum* circa rectificationem curvorum. Et aliqua quae [112] bonum et sanum intellectum possunt habere propter aliquem malum intellectum quem [113] etiam importare possunt [114] **[Cod. R, fol. 198 V^b]**, oportuit condemnare ut per hoc magis conarentur ab eo quod [115] circa hoc poterat esse erroneum se retrahere et veritatem sinceram [116] tenere. Nunc autem circa illa magis est veritas declarata. Et ideo posset fieri correctio circa praedictos articulos quantum ad plures absque impe**[Cod. V, fol. 199 R^b]**dimento veritatis et absque confusione [117] illorum qui eos ediderunt [118].

[1] commitendo R. — [2] dominus Q ; *del et* dicit *corr.* Q. — [3] si *add.* R ; sic *add.* Q. — [4] *om.* RQ. — [5] sunt *add.* RQ. — [6] fm et Q. — [7] videntur *add.* Q. — [8] super R. — [9] occasio *add.* Q ; *postea del.* — [10] et *add.* Q. — [11] *om.* Q. — [12] illam V. — [13] ratione R. — [14] impedimentare Q ; impedire *corr.* Q. — [15] quod *add.* Q. — [16] *om.* R. — [17] quod V. — [18] deritatis Q. — [19] *om.* R. — [20] quod P. — [21] articulis PR. — [22] multiplicare — non posset] *om.* R. — [23] ferre R ; — multiplicare — facere] *om.* Q. — [24] opinari P. — [25] sunt PQ. — [26] idem Q. — [27] quod *add.* Q ; *postea del.* — [28] quodam Q. — [29] *om.* Q ; — quo dicitur] *om.* R. — [30] sed R. — [31] pro erroneis — item] *om.* R. — [32] errone Q ; errore *corr.* Q. — [33] possumus intelligere *add.* Q. — [34] *om.* Q ; *deinde* in *add.* Q. — [35] sed (?) Q. — [36] sint P. — [37] alicui R. — [38] in R. — [39] quod substantia angeli non sit in loco — intelligatur] *om.* R. — [40] angeli — ita quod substantia] *om.* Q. — [41] si autem intelligatur ita quod substantia sit ratio essendi in loco] *om.* P. — [42] hoc PRQ. — [43] quod RQ. — [44] *om.* RQ. — [45] non *add.* Q. — [46] sit angelo — substantia angeli] *om.* RQ. — [47] isto PRQ. — [48] existens — similiter] *om.* RQ. — [49] *om.* Q ; *deinde* non *add:* Q. — [50] et R. — [51] si Q. — [52] est R ; — *om.* Q. — [53] est *add.* Q. — [54] et irrationabiles] *om.* P ; et irrationales Q. — [55] ponaatur Q. — [56] videntur PQ. — [57] et RQ. — [58] *om.* RQ. — [59] aliqui R ; aliquis Q. — [60] et errore] exerrare RQ. — [61] defuerunt R ; diffuerunt Q. — [62] o *add.* Q ; *deinde del.* — [63] et Q. — [64] et utilis RQ. — [65] doctores Q. — [66] quoniam V. — [67] supra positi] suppositi R. — [68] *om.* Q. — [69] qui Q. — [70] tales articuli] articuli tales RQ. — [71] errori ei P. — [72] et Q. — [73] suspecta a] suscepta Q. — [74] quod R. — [75] reprobabili R ; reprobabiliorio Q. — [76] utuntur R ; videntur Q. — [77] solium P. — [78] damnum maximum] maximum damnum RQ. — [79] *om.* R ; scripsit *add. in marg.* R. — [80] et *add.* P. — [81] *om.* Q. — [82] sal evanuerit] salva'ut Q. — [83] salvetur RQ. — [84] *om.* RQ — [85] doctrinae *add.* Q ; *postea del.* — [86] doctius Q. — [87] inveniret Q. — [88] plura alia] alia plura Q. — [89] dicitur RQ. — [90] in magno] *om.* R. — [91] ut patet *add.* Q ; *postea del.* — [92] rationes R. — [93] et RQ. — [94] etiam RQ. — [95] sanctos Q. — [96] iutre Q ; iure *corr.* Q. — [97] correptionem V ; concionem Q. — [98] quin Q. — [99] eorum Q. — [100] ex *add.* Q ; *postea del.* — [101] in hoc] nihil videtur superfluum P. — [102] sufficienter excusari] excusari sufficienter R ; excusuari sufficienter Q. — [103] quia V. — [104] f. *add.* Q ; *postea del.* — [105] non Q. — [106] non Q. — [107] etiam Q. — [108] ms R. — [109] cum Q. — [110] effudebant Q. — [111] *om.* PR. — [112] bonum *add.* Q ; *postea del.* — [113] quantum R. — [114] importare possunt] possunt importare Q. — [115] est *add.* Q. — [116] scinceram Q. — [117] confufusione Q ; confusione *corr.* Q. — [118] addiderunt P.

(1) Opiniones ducentae undeviginti SIGERII DE BRABANTIA, BOETII DE DACIA et aliorum ab episcopo STEPHANO TEMPIER anno 1277, die 7 martii, condemnatos (cfr. DENIFLE et CHATELAIN *Chartularium Universitatis Parisiensis*, t. I, p. 543-556). — (2) Propositio 96 (*op. cit.*, t. I, p. 549). — (3) Propositio 124 (IBID., *op. cit.*, t. I, p. 550). — (4) Propositio 36 (*Ibid.*, I, p. 545). — (5) Propositio 215 (*Ibid.*, I, p. 555). — (6) Propositio 204 (*Ibid.*, I, p. 554). — (7) Propositio 219 (*Ibid.*, I, p. 555). — (8) Propositio 129 (*Ibid.*, I, p. 551). — (9) Propositio 130 (*Ibid.*, I, p. 551). — (10) Propositio 160 (*Ibid.*, I, p. 552). — (11) Propositio 163 (*Ibid.*, I, p. 552). — (12) MATTH., V, 13. — (13) ARISTOTELIS *Ethica Nicomachea*, l. II, c. 9 (II, 1109, b).

QUAESTIO VI

Utrum liceat doctori praecipue theologico recusare quaestionem sibi positam cuius veritas manifestata per determinationem doctoris offenderet aliquos divites et potentes

Deinde circa doctores quaerebatur utrum liceat doctori, praecipue theologico, recusare [1] quaestionem sibi propositam cuius [2] veritas manifestata [3] per determinationem doctoris offenderet aliquos divites [4] et potentes. Et arguitur quod sic. Quia illud ex quo possent plura mala contingere est omittendum [5]. Quaestio praedicta est huiusmodi [6]; quia potentes offensi per [7] eam et provocati [**Cod. P, fol 277 V**[b]] multa mala inferre possunt [8]. Ergo. Et cetera.

Contrarium arguitur per **Gregorium** (1), *Super Ezechiel* [9] dicentem quod si de veritate scandalum sumitur, utilius nasci scandalum permittitur quam veritas [10] relinquatur. Ergo. Et cetera.

Praeterea doctor theologicus debet dicere [11] veritatem in fide et moribus. Sed peccat si recusat determinare veritatem [12] quae ad fidem pertinet, et praecipue [13] si aliqui deviarent a fide. Ergo similiter peccat si recusat docere veritatem quae ad mores pertinet, et praecipue cum erratur in moribus. Ergo. Et cetera.

Responsio. Dicendum quod docere veritatem non [14] est aliquid quod sit offensivum alicuius per se [15], quia per veritatis [16] cuiuscumque [17] manifestationem [18] perficitur homo secundum intellectum ; et per manifestationem veritatis circa agiblia dirigitur in operatione virtuosa homo. Si ergo aliquis per doctrinam veritatis offendatur, hoc contingit per accidens. Et in speculabilibus magis hoc [19] convenit per accidens quam in agibilibus, quia veritatis notitia circa speculabilia non respicit obiectum nisi in comparatione ad intellectum ; et sic talis notitia non est per se causativa alicuius displicentiae in affectu [20], sed multum accidentaliter, in quantum scilicet aliquis tenens [**Cod. C, fol. 129 V**[a]] opi-

nionem [21] aliquam determinatam [22] quae ab aliis impugnatur sic afficitur [23] ad istam opinionem [24] ut ad quoddam proprium bonum [25], sicut dicitur quod [26] poetae diligunt poemata sua [27] sicut parentes proprios [28] filios. Et sic tenentes [29] talem opinionem contra bonum proprium [30] fieri aestimant quando talis opinio impugnatur ; et ideo ex hoc plurimum offenduntur. Et ex hoc contingit quod fiunt [31] sectae et schismata [32] in doctrina ; et occasione contrarietatis in opinionibus [**Cod. Q, fol. 153 R^a^**] homines se invicem persequuntur et laedunt etiam in [33] exterioribus.

Sed quia veritatis declaratio circa agilbilia est [34] circa ea ad quae homo bene vel male afficitur, [**Cod. P, fol. 278 R^a^**] ideo licet veritas in talibus secundum se non sit [35] offensiva, in quantum [36] tamen per istam impeditur homo ab eo quod [37] diligit vel diminui videtur eius honor vel gloria quam valde multi quaerunt ; vel si non omnino impediantur [38], quia tamen non sic libere fruuntur isto bono quo frui desiderant absque scandalo et confusione sicut [39] si veritas circa hoc non manifestaretur, ideo per eam tales homines offenduntur.

Et ex hoc contingit quod illi qui circa opiniones suas [40] in speculabilibus sic afficiuntur [41] quod illas nullo modo deserere volunt, illi etiam qui ab his quae [42] contra rationem diligunt recedere nolunt et propter hoc [43] refugiunt [44] doctrinam veritatis ; ad suas opiniones extollendas [45] et defendendas et ad sua mala desideria adimplenda quaerunt sibi magistros convenientes ad hunc finem. Et pro illis verificatur illud [46] **Apostoli** (2), *Prima ad Timotheum*, quarto : erit tempus quando doctrinam [**Cod. R, fol. 199 R^a^**] sanam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus [47] ; **Glossa** [48] (3) : qui [49] ea doceant quae [50] volunt ; et a [51] veritate quidem [52] auditum avertent ; **Glossa** (4) : dicit futuros qui pro desideriis suis doceri volunt ut a magistris constantibus et veracibus ad hos convertantur qui haec doceant quae libenter audiunt, quia veritas illis [53] aspera videtur.

Ad quaestionem ergo, dicendum quod, cum docere veritatem sit actus moralis secundum se et de genere suo bonus, tamen [54] ad hoc quod convenienter in opere exerceatur, exigit plures condiciones vel circumtancias annexas.

Cum ergo manifestatio veritatis fieri debeat ad utilitatem aliorum, prout dicit **Apostolus** (5), *Prima Corinthiorum*, quod unicuique datur [55] manifestatio spiritus ad utilitatem aliorum [56], considerandum est utrum probabile [**Cod. V, fol. 199 V^a^**] sit quod maius damnum evenire debeat pro aliquo certo tempore et loco ex doctrina illius et [57] ex [**Cod. P, fol. 278 R^a^**] taciturnitate ; puta [58] : quia [59] aliqua veritas in aliquo [60] loco et pro aliquo tempore habet multos impugnatores et [61] paucos defensores ; qui pauci defensores si veritatem vellent manifestare, per potentiam et violentiam adversariorum sic forte impugnarentur [62] quod veritas corrueret [63] in plateis, pro tempore illo [64] melius [65] videtur [66] tacenda veritas quam propalanda ut in alio tempore possit efficacius propalari. Et [67] hac consideratione videtur Moyses tacuisse veritatem

de repudio uxorum, prout dicitur **Matthaei** (6) decimo nono. ubi dicitur: Moyses ad duritiam cordis permisit vobis dimittere uxores vestras. Si autem verisimiliter [68] aestimetur quod maius bonum proveniet [69], veritas est dicenda [70].

Cum ergo doctor veritatis habens [71] officium publicum [72] docendi veritatem, est in usu et executione officii, ex debito iustitiae distributivae tenetur veritatem docendo sic distribuere quod ita doceat veritatem quae [73] tangit maiores sicut quae tangit minores [74], adhibitis tamen circa hoc circumstanciis debitis, alioquin esset acceptor personarum ; quod debet esse a bono doctore alienum, prout dicitur de Christo, **Lucae** (7) vigesimo [75] : Magister, recte [76] doce[n]s et non accipis personam hominis. **Glossa** (8) : non times personam, sed indifferenter dicis veritatem maioribus et minoribus contra illos de quibus [77] dicit **Hieronymus** (9), super illud **Isaiae** (10). tertio : quare atteritis [78] populum [79] ? nostri [80] principes cum pauperes delinquentes publice arguant et confundant, divitibus maiora [81] peccantibus [82] nec nutum faciunt. Quapropter **Anaxagoras** [83] (11) leges talium telis aranearum [84] comparabat quae minora animalia capiunt maiora transmittunt. Et est diligenter cavendum doctoribus ne trepidantes ubi non est [**Cod. V, fol. 129 V**[b]] timendum [85], fingant sibi iustam causam [86] [**Cod. P, fol. 278 V**[a]] tacendi quando non est [87] : quia pauci inveniuntur qui culpari [**Cod. Q, fol. 153 R**[b]] possunt de excessu in veritate [88] dicenda, plurimi [89] vero de taciturnitate. Unde Sacra Scriptura semper consuevit vehementer hortari ad veritatem docendum. secundum illud **Isaiae** (12), quinquagesimum octavum [90] : Clama, ne cesses ; quasi tuba exalta vocem tuam et annuntia [91] populo meo scelera [92] eorum et domui [93] Iacob peccata eorum.

Et videtur omnes [94] praelatos et doctores reputare mutos in quantum invite [95] annuntiant veritatem. Unde frequenter eos aspere reprehendit, secundum illud **Isaiae** (13), quinquagesimo sexto : Speculatores eius caeci et [96] universi canes muti non valentes latrare. Et ideo [97] quia in his ubi potest esse [98] excessus et defectus, quae tamen de se arduitatem aliquam [99] important, ut in pluribus invenitur peccatum in defectu, volens [**Cod. R, fol. 199 R**[b]] recte agere in praemissis [100] debet conari ut magis declinet versus extremum quod consistit in excessu. Sed paucissimi doctores [101] hoc faciunt, sicut patet ad sensum.

Et per [102] hoc patet solutio ad obiecta.

[1] reputare *add.* R. — [2] eus Q. — [3] manifesta R. — [4] dicens Q. — [5] omittendo Q : omittendum *corr.* Q. — [6] huius P. — [7] super Q. — [8] inferre possunt] possunt inferre RQ. — [9] per Q. — [10] revelatur *add.* PV : *del.* P. — [11] idicere Q : dicere *corr.* Q. — [12] in fide — veritatem] *om.* RQ. — [13] et praecipue] praecipue et VP. — [14] *om.* Q. — [15] per se] *om.* Q. — [16] deitatis̄ Q. — [17] cuiusque PV. — [18] manifestum Q : manifestationem *corr.* Q. — [19] licet Q. — [20] effectu PVCQ ; affectu *corr.* 2ª *m.* V. — [21] oppositionem Q : opinionem *corr.* Q. — [22] *om.* RQ. — [23] efficitur Q. — [24] oppositionem Q ; opinionem *corr.* Q. —

[25] proprium bonum] bonum proprium RQ. — [26] *om.* Q ; *deinde suppl.* Q. — [27] et *add.* RQ. — [28] suos *add.* P. — [29] sistemes *add.* Q ; *postea del.* — [30] propter RQ. — [31] sunt RQ. — [32] scismata Q. — [33] etiam in] et Q ; in *om.* R ; *postea suppl.* R. — [34] *om.* Q. — [35] o *add.* Q ; *postea del.* — [36] in quantum] *om.* Q. — [37] ab eo quod] quod ab eo RQ. — [38] impediatur V ; impediuntur R. — [39] *om.* C. — [40] suos Q ; suas *corr.* Q. — [41] afficiciuntur Q ; afficiuntur *corr.* Q. — [42] qui RQ. — [43] *om.* RQ. — [44] refugium RQ. — [45] excolendas RQ. — [46] *om.* RQ. — [47] prurientes auribus] parturientes a litibus Q. — [48] *om.* C. — [49] quae R. — [50] qui Q. — [51] ea PVCRQ. — [52] quod RQ. — [53] veritas illis] deitas illa Q. — [54] cum Q. — [55] datus C. — [56] prout — aliorum] *om.* Q. — [57] quod P ; quam 1ae *m.* V *in* et *corr.* 2a *m.* V. — [58] pura RQ ; quod aliqua *add.* Q. — [59] quod PRQ. — [60] aliqui Q ; aliquo *corr.* Q. — [61] etiam C. — [62] pugnarentur C. — [63] corruerit RQ. — [64] isto RQ. — [65] modus R. — [66] videntur Q. — [67] in *add.* RQ. — [68] universaliter P ; verisibiliter Q ; verisbiliter R. — [69] provenient Q. — [70] dicendum Q. — [71] hunc Q. — [72] pupr' Q ; *om.* R ; *deinde* publicum *suppl.* R. — [73] qui RQ. — [74] sicut — minores] *om.* RQ. — [75] decimo RQ. — [76] ratione Q. — [77] cuius Q. — [78] a ceteris Q. — [79] populi Q. — [80] pontifices *add.* V. — [81] maiori R. — [82] potestatibus Q. — [83] annexa igitur RQ. — [84] arenearum PV. — [85] *om.* C. — [86] instantiam RQ. — [87] quando non est] *om.* P. — [88] verita Q. — [89] plurimum Q. — [90] quinquagesimo octavo] *om.* RQ. — [91] annuncio R. — [92] *om.* Q. — [93] domus RQ. — [94] omnis Q. — [95] *om.* RQ. — [96] *om.* PVC. — [97] *om.* Q. — [98] *om.* 1a *m.* V ; *suppl. in margine* 2a *m.* V. — [99] a materia RQ. — [100] in praemissis] *om.* Q. — [101] arbores RQ. — [102] *om.* PVC.

(1) Sanctus Gregorius, *Super Ezechielem*, l. I, Hom. VII, 4 (PL., t. 76, col. 842, nº 1225). — (2) I *Tim.*, IV, 1-2. — (3) *Glossa ordinaria* (PL., t. 114, col. 657). Litteraliter. — (4) *Glossa ordinaria* (*ibid.*, loc. cit.). Litteraliter. — (5) I *Cor.*, XII, 7. — (6) Matth., XIX, 8. — (7) Lucae *Evangelium*, XX, 21. — (8) In *Glossa ordinaria apud* Lyranum (*Biblia sacra cum Glossis*, t. V, p. 947-948. Douai, 1617). Sententialiter. — (9) Sanctus Hieronymus, *Commentaria in Isaiam prophetam*, l. II, c. 3, V, 13-14 (PL., t. 24, col. 68). Sententialiter. — (10) Is., III, 15. — (11) Anaxagoras, apud Aristotelem locum non inveni. — (12) Is., LVIII, 1. — (13) Is., LVI, 10.

QUAESTIO VII

Utrum clerici negociantes peccent mortaliter

Deinde circa pertinentia ad personas ecclesiasticas [1] communes [2] quaerebantur duo, posito tali casu : duo clerici vel duo religiosi, vel unus clericus et [3] unus religiosus emunt pergamenum ut scribant libros ad vendendum vel causa lucri quocumque alio modo circa hoc negociando ; quorum unus [4] sic negociando incurrit damnum, alius vero [5] lucratur. Occasione huiusmodi quaerebatur primo : utrum sic isti negociando [6] peccent ; et generalius [7] utrum clerici negociantes peccent [8] mortaliter. Secundo circa hoc quaerebatur [9], supposito [10] quod tales peccent, quis [11] istorum gravius peccet.

Ad primum arguitur quod negociatio licita sit clericis, quia illud quod consulit Dominus in Evangelio [Cod. P, fol. 278 V^b] nulli debet esse illicitum [12]; sed Dominus in Evangelio [13] consulit negociationem [14]. Dicit enim **Lucae** (1) decimo nono : negociamini dum [15] venio ; et cetera [16]. Ergo. Et cetera.

Contra. Qui transgreditur paeceptum Ecclesiae, peccat. Sed negociatio prohibetur clericis, decimo quarto, quaestione quarta : *Canonum institutis* (2). Ergo. Et cetera.

Responsio. Dicendum quod, quia [17] [Cod. V, fol. 199 V^b] personae [18] ecclesiasticae debent esse ceteris perfectiores et secundum veritatem quantum ad [19] conscientiam sanctam [20] et secundum apparentiam [21] quantum ad conversationem [22] honestam et bonam famam [23] quia [24] hoc exigit status eorum qui [25], quasi in sortem Domini et in populum [26] sibi [27] peculiarem [28] electi sunt [29] et assumpti ut cultui eius principaliter [30] vacent et alios aedificent verbo et exemplo, ideo debent abstinere ab his quae maxime impediunt animum [31] a prompta vacatione circa [32] spiritualia ad quod principaliter deputantur ac etiam [33] ab his quae minus sine periculo peccati a quo magis debent esse immunes [34] et sine nota cupiditatis exerceri possunt. Quia igitur [35] inter actus humanos aliquo modo licitos negociato est quae magis [36] animum occupat per sollicitudines diversas et quae [37] magis animum a Deo distrahit [38] per continuam lucri concupiscentiam et reddit hominem magis notabilem de cupiditate, quia finis negociationis est lucrum quod non habet terminum, ideo ab ista debent [39] clerici abstinere. Per negociationem enim intelligimus [40] non commutationem [41] naturalem et necessariam, per quam scilicet fit commutatio rei ad rem vel rerum [42] et denariorum propter necessitatem vitae. Hoc enim non pertinet proprie ad negociatores [43], sed magis ad aeconomos et [44] politicos qui habent providere domui vel civitati de necessariis [45] ad vitam : et est [46] talis commutatio laudabilis, secundulm **Philosophum** (3) primo *Politicorum*, quia deservit naturali necessitati cui quilibet potest licite intendere. Et ideo talis licita est personis ecclesiasticis. Sed per [Cod. P, fol. 279 R^a] negociationem proprie dictam intelligimus commutationem rerum [47] ad invicem vel denariorum non [48] propter res necessarias ad vitam, sed propter lucrum quaerendum. Et ideo illa [49], secundum **Philosophum** (4), primo *Politicorum*, secundum se est [50] vituperabilis, quia secundum se deservit [51] cupiditati lucri [52] quae [53] terminum nescit [54], sed in [55] infinitum [56] tendit [57] : ideo merito ab ista [58] clerici debent [59] penitus abstinere ; praecipue quia, ut dictum est, ex vehementia cupiditatis actui negociationis annexae contingit [Cod. Q, fol. 153 V^a] quod vix negociatio sine periculo peccati exercetur, cum tamen inter ceteros praecipue clerici immunes debeant [60] esse a peccato. Dicitur enim *De Poenitentia* (5). Distinctione quinta, capitulo : Qualitas : Poenitenti utilius est [Cod. R, fol. 199 V^a] dispendia pati quam periculis negociationis astringi [61] quia difficile est inter vendentis [62] ementisque commercium non [63] intervenire peccatum. Et ideo rationabiliter per statuta canonica clericis est negociatio interdicta.

Unde dicitur (6) Decima [64] quarta, quaestione quarta, capitulo : *Canonum institutis* : firmatum est ut quicumque in clero esse voluerit emendi vilius et vendendi carius [65] studio non utatur [66]. Quod si [67] exercere voluerit, coerceatur a clero [68]. Clerici ergo negociationi intendere non possunt ratione status cui sunt adscripti et ratione statuti [69] quo ad hoc sunt astricti.

Et quia. ut dictum est, finis negociationis est lucrum, ideo quicquid principaliter ordinatur ad lucrum merito debet esse a clericis alienum. Unde quia pluralitas beneficiorum non videtur principaliter quaeri nisi propter lucrum, sicut patet per effectum, quia vix aliquis invenitur tenens plura beneficia praecipue non annexa qui alterum teneat nisi propter lucrum temporale, non propter spiritualem fructum, ideo [70] iura canonica pluralitatem beneficiorum tanquam [71] id quod negociationem videtur importare, quia hoc, ut [72] videtur, per se [73] ordinatur ad turpe lucrum, merito reprobant ; prout dicitur (7) Vigesima prima [74], quaestione prima, capitulo primo : *Clericus* non connumeretur in duabus [**Cod. P, fol. 279 R^b**] ecclesiis. Negociationis enim [75] hoc est et turpis lucri commodum. Et infra (8) : quae [76] enim propter turpe lucrum in [77] ecclesiasticis rebus efficiuntur [78] aliena existunt a Deo. Quis [79] est autem [80] qui [81] non dico plura, sed etiam [82] vix unum [83] beneficium recipiat propter fructum [84] et non magis propter lucrum ? Sed qualitercumque [85] se habeat intentio alicuius in [86] recipiendo unum solum beneficium, tamen [**Cod. V, fol. 200 R^a**] quantum [87] ad secundum videtur aestimandum quod recipiatur propter lucrum. Si autem sit clericus [88] pauper cui non est sufficienter de bonis ecclesiasticis provisum, tamen non licet [89] sibi necessaria vitae per negociationem acquirere sed alio [90], prout dicitur (9) nonagesima prima Distinctione : Clericus victum et vestitum sibi artificio vel agricultura .absque officii [91] sui detrimento praeparet. Ubi etiam [92] canon (10) reprobans pluralitatem beneficiorum sicut [93] et negociationem, consimilia circa hoc dicere videtur, ut ibi patet, ubi dicitur (11) : ad vitae vero huiusmodi [94] necessitatem studia diversa sunt [95]. Ex eis ergo qui voluerit, acquirat corpori [96] opportuna, potius scilicet quam recipiat [97] secundum beneficium etiam si non sufficiat primum, licet hoc non sit cum tanto rigore intelligendum quin in casu licitum [98] sit, sed puto quod rarus est talis casus.

Ad quaestionem ergo propositam est dicendum quod negociatores clerici, praecipue qui privilegiis clericorum uti volunt et quibus [99] in necessariis vitae de bonis ecclesiasticis competenter [100] est provisum [101] vel aliter aliquo modo honesto vitae necessaria possunt sibi procurare, non possunt excusari a peccato. Verumtamen in casu quod [102] quaerens exprimere intendebat [103], non videtur negociatio proprie importari [104], quia super illud, capitulo decimo quarto, quaestione quarta [105] (12) : *Canonum*, dicitur in **Glossa** (13) : non licet clerico emere vilius ut vendat carius in eadem forma ; sed in rudi forma [106] potest emere corium et [107] chartas [108], et inde facere calceos [109] et libros. Nec hoc

est negociatio, sed [Cod. P, fol. 279 V^a] artificium, intelligendo tamen quod [110] per se ipsum calceos [111] et libros de tali materia faciat. Si enim talia fieri faceret [112] per aliquos et istos factos ulterius venderet, negociatio videretur.

Ad argumentum in oppositum est dicendum quod Dominus [113] (14) commendat [114] ibi negociationem non circa temporalia sed circa spiritualia. Immo istam quae est circa temporalia reprehendit et maxime [Cod. R, fol. 199 V^b] in personis cultui [115] divino deputatis, prout patet per ea quae scribuntur **Iohannis** (15) secundo, ubi [Cod. Q, fol. 153 V^b] dicitur quod Christus eiecit ementes et vendentes [116] de templo, dicens: nolite facere domum meam domum negociationis. Et cetera.

[1] ecclesia... obiecta-sticas R. — [2] *om.* R. — [3] *om.* R : nnus Q : *postea del.* Q. — [4] *om.* P. — [5] non R. — [6] sic isti negociando] sic negociando isti P : isti sic negociando R. — [7] ergo alius *add.* Q ; ergo *del.* Q. — [8] primo esset R. — [11] qui RQ. — [12] lucrum R. — [13] nulli—evangelio] *om.* P ; sed dominus—evangelio] *om.* R. — [14] negociatione Q. — [15] negociamini dum] negocia num dum Q. — [16] et cetera] *om.* RQ. — [17] *om.* R. — [18] debet Q. — [19] conversionem honestam *add.* Q ; *postea del.* — [20] scientiam P. — [21] apparentia PV. — [22] conversionem RQ. — [23] bonam famam] famam bonam PV. — [24] quod Q. — [25] *om.* Q. — [26] proprium R. — [27] si Q. — [28] specularem Q. speculiarem R ; *in* peculiarem *corr.* R. — [29] *om.* P. — [30] pmc Q ; p'e R. — [31] animam Q. — [32] vacatione circa] vita Q. — [33] et QR. — [34] immunes *add.* Q. — [35] *om.* Q ; ergo *suppl.* Q *et* igitur *in marg. add.* Q. — [36] *om.* Q. — [37] qui Q. — [38] distrahant RQ. — [39] debet Q. — [40] enim intelligimus] intelligimus enim V. — [41] commuta rei Q ; rei *del.* Q *et* tionem *add.* Q. — [42] vel rerum] *om.* Q : ad *add.* R ; *postea del.* — [43] negociationes Q. — [44] vel RQ. — [45] necessitatis Q. — [46] *om.* RQ. — [47] non R. — [48] vel P. — [49] ista Q. — [50] *om.* Q. — [51] vituperabilis *add.* Q ; *postea del.* — [52] *om.* Q. — [53] qui RQ. — [54] verit Q ; terminum nescit] tamen vetit R. — [55] *om.* Q. — [56] intermisium Q. — [57] reddit Q. — [58] isto Q ; illo R. — [59] debet Q. — [60] teneant Q. — [61] abstringi Q. — [62] vendentes Q. — [63] vero R. — [64] vigesima RQ. — [65] rarius Q. — [66] vitatur Q. — [67] quia Q. — [68] a clero] *om.* P ; a clerico V. — [69] status RQ. — [70] *om.* R. — [71] tam RQ. — [72] *om.* RQ. — [73] per se] *om.* Q. — [74] secunda PVRQ ; primo *corr.* V. — [75] canon *add.* Q. — [76] quod Q. — [77] *om.* Q ; *postea* in *add.* Q. — [78] afficiuntur RQ. — [79] autem *add.* Q. — [80] est autem] autem est RQ. — [81] quod RQ. — [82] et RQ. — [83] *om.* Q ; unum *add. alia m.* Q ; — [84] superne tamen Q ; tamen *add.* R ; *postea del.* — [85] qualiter Q. — [86] ratione *add.* Q ; ron'e *add.* R. — [87] quod Q. — [88] sive *add.* RQ. — [89] habet RQ. — [90] sed alio] *om.* Q. — [91] offm Q. — [92] scilicet R. — [93] lit' Q : licet R. — [94] huius P. — [95] quantum R. — [96] corpus RQ. — [97] recipiet R. — [98] licet cum RQ. — [99] qui Q. — [100] sunt *add.* Q ; *postea del.* — [101] provise Q. — [102] qui R. — [103] intedebat Q. — [104] importari Q ; *in* inportari *corr.* Q. — [105] in *add.* Q. — [106] sed — forma] *om.* Q. — [107] le *add.* Q ; *postea del.* — [108] caritas Q ; l raritas R. — [109] calcios Q. — [110] ipse *add.* Q ; *deinde del.* — [111] calceas Q. — [112] fieri faceret] fient fieri Q : fieret fieri R. — [113] quod Dominus] *om.* QR. — [114] commenda Q ; omnimoda R. — [115] titui Q. — [116] vere R.

(1) *Evangelium* LUCAE, XIX, 13. — (2) c. 3. C. XIV, q. IV (FRIEDBERG, I, col. 736). — (3) ARISTOTELIS *Politica* I, c. 9 (II, 1257 a). — (4) ID., *ibid.* (loc. cit., II, 1257 b). — (5) c. 2, D. V, *De Poenitentia* (FRIEDBERG, I, col. 1240). Litteraliter. — (6) c. 3. Canonum. C. XIV, q. 4 (FRIEDBERG, I, col. 736). Litteraliter. — (7) c. 1. Clericus. C. XXI, q. 1

(FRIEDBERG, I, col. 852). Litteraliter. — (8) *Ibid.* (loc. cit.). Fere litteraliter. — (9) c. 3, Clericus victum, D. XCI (FRIEDBERG, I, col. 316). Verbotenus. — (10) *Ibid.* (loc. cit.). — (11) c. 3, Canonum, C. XIV, q. 4 (FRIEDBERG, I, col. 736). — (13) *Corpus Iuris Canonici cum glossis*, c. 3, Canonum, C. XIV, q. 4 (Lugduni 1618, col. 1051). Litteraliter. — (14) LUCAE *Evangelium*, XIX, 13. — (15) IOHANNIS *Evangelium*, II, 13-17.

QUAESTIO VIII

Supposito quod negociantes clerici peccent quis istorum gravius peccat

Deinde ad secundum praemissorum arguebatur quod incurrens damnum gravius peccat ; quia ille [1] magis peccat qui est causa damni alterius sua culpa quam iste [2] qui non est [3] causa damni alterius. Sed supposito quod ambo peccant, iste qui perdit culpa sua est causa damni illius ecclesiae de cuius bonis negociatus est [4] ; non sic autem alius qui non perdit. Ergo. Et cetera.

Contra. Iste magis peccat cuius voluntas est maior vel intensior in actu peccati. Sed voluntas eius qui lucrum consequitur est maior vel intensior in adispiscendo lucrum quam voluntas [5] alterius qui lucrum non assequitur, quia per praesentiam boni voluntas nata est magis intendi quam [6] in eius absentia. Ergo. Et cetera.

Responsio. Dicendum quod, supposito quod vere et proprie sit negociatio quam [7] praedicti exercent, cum in actu negociationis ille [8] per se intendit lucrum tanquam finem et hunc [9] finem habet [10] intentione actuali, sed non semper consequitur [11] lucrum in effectu et realiter [12], ideo illud quod boni vel mali moris est in actu negociationis [13] per se non sumitur ex isto lucro vel damno [**Cod. P, fol. 279 V^b**] in effectu, sed solum ex intentione lucri sive ex lucro secundum [14] quod cadit sub intentione. Cum ergo uterque praedictorum aequaliter videatur habere lucrum in intentione quantum [15] est de genere operis, unus per se loquendo in huiusmodi actu non videtur plus peccare quam alius. Similiter etiam [16] si in negoicando unus ita diligens sit sicut alter ; quia enim talis eventus consequens actum negociationis, scilicet lucrum vel damnum [**Cod. V, fol. 200 R^b**] in effectu ita natus est consequi [17] ex [18] actu unius [19] sicut ex actu alterius, ex [20] hoc etiam [21] nulla differentia invenitur inter istos [22] quantum [23] ad bonum vel malum morum [24] ; sed si ille [25] qui consequitur damnum in negociando sit negligens ita quod verisimiliter [26] possit apparere quod per negligentiam suam alteri damnum eveniat, et etiam hoc praecogitet et avertat, gravius peccat [27] in actu negociationis quam iste qui circa hoc diligens existit. Cum enim cogitans vel cogitare debens quod ex opere suo malum potest [28] evenire, nec tamen propter hoc se corrigit, ex hoc

apparet quod voluntas eius est magis inordinata ; et sic gravius est peccatum suum formaliter, quia etiam illud damnum cedit in iniuriam alterius, quia supponitur quod negociatur de bonis alterius qui per culpam suam damnificatur, quia sine illius licentia de bonis eius negociatur. Sic etiam, licet in negociando non sit negligens, gravius peccat non formaliter sed materialiter. Si enim tale damnum non cederet in iniuriam alterius, nullo modo iste plus peccaret ; quia nec in forma nec in materia contractus esset aliqua differentia inter istos. Talis etiam eventus consequens non esset aliquod malum morum vel culpae, sed malum poenae quae dicitur poena damni. Sed nunc, quia ille [29] eventus est iniuriosus et damnosus alteri, ideo incidit ibi [30] aliud peccatum, materialiter dico [**Cod. P, fol. 280 Ra**], non formaliter ; quia voluntas [**Cod. R, fol. 200 Ra**] in actu non habet illud damnum in quantum iniuriosum pro obiecto. Sicut etiam ille qui se inebriavit, si in ebrietate tali quae usum rationis impedit, committat aliquod peccatum, dicitur plus peccare et facere plura peccata non formaliter, sed materialiter, quam alius qui similiter inebriatus [31] tale peccatum secundum non committeret. Neuter enim facit nisi unum peccatum quod per se possit dici voluntarium. Aliud enim non est voluntarium nisi voluntario primi sicut effectus in causa.

Ad argumentum in contrarium est [32] dicendum quod non valet in casu proposito. Quia diversitas quam arguens intendebat ostendere inter istos secundum quam unus peccare [**Cod. Q, fol. 154 Ra**] magis videtur quam alius non potest attendi in hoc quod unus adipiscatur lucrum et non alius, sed in hoc quod pecunia de qua negociatus est iste qui incurrit damnum non erat sua, sed alterius. Et ideo [33] per factum suum alius [34] damnum incurrit minus iuste.

Posito enim quod duo clerici negociantes de pecunia propria ita quod in negociando non peccent propter iniuriam [35] alterius, et unus istorum incurrit damnum et alius consequatur lucrum, unus tamen non diceretur magis peccare quam alius ; quia eiusdem rationis in bono vel malo morum videtur esse gaudium inordinatum de praesentia alicuius boni illicite acquisiti et tristitia inordinata de absentia [36] eiusdem boni sive de poena damni in quam etiam illicite incidit. Sicut enim in habente praesentiam [37] talis rei, ablata spe [38], nihil plus scilicet expectans nec in aliquid ulterius tendens ut perfectius illi uniatur, terminatur [39] eius appetitus in bono talis gaudii : ita etiam in habente absentiam [40] sive carentiam talis boni sive praesentiam damni sine timore, id est non habens amplius ti[**Cod. P, fol. 280 Rb**]morem de tali damno quod poterat evenire, habet appetitum terminatum in malo tristitiae. Et secundum hoc debet dici quod sicut illius peccatum maius dicitur [41] in adeptione [42] lucri quam in sola voluntate et spe consequendi, ita etiam in isto est maius peccatum in assecutione damni et carentia lucri quam erat quando poterat timere de periculo damni. Non debet ergo dici peccatum unius maius peccato alterius ratione praesentiae vel absentiae obiecti quia, sicut dictum est, utrique [43] est praesens obiectum secundum modum sibi convenientem, quia

sicut pracsentia [44] boni est obiectum praesens voluntati gaudenti, ita etiam absentia boni absque spe habendi est obiectum praesens voluntati tristi. Sed ad hoc quod aliquis dicatur magis vel minus peccare in consequendo vel non consequendo lucrum, debet fieri talis comparatio vel proportio [45] inter haec quod unus sit in spe [**Cod. V, fol. 200 V**[a]] adipiscendi lucrum, deinde illud adipiscatur in effectu ; alius vero habeat timorem de damno incurrendo et deinde illud incurrat [46] in effectu. Et secundum hoc, sicut ex parte consequentis lucrum maius est peccatum eius quando consequens lucrum inordinate gaudet in illius assecutione quam quando solum illud desiderans et volens consequi gaudebat inordinate de spe consequendi. Ita etiam ex parte incurrentis damnum maius est peccatum eius quando incidens damnum vehementer dolet inordinate ex carentia lucri, exclusa spe consequendi, quam quando timens de periculo in[**Cod. R, fol. 200 R**[b]]currendi desiderabat illud evitare. Et non debet fieri comparatio de isto qui incurrit damnum ad illum qui consequitur lucrum.

[1] ille *corr.* V. — [2] ille *corr.* V. — [3] *om.* Q. — [4] *om.* P. — [5] volunt nec R. — [6] *om.* RQ. — [7] quod Q. — [8] negociationes *add.* Q ; negocia *add.* R. — [9] habet PV ; hunc *corr.* V. — [10] in *add.* R. — [11] *om.* RQ. — [12] et realiter] *om.* Q. — [13] negociationes Q. — [14] sed Q. — [15] quam Q. — [16] et RQ. — [17] sequi R. — [18] et R. — [19] ita — unius] *om.* Q. — [20] in Q. — [21] et RQ. — [22] illos PV ; istos *corr.* V. — [23] quam Q. — [24] moris P ; morum *add.* R, *postea del.* — [25] iste RQ. — [26] visibiliter R. — [27] peccet Q ; peccat *corr.* Q. — [28] debet R. — [29] iste VQ. — [30] in P. — [31] inebrians P. — [32] *om.* V. — [33] *om.* Q. — [34] aliud P. — [35] et unus *add.* Q. — [36] essentia P ; praesentia R. — [37] poenam PR. — [38] ablata spe] *om.* R. — [39] terminatus R. — [40] abs ntia Q. — [41] ad *add.* Q. — [42] acceptione V ; eptione Q. — [43] uterque P. — [44] poena PQ *et* 1[a] *m.* V. — [45] propositio VRQ ; vel proportio *in marg. scripsc.* VR. — [46] illud incurrat] incurrat illud Q.

QUAESTIO IX

Utrum superiores sive principes saeculares sive praelati ecclesiastici peccent non expellendo usurarios de terris suis

Deinde circa personas tam ecclesiasticas quam saeculares in communi quaerebantur quaedam pertinentia specialiter [1] ad superiores habentes potestatem inferiores coercendi, et quaedam pertinentia ad quascumque generaliter et quaedam pertinentia ad non sacerdotes specialiter.

Circa [**Cod. P, fol. 280 V**[a]] primum quaerebatur unum, scilicet : utrum superiores [2] sive principes saeculares sive praelati eccesiastici peccent non

expellendo usurarios de terris suis. Et arguitur quod non. Quia non facere quod aut nullus facit aut quod paucissimi faciunt non videtur esse peccatum ; sed aut nullus expellit usurarios aut paucissimi hoc faciunt. Ergo. Et cetera.

Contra. Qui non facit illud propter quod faciendum in [3] non facientes graves poenae ecclesiasticae promulgantur graviter peccat. Sed in non expellentes usurarios de terris suis graves poenae ecclesiasticae latae sunt a summo pontifice. (**Extra** (1), *De Usuris* : Usurarum voraginem). Ergo. Et caetera.

Responsio. Dicendum quod ad principem [4] vel praelatum pertinet ut mala evellat et destruat, bona vero aedificet et plantet, sicut dicitur **Ieremiae** (2) [**Cod. Q, fol. 154 R^b**] primo : Ecce constitui te super gentes [5] et regna ut evellas et destruas [6], aedifices et [7] plantes ; et caetera. Ista autem fieri debent [8] prout ordinantur ad bonum commune. Sed respectu bonorum sic se debent habere quod omnia bona debent suadere et ad ista [9] allicere et inducere beneficiis [10] et promissis, et quaedam praecipere : mala etiam omnia debent dissuadere et ab illis retrahere prohibitionibus et comminationibus. Sed quia ad [11] expulsionem [12] malorum frequenter non sufficiunt sermones suasorii nec etiam prohibitiones legales, ideo oportet ad hoc poenas sensibiles adhibere. Et circa hoc habet bonus princeps diligenter considerare utrum [13] secundum statum et dispositionem fragilem subditorum ex omnimoda expulsione aliquorum malorum per huiusmodi poenas occasionaliter [14] insurgerent plura et maiora [15] mala in communitate, quae etiam esset difficilius extir-[**Cod. P, fol. 280 V^b**]pare. Et in talibus videtur dicendum quod ad bonum principem non pertinet talia per poenas huiusmodi extirpare.

Unde dicit **Augustinus** (3), libro secundo, *De Ordine* : et in [16] civitate bene ordinata bonum est et permittendum quaedam mala esse, quae licet secundum se sint [17] mala et inordinata, tamen propter bonum communitatis et in ordine ad illud sunt bona et [18] ordinem quendam habent et ideo permittenda sunt, licet non sint praecipienda vel etiam consulenda. Dicit enim multa de hoc ibi. Et inter alia dicit (4) : quid sordidius dedecoris [19] turpitudinisque plenius meretricibus et lenonibus [20] aut meretrices de rebus humanis turbaveris omnia libidinibus. Et ideo, ut ibi videtur pertractare, melius est talia [21] permittere quam per poenas totaliter extirpare. Et sic illud quod secundum se et simpliciter est malum, in ordine ad aliud et per accidens [22] est bonum [**Cod. V, fol. 200 V^b**] in quantum per illud occasionaliter multa bona conservantur et [23] multa mala impediuntur.

Cum ergo quaeritur utrum usurarii sint expellendi [**Cod. R, fol. 200 V^a**], dicendum quod usurarii illi per quos notabiliter damnificantur subditi sic quod per bonum quod per illos usurarios consequuntur non potest fieri recompensatio illorum malorum quae per ipsos incurrunt [24] ; et sic tales esse secundum se et simpliciter est malum et etiam in ordine ad bonum [25] communitatum [26] illi sunt penitus eiciendi [27]. Et ideo notabiliter est facta constitutio concilii generalis (5) quae cum adiectione magnae poenae praecipit quod

usurarii alienigenae [28] eiciantur. Per tales enim terra quam inhabitant depauperatur, quia pecuniam quam acquirunt per usuras ad terras suas transmittunt. In morte etiam tales restitutiones facere non [29] consueverunt. Et ideo etiam graviter peccant principes qui tales sustinent, non solum faciendo contra praedictam constitutionem, sed etiam contra ius [30] naturae, in quantum scilicet circa bonum subditorum suorum sunt negligentes non prohibendo damma ipsorum prout [**Cod. P, fol. 281 R^a^**] deberent. Quia enim tales alienigenae non morarentur sub dominio principum nisi praeberent eis securitatem et defensionem et promptos ad eorum negocia se [31] exhiberent compellendo debitores ad satisfaciendum eis et de sorte et de usura in hoc [32] videretur ipsi dare eis potestatem et auctoritatem foenerandi in quantum eis concedunt [33] ea sine quibus non exercerent usuras ; et ideo viderentur esse participes omnium malorum quae tales faciunt, quia respectu illorum non se habent solum ut permittentes, sed ut consentientes, immo etiam ut agentes.

Secus autem est de incolis et de oriundis de terra, quia si tales ditantur per usuras de bonis aliorum, terra tamen quantum ad hoc non depauperatur, quia isti habent familias et amicos in terra quibus bona [34] sua [35] remanent ; plures autem ex istis faciunt restitutionem his a quibus usuras habuerunt [**Cod. Q, fol. 154 V^a^**].

Ad hoc etiam quod tales usuras exerceant, non oportet [36] quod domini aliter se habeant ad istos quam communiter ad alios subditos suos, ut respectu illorum possint dici permittentes, non agentes. Et ideo si [37] contingeret quod in terra alicuius domini essent aliqui tales, de terra videlicet oriundi, qui tamen non essent in numero multum excessivo et qui non exigerent usuras immoderatas et probabiliter [38] appareret quod ex ipsis bona multa provenirent [39] in communitate, nec apparerent multa mala quae occasione ipsorum communitati evenirent, videtur quod possent modo supradicto tolerari. Et ideo secundum leges humanas conceditur usuras accipere, quia leges humanae dimittunt aliqua peccata impunita propter condicionem hominum infirmorum in quibus multae utilitates impedirentur si omnia peccata districte prohiberentur poenis adhibitis. Et ideo lex humana videtur usuras permittere, non quasi aestimans illas esse secundum iustitiam, sed ne [**Cod. P, fol. 281 R^b^**] impedirentur utilitates multorum ; sicut etiam Dominus mala permittit propter bona quae ex illis elicere novit.

Sed in talibus quae [40] secundum se mala sunt et tamen permittuntur, propter dictas causas debent principes diligenter contra [41] talia facientes adhibere poenas aliquas per quas sic cohibeantur quod occasione ipsorum pauciora mala in communitate contingant, puta : de meretricibus quod non permittantur stare in locis honestis et quod non tractentur cum reverentia et honore ; et sic de aliis. Unde Ecclesia quae magis intendit circa salutem animarum et ad extirpati [**Cod. R, fol. 200 V^b^**] onem vitiorum quam iudices saeculares contra tales per censuras ecclesiasticas procedere consuevit.

Sed quia quaerens videbatur arctare quaestionem specialiter ad alienigenas : utrum scilicet principes teneantur omnino expellere tales de terris suis, et utrum hoc non facientes incurrant poenas [42] in supradicta constitutione (6) statutas ; ad hoc est dicendum quod tales omnino expellere debent. Ad hoc enim, ut praedictum est [Cod. V, fol. 201 Ra], absque praecepto constitutionis de iure naturae tenentur ; et ideo poenas ecclesiasticas in contrarium facientes adhibitas merito incurrunt.

Sed quomodo dictae poenae inobedientes ligare habeant, ad eius evidentiam est considerandum quod in dicta constitutione (7) sic dicitur : Praecipimus [43] ut nullus usurariis non oriundis de terra domos conducat vel conductas habere aut alias inhabitare permittat. Deinde, quibusdam interpositis, in praedicta constitutione (8) sequitur [44] : Nemo [45] illis ad foenus exercendum domus locet, vel sub [46] alio titulo quocumque concedat. Qui vero contrarium fecerint, si personae ecclesiasticae fuerint, maiores suspensionis, minores excommunicationis, collegium vero interdicti sententiam ipso facto se noverint incursuros. Quam si per mensem sustinu[Cod P, fol. 281 Va]erint, terra istorum [47] quamdiu in eis iidem usurarii commorantur, ex tunc ecclesiastico subiaceat interdicto. Caeterum [48] si fuerint laici, per suos ordinarios ab huiusmodi excessu per censuram ecclesiasticam compescantur. Et secundum [49] quod [50] videtur prudentibus vim dictorum verborum attendentibus, non est hoc canon (9) latae sententiae nisi contra illos qui talibus usurariis locant vel [51] concedunt domos ad exercendum usuras ; licet alias graviter peccent contra praeceptum Ecclesiae et contra dictamen iuris naturalis qui tales usurarios non expellunt. Quod tamen non assero [52] nec determino ad praesens [53].

[1] *om.* V. — [2] sive *add.* Q ; *postea del.* — [3] et Q. — [4] p. *add.* R ; *postea del.* — [5] genus P. — [6] edifices et plantas *add.* R ; *postea del.* — [7] ut Q. — [8] debet Q. — [9] illa V. — [10] beatificis P. — [11] *om.* Q. — [12] expressionem P. — [13] virum R. — [14] occasionabiliter Q. — [15] minora R. — [16] in civ. Q ; *deinde litteras* civ *expunxit* Q. — [17] nsit *add.* Q ; *postea del.* — [18] in *add.* Q ; *postea del.* — [19] dedicoris Q. — [20] leononibus R ; lenonibus *corr.* R. — [21] temporalia Q ; *in* talia *corr.* — Q. — [22] consequens R. — [23] multa — et] *om.* Q. — [24] incurerunt Q ; incurrunt *corr.* Q. — [25] ad bo *add.* Q ; *postea del.* — [26] communitatis V ; communicant Q. — [27] eciendi Q. — [28] ei *add.* Q ; *postea del.* — [29] *om.* V. — [30] contarius PV. — [31] *om.* R. — [32] videretur *add.* Q ; *postea del.* — [33] com *add.* Q ; *deinde del.* — [34] *om.* Q. — [35] renuntient *add.* Q ; *postea del.* — [36] c. *add.* R ; *postea del.* — [37] *om.* Q. — [38] pprobabiliter Q ; probabiliter *corr.* Q. — [39] pervenirent P. — [40] *om.* Q ; quae *add.* Q. — [41] mala *add.* Q. — [42] poena Q. — [43] *om.* P. — [44] in — sequitur] quaedam sequuntur sub hac forma ideo V. — [45] enim *add.* R. — [46] ab P. — [47] eorum P. — [48] Seterum Q. — [49] hoc *add.* R ; *deinde del.* — [50] *om.* R. — [51] et Q ; *postea del. et* vel *corr.* Q. — [52] asserem R. — [53] non — praesens] ad praesens non assero V.

(1) Cfr. c. 1 ; Usurarum voraginem, in SEXTO, l. V, Tit. V : *De Usuris.* (FRIEDBERG. II, col. 1081). — (2) *Ier.*, I, 10. — (3) Resp. SANCTUS AUGUSTINUS. *De Ordine.* l. II. c. 4

(PL., t. 32, col. 1000, 12). — (4) Id., *ibid.* (loc. cit.). — (5) Cfr. c. 1, in Sexto, l. V, Tit. V : *De Usuris* (Friedberg, II, col. 1081). — (6) *Ibid.* (*loc. cit.*). — (7) Id., *ibid.* (*loc. cit.*) Fere verbotenus, paucis tantum mutatis verbis. — (8) Id., ibid. (*loc. cit.*). Fere ad litteram. — (9) Id., ibid. (*loc. cit.*).

QUAESTIO X

Utrum persona confitens sacerdoti villae in qua per paucos dies moratur teneatur confiteri sacerdoti alterius villae in qua fere per totum annum moratur

Deinde circa pertinentia ad personas tam saeculares quam ecclesiasticas [1] sive inferiores sive superiores in communi quaereban[**Cod. Q, fol. 154 V**^{b}]tur quaedam pertinentia ad sacramentum poenitentiae, quaedam pertinentia ad actus quarundam virtutum.

Circa primum quaerebantur quaedam pertinentia ad confessionem et quaedam pertinentia ad satisfactionem. Circa primum quaerebatur [2] unum ; posito quod mulier sive persona aliqua habens domum in una villa in qua per totum annum continue moraretur, hoc excepto quod ista habens domicilium in alia villa per paucos et certos dies, oportet ipsam ibi [3] morari causa cuiusdam libertatis sibi utilis conservandae, videlicet in tribus praecipuis solemnitatibus, puta : in festo Paschae, Pentecostis et Natalis ; utrum talis persona recipiens sacramentum eucharistiae in ista villa in qua per praedictos paucos dies moratur et sacerdoti illius villae confitens, teneatur nihilominus confiteri sacerdoti alterius villae in qua fere per totum annum moratur.

Et arguitur quod non teneatur confiteri tali sacerdoti [4], quia rite confessus alicui non tenetur eadem alteri confiteri. Sed talis [**Cod. P, fol. 281 V**^{b}] rite confessus est tali sacerdoti. Ergo. Et cetera. Maior patet. Minor probatur : quia illi sacerdoti rite potest quis confiteri a quo rite potest recipere eucharistiae sacramentum. Cum ergo dicta persona rite recipiat sacramentum eucharistiae a sacerdote illius alterius villae, ergo etiam eidem rite confitetur [5]. Ergo. Et cetera.

Contra. Quilibet tenetur confiteri saltem semel in anno suo proprio sacerdoti. Sed sacerdos villae in qua talis persona moratur fere [**Cod. R, fol. 201 R**^{a}] per totum annum non minus, immo magis est proprius sacerdos talis personae quam alius ; ergo magis tenetur ei confiteri. Non obstante ergo quod confessa est illi, nihilominus tenetur illi confiteri.

Responsio. Dicendum quod, cum quilibet teneatur saltem semel in anno confiteri suo proprio sacerdoti, considerandum in casu proposito cuius paro-

chiana talis mulier debet dici. Secundum iura autem [6] parochianus dicitur ratione [7] domicilii. Unde si aliquis moratus fuerit multis temporibus in una parochia et transferat domicilium suum in aliam, statim factus est parochianus illius, si tamen sic domicilium transtulit quod habeat propositum perseverandi ibidem. (**Extra** (1) : *De Parochis et alienis parochianis*, capitulo: Ultra). Si autem aliquis in duabus parochias aequaliter degat, parochianus utriusque ecclesiae est dicendus [**Cod. V, fol. 201 R**[b]]. Si autem pro maiori parte in una parochia, illius solum est parochianus. Qui autem nusquam habet domicilium, sed semper est viator et peregrimus, cuiuslibet ecclesiae ad quam venit est parochianus.

Quantum vero ad quasdam libertates et commoditates habendas [8] secundum aliquas leges et consuetudines aliquarum communitatum vel dominorum potest contingere quod requiritur quod volens huiusmodi libertatibus gaudere per certum tempus in tali loco determinato commoratur ; et secundum hoc pro cive vel incola illius loci habeatur [9]. Sed haec ad invicem non repugnant [**Cod. P, fol, 282 R**[a]]; nec unum per aliud impeditur. Unde non obstante quod aliquis isto modo dicitur civis vel incola alicuius loci in quo tamen modico tempore commoratur nihilominus tamen remanet vere parochianus alterius loci in quo pro maiore tempore [10] commoratur [11].

Quando ergo praedicta mulier instante tempore paschali est itura [12] ad alium ut [13] talibus libertatibus gaudeat, si vadat de licentia sui sacerdotis et confiteatur sacerdoti alterius parochiae, non tenetur ista iterum suo sacerdoti confiteri. Si autem sine licentia eius vadat et confiteatur alteri sacerdoti sub spe ratificationis a proprio sacerdote aut sub proposito confitendi sibi cum redierit, si iste velit, quia non sine confessione vult sacramentum Eucharistiae in Paschate, cum redierit, suo proprio sacerdoti tenetur se offerre paratam [14] ad iterum confitendum si iste ratificare noluerit quod est factum per alium sacerdotem.

Per hoc patet responsio ad argumentum in contrarium [15]. Quia talis persona alteri secerdoti nec rite [**Cod. Q, fol. 155 R**[a]] confiteatur, nec ab eo salubriter recipit sacramentum eucharistiae nisi modo supradicto.

[1] saeculares quam ecclesiasticas] ecclesiasticas quam soeculares V. — [2] quaerebantur Q. — [3] ibi morari] morari ibi P. — [4] alterius villae — tali sacerdoti] *om.* R. — [5] confiteretur P. — [6] *om.* Q. — [7] aut P. — [8] humanas R. — [9] habeantur P. — [10] *om.* Q. — [11] nihilominus — commoratur] *om.* P. — [12] civa R. — [13] a *add.* Q ; *postea del.* — [14] paratum V ; se *add.* Q. — [15] oppositum R.

(1) Allud. forte ad c. 2, Extra, l. III. Tit. XXIX : *De Parochiis*. (Friedberg, II. col. 554).

QUAESTIO XI

Utrum adulti et ieiunare potentes peccant si non ieiunant tempore adventus

Deinde circa pertinentia ad [1] satisfactionem quaerebatur [2] unum circa ieiunium quod est pars satisfactionis ; scilicet : utrum adulti et ieiunare potentes peccant si non ieiunant tempore adventus. Et arguitur quod sic. Quia qui transgreditur consuetudinem [3] honestam peccat et meretur graviter puniri. Sed talis est qui tali tempore non ieiunat ; quia non in aliquo determinato loco tantum, sed ubique terrarum a personis honestioribus tale ieiunium observatur. Ergo. Et cetera.

Contra. Qui non facit illud quod non cadit sub praecepto, sed sub consilio, non peccat. Sed tale est ieiunium adventus, ut patet per illud capitulum, **Extra** [4] (1), *De Observatione ieiuniorum* : Consilium ; ubi dominus Papa postquam posuit aliquos [**Cod. R, fol. 201 R^b**] dies in quibus ieiunare est praeceptum de hoc [**Cod. P, fol. 282 R^b**] tempore, subdit (2) non praecipiendo : ieiunium etiam apud nos in adventu Domini agitur. Et sic ieiunare tali tempore sub praecepto non cadit. Ergo. Et cetera.

Responsio. Dicendum quod [5] ieiunare tempore determinato est de sic indifferentibus quod bonum vel malum moris in hoc non est nisi secundum quod fit vel non fit sicut lege est statutum vel consuetudine est firmatum. Unde circa ieiunia secundum determinata tempora observanda bene sunt aliqua lege statuta quae tamen non servantur nec servanda reputantur propter consuetudinem contrariam quae in his quae indifferentia sunt, potest statutis humanis derogare. Statutum enim fuit quod quarta feria et sabbato ieiunium servaretur. (*De Consecratione* (3), tertia Distinctione, capitulo : Sabbato ; et capitulo : Ieiunia sane (4).) Nunc autem ieunium observandum tempore adventus nec lege invenitur statutum nec communi consuetudine observatum ; ideo fideles ad tale ieiunium observandum non tenentur vi consuetudinis vel praecepti. Licet enim sic sit huiusmodi ieiunium observatum [6] consuetudine generali, quia ubique terrarum inveniuntur aliqui qui illud observant, inveniuntur nihilominus ubique aliqui de quolibet genere hominum, qui boni et honesti reputantur, qui huiusmodi ieiunium non observant. Consuetudo autem generalis quae possit obligare [7] non dicitur nisi quae a bonis et honestis personis communiter observatur [8]. Propter quod videntur male facere illi qui sunt de aliqua terra [9] in qua communiter [**Cod. V, fol. 201 V^a**] eduntur carnes in sabbato, qui venientes Parisius vel ad alium locum in quo a carnibus tali die communiter abstinent qui boni et honesti reputantur, in huiusmodi locis [10] tenentes consuetudinem terrae suae [11] esu carnium volunt uti. Unde

dicit **Augustinus** (5) contra tales, (Distinctione duodecima, capitulo : Illa autem) [**Cod. P, fol. 282 V**[a]] quod neque contra fidem neque contra bonos mores esse convincitur [12] indifferenter est habendum, et pro eorum inter quos vivitur consuetudine servandum est. Unde beatus **Ambrosius** (6) ait : Cum Romam venio sabbato ieiuno ; cum Mediolani[s] sum non ieiuno ; et cum [13] ad quamcumque ecclesiam veneris eius morem serva, si non vis esse cuiquam [14] scandalum.

Per praedicta patet responsio ad obiecta.

[1] a Q. — [2] quaerebantur V. — [3] consuetudinemne Q ; consuetudinem *corr.* Q. — [4] XX Q ; X *corr.* Q. — [5] ieiun *add.* Q ; *postea del.* — [6] observaservatum Q ; observatum *corr.* Q. — [7] obligari Q. — [8] observantur P. — [9] aliqua terra] terra aliqua P. — [10] *om.* V. — [11] *om.* Q. — [12] convincunt PV. — [13] cu RQ. — [14] tibi P.

(1) c. 2, Consilium, EXTRA, l. III, Tit. XLVI, *De Observatione ieiunorum* (FRIEDBERG, *op. cit.*, II, col. 650).(2) ITEM, *ibid.* (loc. cit.). — (3) c. 13. D. III, *De Consecratione* (FRIEDBERG, *op. cit.*, I, col. 1353). — (4) *Ibid.*, c. 14. D. III. *De Cons.* (FRIEDBERG, *op. cit.*, I, col. 1356). — (5) c. 11, D. XII (I, col. 30). Litteraliter. Resp. S. AUGUSTINUS. *Epistula* LIV *ad Ianuarium*, l. I, c. 2 (PL., t. 33, col. 201). — (6) *In* c. 11. D. XII (I,col. 30). Passus sententialiter ex SANCTO AUGUSTINO (*op. cit.*, loc. cit.) depromptus est.

QUAESTIO XII

Utrum sciens peccatum occultum fratris teneatur illud denuntiare probo viro

Deinde circa pertinentia ad actus quarundam virtutum [1] quaerebantur quaedam pertinentia ad caritatem, quaedam pertinentia [2] ad iustitiam. Circa primum quaerebatur unum pertinens ad correctionem fraternam : si aliquis sciat aliquod occultum peccatum fratris sui, quod est tale quod non vergit in damnum [3] aliorum, et habeat conscientiam quod si illud revelaret praelato illius vel alteri probo [4] viro, illi [**Cod. Q, fol. 155 R**[b]] prodesset ad salutem, utrum tali teneatur denuntiare. Et arguitur quod non. Quia prodere aliquem est peccatum ; sed prodit, quia prodere nihil aliud videtur quam peccatum alicuius occultum detegere. Ergo. Et cetera.

Contra. Qui agit [5] contra conscientiam male facit, quia agit ad gehennam. Sed talis si non denuntiet agit contra conscientiam, ut patet ex forma casus positi. Ergo. Et cetera.

Responsio. Dicendum quod circa correctionem fraternam est consideran-

dum quod, quando peccatum fratris vergit in damnum aliorum ita quod ex isto non tantum ipsi [6] peccanti sed aliis multa mala [**Cod. R, fol. 201 V**[a]] poterunt evenire nisi praecaveantur et non potest praecaveri nisi praevideantur, tunc caritas quae magis respicit bonum commune quam unius personae exigit quod tale peccatum, etiam si sit occultum, reveletur illis qui praedicta mala pot[u]erunt impedire [7], semper tamen salva fama quantum potest fieri bono [**Cod. P, fol. 282 V**[b]] modo.

De peccato autem [8] alio est distinguendum ; quia aut illud peccatum est tale quod poterit denuntiari Ecclesiae, id est praelato, aut non. Intelligo autem peccatum esse tale quod potest revelari ecclesiae, quod est tale quod, cum relatum fuerit praelato iste de isto poterit inquirere et peccatorem publice corrigere. Quia ergo praelatus non potest procedere ad inquisitionem contra aliquem nisi vel factum sit pluribus notum vel nisi iste peccans sit apud plures diffamatus, videtur quod peccatum occultum non possit denuntiari praelato isto modo. Talis enim denuntiatio proximum [9] scandalizaret et esset [10] sine fructu ; quia de hoc, ut dictum est, praelatus inquirere non potest.

Si autem dicatur quod, licet peccatum occultum non sit praelato denuntiandum immediate dicto modo, quia per hoc non posset peccator efficaciter convinci nec corrigi, debet tamen fieri [11] denuntiatio talis peccati praelato, servato ordine a Christo (1) instituto, scilicet sic quod postquam frater admonuit [12] fratrem peccantem [13] in secreto et deinde induxit duos testes coram quibus ipsum iterum corripuit [14], sic ulterius ipsum debet praelato denuntiare, hoc non valet. Si enim testes inducantur ad convincendum de actu novo peccati quando peccatum est iterabile, cum illud peccatum iam tres simul videant, non est occultum [15] ; et illud utique poterit denuntiari praelato, ut praelatus est.

Nec etiam videtur hoc requirere caritas fraterna nec ordo servandus in correctione fratris, scilicet quod aliquis teneatur futura peccata explorare et alios [**Cod. V, fol. 201 V**[b]] etiam [16] ad explorandum inducere, ut patet in modo expresso in Evangelio, ubi dicitur (2) : Si peccaverit in te, id est : te sciente ; quasi diceret : si peccatum eius ad tui notitiam deveniat ; et cetera. Sed de peccato commisso iam de quo nihil sciunt tales testes, nisi quantum iste eis revelat, [**Cod. P, fol. 283 R**[a]] isti non poterunt esse testes, sed tantum de actu admonitionis et correctionis in praesentia [17] eorum factae ; et sic ulterius denuntiatio facta praelato erit inutilis, ut supradictum est.

Praeterea sic inducens testes videtur malefacere et periculo se exponere. Quia, cum tale peccatum sit omnino occultum, sic revelans, quia non in secreto sed iam in publico revelat, quia [18] coram pluribus et non ut secretum teneatur, sed ut praelato et ex consequenti aliis [19] propaletur, talis non debet [20] dici corrector criminis, sed proditor.

Si etiam iste peccator velit negare peccatum suum [21] a fratre suo sic sibi [22]

coram probis impositum et velit agere contra imponentem qui peccatum impositum probare non poterit, iste imponens merito punietur. Et ideo [23] videtur quod, post admonitionem secretam de peccato occulto, non sunt testes aliquo modo inducendi coram quibus iterum admoneatur peccator. Nec est ulterius ad [Cod. Q, fol. 155 V^a] denuntiandum praelato procedendum.

Sed circa hoc sic videtur agendum quod quicquid circa hoc videbitur faciendum, fiat intentione emendationis [Cod. R, fol. 201 V^b] conscientiae fratris cum conservatione famae suae. Et ideo non est tale peccatum revelandum in publico vel publicae personae, ut est persona publica. Sed [24] videtur quod revelari possit in secreto et quasi sub pacto ut secretum teneatur. Unde si verisimiliter credat [25] sciens tale peccatum fratris quod si illud sciret [26] aliquis probus homo multum valeret ad correctionem et emendationem illius, tali esset revelandum in secreto, sive iste sit praelatus sive quivis alius : quia in tali casu non fit revelatio alicui in publico, nec ut publica [27] persona est, sed ut est bonus homo. Et ideo etiam si praeleto fiat [28], debet fieri hoc in quantum est bonus vir et ut procedat ad peccatoris emendationem sicut frater absque usu et exercitio potestatis suae iurisdictionis contra ipsum, et sic agendo quod [Cod. P, fol. 283 R^b] nullo modo frater scandalizetur nec a praelato gravetur.

Unde praelatus non habet praecipere quod scientes occulta [29] peccata fratrum sibi revelent, quia quantum ad talia non habet ipse praelatus statum praeceptoris et superioris, sed fratris quasi coaequalis et exhortatoris. Ad hoc enim obligatur unusquisque solum a Deo per praeceptum caritatis, ut scilicet peccatum fratris sui illi [30] revelet per quem melius valeat frater emendari. Unde sicut si praecipiat praelatus alicui quod dicat sibi aliquod peccatum proprium occultum, non debet ei in hoc obedire nisi pro quanto tempore [31] et loco debet sibi in foro secreto confessionis revelare. Ita etiam si hoc praecipiat alicui de peccato occulto alterius fratris in hoc etiam talis non tenetur sibi obedire ; et sic tale peccatum non est revelandum alicui, nisi ut [32] bono viro et pio fratri.

Verumtamen si praelatus sit talis qualis debet esse, qui scilicet sciat et velit fratri prodesse, non obesse, quia magis sollicitus debet esse circa bonum subditi quam alius, et etiam potest adhibere plura bona remedia quam alter, ideo regulariter [33] magis expedit revelare in secreto tam praelato quam alteri, licet in casu posset contingere quod alii esset revelandum potius. Talis autem revelatio non est contra bonum famae [34] fratris. Nec sic revelans debet dici proditor criminis, cum talis revelatio non sit publica sed secreta. Sicut enim aliquis existens in aliquo peccato pro quo indiget consilio alterius probi viri, non dicitur proprie [35] prodere [Cod. V, fol. 202 R^a] se ipsum quando etiam extra confessionem suum peccatum occultum revelat tali probo viro in secreto et sub tali forma quod non publicetur ; sed salubriter in hoc [36] agit : ita etiam videtur quod qui hoc agit amore caritatis de peccato proximi bene agit.

Sed utrum sic agens debeat prius fratrem admonere [37] in secreto [**Cod. P, fol. 283 V^a^**] inter se et ipsum, dicendum quod si credat probabiliter quod hoc expediat et quod per hoc forte frater corrigeretur, nec oportebit quod hoc amplius alicui alteri reveletur, facere debet ; sin autem potest hoc omittere. Cum enim ea quae in ordine fraternae correctionis ponuntur per se ordinantur finaliter ad fratris emendationem, quando apparet quod secundum dispositionem et condicionem personae et peccati talia valent, sunt agenda. Et sic volens revelare in secreto peccatum fratris alicui probo viro, regulariter debet ipsum prius inter se [38] et illum [**Cod. R, fol. 202 R^a^**] admonere. In casu tamen, cum viderit magis expedire quod hoc non fiat, potest omitti.

Patet ergo ex praedictis quod, cum a magnis doctoribus, ut supra dictum est, ponatur quod peccatum occultum fratris debet denuntiari [**Cod. Q, fol. 155 V^b^**] praelato etiam [39] ut praelato et sic in publico, servato tamen ordine supra dicto quod tamen non bene intelligo, multo magis potest [40] dici quod potest revelari praelato vel alii probo viro in secreto. Et haec videtur intentio **Augustini** (2) exponentis illud *Levitici* (3), quinto : Si peccaverit anima et audiverit vocem iurantis testisque fuerit, quia iste vidit, nisi iudicaverit portabit iniquitatem. Dicit enim super hoc **Augustinus** (4), et ponuntur verba eius Vigesimo secundo, quaestione quinta, capitulo : *Hoc videtur dicere* (5) : peccare hominem, quo audiente iurat aliquis falsum et scit eum falsum iurare et tacet. Sed inter timorem huiusmodi peccati et timorem huiusmodi proditionis hominem non pauca existit plerumque tentatio [41]. Sed quia non expressit cui hoc iudicandum sit, videtur mihi quod se ab hoc solvat peccati vinculo si talibus iudicet qui magis velint prodesse pro viro quam obesse.

Per praedicta patet responsio ad obiecta utriusque [42] partis.

[1] quarundam virtutum] virtutum quarundam V. — [2] quaedam pertinentia] *om.* Q. — [3] in damnum *add.* Q. — [4] pro Q. — [5] iustitiam *add.* V. — [6] peccatum *add.* Q ; *postea del.* — [7] non ad corrigendum peccantem ut patet per sequentia sed ad praeveniendum malum *add. in marg.* R *et alia m.* V. — [8] *om.* P. — [9] proximi P. — [10] erit P. — [11] *om.* P. — [12] ammonuit Q. — [13] peccanti Q ; peccando R. — [14] die *add.* Q ; *postea del.* — [15] occultatum P. — [16] et Q. — [17] poena PR. — [18] *om.* Q. — [19] alliis Q ; aliis *corr.* Q. — [20] fieri Q ; *postea del.* — [21] impositum probare non poterit *add.* Q ; *postea del.* — [22] a fratre — sibi] *om.* R ; *deinde in marg. suppl.* R. — [23] non Q. — [24] sed quod *add.* Q ; quod *del.* Q. — [25] credens P ; s *add.* Q ; *postea del.* — [26] sitiret Q ; sciret *corr.* Q. — [27] nec — publica] *om.* Q. — [28] fiat *add.* Q. — [29] peccantem Q. — [30] *om.* R. — [31] ipse Q. — [32] ut *add.* V. — [33] regulari rex Q. — [34] bonum famae] bonam famam P. — [35] *om.* P. — [36] in hoc] nihil Q. — [37] ammonere Q. — [38] esse R. — [39] et P. — [40] debet R. — [41] temperatio P. — [42] salvat V. — [43] pro. viro] periuro P. — [44] partis *add.* Q ; *postea del.*

(1) Matth., XVIII, 15. — (2) Verba sunt Augustini in c. 8 : Hoc videtur dicere, C. XXII, q. 5 (Friedberg, I, col. 884). Litteraliter. — (3) *Levit.*, V, 1. — (4) In c. 8 : Hoc videtur dicere, C. XXII, q. 5 (Friedberg, I, col. 884). Litteraliter. — (5) *Ut supra* (loc. cit.).

QUAESTIO XIII

Utrum emere debitum alicui certo tempore solvendum minori pretio sit usura

Deinde circa pertinentia ad actus iustitiae quaerebantur quinque : primo, posito quod alicui debeatur [1] certa summa pecuniae solvenda certo tempore [2] [**Cod. P, fol. 283 V**^{b}] ab isto, ille autem cui debetur huiusmodi pecunia citius [3] volens habere pecuniam sibi debitam sive hoc debitum vendit alteri [4] pro minori summa, utrum talis contractus sit iustus vel sit usurarius [5]. Et arguitur quod sit iniustus ; quia ubi [6] datur minor summa pecuniae pro maiori recipienda, committitur usura ; quia ibi ex mutuo recipitur aliquid ultra sortem. Sed ita est in proposito, ut per se patet. Ergo. Et cetera.

Contra. Contractus excusari potest ut non sit usurarius propter dubium. Sed hic [7] est dubium utrum emens recipiat [8] tale debitum vel secundum totum vel secundum partem. Ergo. Et cetera.

Responsio. Dicendum quod in casu proposito uno quidem quantum ad substantiam facti videtur quod potest fieri contractus mutui et contractus emptionis. Nam cum volens habere pecuniam paratam ab alio sic dicit : trade mihi nunc decem, et tu rehabebis duodecim tali termino : et ad hoc dabo sufficientem obligationem, scilicet eandem qua mihi talis est obligatus ; — cum contractus mutui consistit in tradendo aliquam rem cuius [9] usus est consumptio cum obligatione eius cui fit traditio [10] talis ad reddendum tantumdem vel amplius, sic huiusmodi contractus esset contractus mutui : et manifestum est quod sic esset usurarius. Non enim refert quantum ad propositum sive quod iste recipiens obliget se ipsum ad sic reddendum tantumdem et amplius sive quod transferat obligationem qua alter est sibi [**Cod. V, fol. 202 R**^{b}] obligatus in illum qui tradit sibi pecuniam. Unde sicut si iste qui debet reddere duodecim in termino praefixo propter accelerationem solutionis qua alius indiget, redderet tantum decem, illicitum esset ; ita etiam in proposito [11] est dicendum.

Nec [12] etiam impeditur talis contractus quin sit usurarius propter dubium, et cetera : utrum scilicet tantum recipiat vel plus vel minus vel forte nihil : quia ubicumque est contrac[**Cod. R, fol. 202 R**^{b}]tus mutui, scilicet ubi traditur aliquid cum obligatione de plus recipiendo, tale dubium contractum usurarium non excusat, sicut [**Cod. P, fol. 284 R**^{a}] patet in pluribus capitulis. **Extra** (1) *De Usuris.*

Sed si volens habere pecuniam paratam dicat [13] alteri sic : talis debet mihi duodecim tali termino, puto quod rehabebo ; sed non sum certus nec scio si oportebit pro recuperatione illorum facere expensas et sustinere labores, volo tibi vendere ius quod habeo apud talem in tanta summa pecuniae ; et alter dicat : istis consideratis et non [14] obstantibus, volo emere. Et si tunc his sic se habentibus conveniant [15] de rationabili pretio, et de totali summa tantum dematur quantum probabiliter [16] [**Cod. Q, fol. 155 V**[b]] aestimari possunt labor et expensae quae circa hoc videbuntur requiri, licet in talibus non requiratur omnimoda certitudo, talis contractus est contractus [17] emptionis et venditionis ; et licite potest fieri. In tali enim contractu non traditur pecunia immediate pro pecunia, sive habendo solum respectum ad hoc quod recipiens obligetur danti ad reddendum tantam summam peccuniae, sed pro quodam iure ad quandam pecuniam habendam, sicut contingit in contractu in quo datur certa summa pecuniae pro certis redditibus recipiendis singulis annis sive in pecunia [18] sive in aliis rebus. Ibi enim pecunia non datur immediate pro pecunia, sed pro iure ad recipiendum pecuniam ordinato [19]. In mutuo enim tradens mutuum non comparat sibi aliquod ius ; sed data pecunia solum retinet sibi in eo cui dat obligationem ad reddendum tantumdem vel amplius.

Si enim dicatur quod recipiens decem mutuo statuit in se ius de reddendo duodecim tradenti decem, hoc non potest habere rationem talis iuris quod possit rationabiliter aestimari in comparatione ad talem summam pecuniae quae datur quasi pro pretio. Immo nihil aliud est quam id ipsum ad quod recipiens mutuum naturaliter obligatur cum addito quodam illicito.

Sed in huiusmodi emptione secus est ; quia aliquis potest se obligare et quoddam ius [20] in se constituere de exhibendo [**Cod. P, fol. 284 R**[b]] alteri aliquod servitium, vel de dando sibi aliqua bona etiam si nihil recipiat ab aliquo, vel pro aliqua summa pecuniae ab isto recepta, non sic quidem quod talia ad quae se obligat sint quaedam additamenta reddenda pro mutuo ultra quantitatem receptam ; sed sunt quaedam iura secundum se alterius tanquam res illius ad quaedam sibi in posterum reddenda ordinata ; et tale ius sub aestimatione rationali cadere potest.

Unde sicut in emptione reddituum ad [21] vitam, potest aliquis licite emere ab alio ius iam constitutum sibi de recipiendo certos redditus ad vitam, puta : si rex in se ipso statuit alteri ius habendi quolibet anno decem libras quamdiu vixerit, alius [**Cod. V, fol. 202 V**[a]] ab isto cui rex sic constituit hoc ius potest illud emere ; ita etiam tale ius constituendum rex vendere potuit et alius [22] ab ipso emere. Et ita in proposito. Ius iam [23] constitutum quod habet talis in talem, alius potest emere modo supradicto.

Sed quia in talibus contractibus qui non differunt secundum substantiam actus sive materialiter, sed in ordine ad diversos fines et [**Cod. R, fol. 202 V**[a]] formaliter, fraus usurarum frequenter intervenit, non sunt bonae speciei, ideo

multum [24] diligenter est in illis attendendum quod sic contrahentes in finem debitum respiciant et quod pretium conveniens interveniat.

Unde in proposito dans decem, per se et directe debet respicere ad ius quod emere intendit cum praedictis expensis et laboribus annexis et quod illis pensatis det rationabile [25] pretium.

Per hoc patet responsio ad obiecta.

[1] cert *add.* Q ; *postea del.* — [2] temporie 1[ae] *m.* Q *in* tempore *corr.* 2[a] *m.* Q. — [3] cuius R. — [4] vendit alteri] alteri vendit P. — [5] usuraris RQ. — [6] *om.* P. — [7] hoc VPRQ ; hic *corr.* V. — [8] recipiet VRQ. — [9] cuius us Q ; *postea* iu *del.* Q. — [10] traditio *add.* Q. — [11] opposito Q ; proposito *corr.* Q. — [12] quod R ; *postea del. et* nec *in marg. scrips.* R. — [13] dicat *add.* Q. — [14] autem *add.* Q ; *postea del.* — [15] convenit V. — [16] aestimari possunt *add. ima parte folii* Q. — [17] *om.* V. — [18] sive *add.* Q ; *postea del.* — [19] ordinatam P. — [20] naturale *add.* Q ; *postea del.* — [21] *om.* RQ. — [22] aliud V. — [23] *om.* Q ; — *suppl. postea.* — [24] multorum R. — [25] rationale PRQ.

(1) Cfr. *verbi gratia* : c. V : Quum tu, EXTRA, V. 19 : *De Usuris* (FRIEDBERG, II, col. 812).

QUAESTIO XIV

Utrum ille cuius bona detinentur ab aliquo possit licite tantum capere clam de bonis detentoris quantum ille detinet de bonis suis

Post haec secundo circa actus iustitiae quaerebatur, posito quod aliquis potens et protervus habeat aliquid [1] de bonis alterius et ille [2] non possit illud manifeste et tali potente sciente recuperare, quia iste reddere non vult, nec habet [3] superiorem qui possit ipsum compellere ; aut [**Cod. P, fol. 284 V**[a]] si habet, tamen ipsum non compellit, quia aut non potest aut non curat ; utrum iste cuius [**Cod. Q, fol. 156 R**[b]] bona sic detinentur, iuste vel sine iniuria possit clam et [4] occulte recipere ista vel tantum de bonis aliis detentoris [5].

Et arguitur quod non ; quia nullus est eiciendus [6] a sua possessione nisi voluntate propria vel auctoritate [7] superioris. Qui ergo aliquem eicit de sua possessione auctoritate propria, et non est iudex, iniuste agit. Talis est iste [8]. Ergo. Et cetera.

Contra. Talis detentor non habet ius in re sic detenta, sed alius ius [9] habet in ea. Qui autem ius habet in re aliqua in qua alius nullum ius habet, non videtur facere iniuriam detentori si istam accipiat [10] ab isto. Sed ita est in proposito, ut manifeste patet. Ergo. Et cetera.

Responsio. Dicendum quod aliquibus videtur quod, quia res quam talis recepit est sua vel sibi debita [11], cum istam habet, restituere non tenetur ; qui in tenendo rem suam nulli iniuriam facit nec rem [12] quae secundum veritatem sua est, aliquando restuituere tenetur [13] ; sed antequam illam haberet non debebat pervenire ad ipsam [14] nisi de voluntate illius qui illam possidebat vel auctoritate superioris qui eum ad restituendum compellere haberet ; et sic peccavit in modo recipiendi ; et ideo de hoc est ei poenitentia iniungenda.

Sed illud non videtur bene dictum. Immo vel dicendum est quod tenetur [15] rem sic ablatam restituere si in recipiendo peccavit. Aut si non tenetur restituere, in recipiendo non peccavit ; quia [16] si peccavit, peccatum illud fuit peccatum iniustitiae, quia scilicet iniuste spoliavit alium possessione sua. Cum ergo peccatum non remittatur nisi restituatur ablatum, si talis recipiendo rem sibi debitam nihilominus in [17] hoc alii iniuriam fecit et non [**Cod. P, fol. 284 V**^{b}] nisi spoliando ipsum possessione sua, talis non potest poenitere nec satisfacere de hoc [18] peccato nisi restituat spoliatum.

Et ideo cum communius [19] dicatur quod in tali casu sic receptum non est restituendum, est etiam dicendum quod in modo recipiendi talis non peccat, quia iniustum possessorem rei suae [20] iuste spoliavit, [**Cod. V, iol. 202 V**^{b}] sicut etiam iudex ipsum iuste spoliasset si fuisset in iudicium coram isto [21].

Et quod liceat personae singulari alium spoliare in tali casu, potest declarari per hoc quod, licet ad iudicem ex officio suo regulariter et ordinarie pertineat iniurias propulsare et iniuriantes compescere et ad restitutionem et satisfactionem eos compellere, nec hoc [22] pertinet ad personas singulares quando potest per iudicem bono modo [**Cod. R, fol. 202 V**^{b}] fieri [23], in casibus tamen in quibus per iudicem talia non possunt fieri bono modo, vel quia non potest esse praesens cum iniuria fit vel non potest ad eius notitiam devenire [24] cum facta est, ideo ex permissione legis concessum intelligitur quod in tali casu unusquisque sit quasi minister iudicis et legis executor sive quod auctoritate legis et iudicis haec faciat [25] quae essent a iudice facienda. Propter quod si aliquis invasus ab alio [26] se defendendo cum moderamine inculpatae tutelae interficiat illum [27] qui ipsum [28] invasit ad laedendum eum in corpore vel in rebus,non reputatur peccare nec a lege est puniendus. Ita etiam videtur esse in casu proposito et in aliis casibus consimilibus.

Et hoc videtur sentire **Augustinus** (1), in *Epistola ad Macedonium*, dicens : Non sane quicquid ab inimico sumitur iniuriose aufertur. Ecce quod **Augustinus** dicit quod in auferendi modo non est vitium. Deinde subiungit (2) : Nam plerique nec [**Cod. Q, fol. 156 V**^{a}] medico volunt reddere honorem nec operario mercedem [**Cod. P, fol. 285 R**^{a}]. Non ergo qui ab invitis accipiunt [29] per iniuriam accipiunt.

Et secundum hoc in proposito nec in substantia facti, quia talis rem suam recipit ; nec in modo faciendi quia ab iniusto detentore iste qui ius habet in

illa re, quia sua est, etiam iuste, quia auctoritate legis quae in talibus casibus concessa intelligitur accipit, incidit hoc peccatum.

Per praedicta patet responsio ad obiecta.

[1] bonis *add.* Q ; *postea del.* — [2] iste VQ. — [3] habere Q ; habet *corr.* Q. — [4] vel V. — [5] detentoriis R. — [6] eliciendus V ; eciendus Q. — [7] propria *add.* R. — [8] *om.* Q. — [9] in re-ius] *om.* Q. — [10] recipiat P. — [11] debitam Q. — [12] multi-rem] *om.* Q. — [13] quia-tenetur] *om.* R. — [14] ipsam P. — [15] teneatur P. — [16] qui P. — [17] inter R ; ter *del.* R. — [18] de hoc *add.* P. — [19] communi P. — [20] sui PRQ *et* 1[a] *m.* V. — [21] ipso V. — [22] *om.* V. — [23] [23] bono modo fieri] fieri bono modo V. — [24] *om.* Q. — [25] faciunt Q. — [26] aliquo P. — [27] *om.* Q. — [28] Xpsum Q. — [29] *om.* Q.

(1) Sanctus Augustinus, *Epistula* 153, *ad Macedonium*, c. VI, 23 (PL., t. 33, col. 665). Litteraliter. — (2) Idem, *ibid.* (loc. cit.).

QUAESTIO XV

Utrum convictus per falsos testes in aliqua summa pecuniae prius debeat solvere illam summam pecuniae quam excommunicationem sustinere vel e converso

Tertio circa actus iustitiae posito quod aliquis sit convictus etiam [1] probatum sit [2] per falsos testes quod teneatur alicui aliquam summam pecuniae cui nihil tenetur, et sub poena excommunicationis praecipitur illi quod illam pecuniam solvat, quaeritur : utrum debeat solvere vel potius excommunicationem sustinere.

Et arguitur quod non debeat solvere. Quia qui facit aliquid quod vergit in malum proximi et totius communitatis peccat. Sed hoc faceret talis si solveret ; quia alius [3] reciperet ad damnationem animae suae. Ex hoc etiam et iste et [4] alii sumerent occasionem invadendi innocentes et indebita exigendi. Ergo. Et cetera.

Contra. Qui non obedit Ecclesiae peccat ; sed talis si non solvat est inobediens Ecclesiae. Ergo. Et cetera.

Responsio. Dicendum quod secundum casum propositum sententia excommunicationis est iniusta, quia pro causa falsa lata. Non est tamen nulla ; quia nec continet manifestum errorem, quia continet causam [5] pro qua aliquis meretur excommunicari. Nec est a non iudice nec post appellationem legitimam lata. Et ideo talis sententia est non solum timenda sed etiam tenenda ; quia dicitur Undecima quaestione, tertio capitulo (1) : Sententia pastoris sive iusta

sive iniusta semper timenda est [6]. Ubi subditur : per gravamen. **Gregorius**, cuius sunt haec verba, non dicit iniustam sententiam esse tenendam vel servandam, sed timendam, id est : non ex superbia propter [7] iustitiam propriam contemnendam ; quia humiliter se debet excommunicatus a sacramentis et communione hominum abstrahere propter reverentiam Ecclesiae ac si vera esset causa [**Cod. P, fol 285 R**^{b}] pro qua lata est sententia. Sed non dicitur quod sit tenenda pro tanto, scilicet cum Ecclesia sic decepta sententiat [8] quod oporteat illi in hoc sic obedire quod aliquid fiat quod non est secundum se iustum, sed potius indebitum, licet de tali feratur sententia. Quia enim Ecclesia sic iudicat [**Cod. V, fol. 203 R**^{a}] in foro exteriori secundum exteriores probationes [**Cod. R, fol. 203 R**^{a}] [9] secundum quas scit quod decipi potest, sententiat quasi condicionaliter et ex suppositione, sic scilicet pronuntiando [10] quod [11] secundum ea quae apparent talis est sic contemnendus et eum istis supositis [12] sic condemnamus.

Et ideo non est intentio Ecclesiae quod simpliciter et absolute fiat illud pro quo fertur sententia, sed in quantum veritati innititur. Constat enim quod aliquando sententia [12] fertur super eo quod nullo modo est licitum homini facere, sicut patet in multis casibus matrimonii in quibus circa id de quo in foro exteriori sententiat Ecelesia, illa sententiaret contrarium etiam in foro exteriori si ei de veritate constaret ; et cum [13] sibi in hoc foro veritas constare non potest [14], iudicaret contrarium esse faciendum in foro conscientiae propter hoc quod sic sententiat ex suppositione.

Et sic in casu proposito videtur quod talis sic condemnatus virtute sententiae per se loquendo non teneatur solvere illud pro quo sententia lata est contra eum. Quia, ut dictum est, sic lata est [15] non quia vera sit causa, sed quia supponitur esse vera. Et ideo ex virtute talis [16] sententiae per se non obligatur ad illud implendum.

Verumtamen quia excommunicatio est poenalis sic quod etiam est medicinalis, quando scilicet non contemnitur et cum possit fieri comparatio inter poenas aliquas quarum quamlibet potest aliquis [**Cod. Q, fol. 156 V**^{b}] eligere, si maiorem eligat potius sustinere quam minorem, contemnit maiorem et peccat in moribus.

Cum ergo aliquis excommunicatur pro causa non vera, si illud pro quo excommunicatur [17] efficere non potest, [**Cod. P, fol. 285 V**^{a}] non est in eo eligere [18] indifferenter alterum illorum, scilicet malum excommunicationis humiliter sustinere vel illud pro quo fit excommunicatio efficere. Et ideo humiliter sustinere excommunicationem est sibi meritorium.

Sed tamen illud potest efficere pro quo excommunicatur. Tunc in eo habet locum electio. Et secundum hoc est dicendum quod cum excommunicatio sit maxima poena spiritualis, quia excludit hominem a [19] participatione beneficiorum Ecclesiae et societatis humanae, cum etiam excommunicatus graviter laedatur in fama per excommunicationem, quia pro sententia Ecclesiae

supponitur quod sit vera, si illud pro quo excommunicatur potest efficere absque magno sui detrimento, debet absolutionem procurare satisfaciendo de eo pro quo est excommunicatus ; alioquin excommunicationem contemnere videretur, quia damnum quod ex ista sustineret quod est valde magnum, modicum reputare videretur et damnum modicum solutionis pecuniae praeferret damno magno ; et ideo peccare graviter [20] videretur ; et si illud pro quo excommunicatus est non potest efficere sine magno periculo et damno, sic non contemnere videretur.

Cum ergo aliquis ex tali sententia quae iusta reputatur sic excommunicatus in fama multum laedatur et ex substractione [21] beneficiorum et sacramentorum ecclesiasticorum non modicum detrimentum incurrat [22] si pro aliquo temporali damno quod potest convenienter tolerare potest hoc evitare, graviter videtur peccare in moribus si non procuret se absolvi. In isto enim qui nullo modo potest facere illud pro quo excommunicatur, humilitas et patientia qua sententiae Ecclesiae obedit dolens de hoc quod non potest procurare quod ab ista absolvatur, potest facere recompensationem praedictorum damnorum. Sed hoc non potest dici de isto qui potest suam absolutionem procurare [**Cod. P, fol. 285 V^b**]. Quod ergo aliqui dicunt quod talis non debet solvere illud [**Cod. R, fol. 203 R^b**] pro quo excommunicatur, quia ex hoc acciperent [23] mali occasionem malignandi si sic talis excommunicatio iniusta timeretur quod nullus bonus eam sustinere auderet quia mali imponerent bonis debita vel iniurias prout vellent, et per falsos testes [**Cod. V, fol. 203 R^b**] probarent ; et ideo, ut dicunt, melius videtur quod talis remaneat in excommunicatione tali non amore alicuius proprii boni temporalis sed amore boni [24] communis quod ex hoc laedi videretur quam quod solvat illud pro quo est excommunicatus causa absolutionis obtinendae, non valet. Quia in hoc magis bonum commune laederetur, quia ex quo talis sententia non est reprobabilis, sed iusta reputari debet quantum ad hoc quod modo supradicto non est contemnenda, expedit quod sic servetur quod, prout possibile est [25], fiat illud pro quo fertur ista. Si enim aliquis dicat se a tali sententia nolle procurare absolvi quia causa pro qua lata est non est vera, cum tamen testes non [26] reprobati ad hoc sint inducti, eadem ratione poterit alius hoc dicere de sententia iusta et ex vera causa lata ; et ex hoc evenirent reipublicae plura mala. Daretur enim occasio multis ut non [27] satisfacerent aliis ; quia verecundia quae excommunicationi annexa est tolleretur et excommunicationem multi sine verecundia tolerarent ; et ex hoc graviter laederentur [28] virtus et efficacia ecclesiasticae [29] censurae et disciplinae.

Unde qui facit se absolvi in tali casu maius bonum facit in republica quam qui non facit se absolvi ; praecipue cum hoc non faciat ex levitate vel non curans quod non debitum solvit alicui malo. Sed qui hoc facit invite et redimendo vexationem suam sic indebitum solvens pro recuperatione maiorum bonorum. Hoc enim in pluribus casibus invenitur quod aliquis scienter

dat indebitum et in hoc se damnificat [**Cod. Q, fol. 157 Rª**] ut magis damnum evitet. Licet enim alicui [30] vexationem sibi iniuste ab alio illatam redimere ; et propter hoc [**Cod. P, fol. 286 Rª**] licet indebitum scienter sed invite dare.

Per praedicta patet responsio ad obiecta.

[1] etiam *add.* Q ; *postea del.* — [2] *om.* Q. — [3] *om.* Q. — [4] *om.* Q. — [5] tamen Q ; — *om.* R ; *in marg. suppl.* R ; tamen *add.* R. — [6] *om.* V. — [7] propter *om.* Q ; *postea suppl.* Q. — [8] sentiat Q. — [9] secundum quas scit *ima parte folii scipsit* R. — [10] pronunciaciando Q ; pronunciando *corr.* Q. — [11] supponi Q. — [12] sententiam RQ. — [13] quia V ; vel cum *in marg. scrips.* V. — [14] in *add.* Q ; *postea del.* — [15] contra — est] *om.* R. — [16] sum *add.* Q ; *postea del.* — [17] pro causa — excommunicatur] *om.* Q. — [18] elicere R. — [19] ex Q ; *del. et* a *corr.* Q. — [20] peccare graviter] graviter peccareV . — [21] bene *add.* Q. — [22] currat Q. — [23] accipient R. — [24] bonis Q ; boni *corr.* Q. — [25] est *add.* Q ; *postea del.* — [26] *om.* Q ; *postea del.* — [27] non *add.* Q. — [28] trederetur V. — [29] se *add.* Q ; *deinde del.* — [30] aliqui VRPQ.

(1) c. 1, C. XI, q. 3 (Friedberg, I, col. 642). Litteraliter.

QUAESTIO XVI

Utrum homicida interrogatus a iudice debeat veritatem confiteri dato quod sit ignotus

Quarto, posito quod homicidio aliquo perpetrato, sed nescitur a quo sit perpetratum, iudex inquirat super hoc veritatem et vocatur inter alios ille qui perpetravit, quaerebatur utrum debeat dicere veritatem. Et arguitur quod non. Quia si in consimili casu alium proderet, peccaret. Ergo peccaret magis, se ipsum in hoc casu prodendo.

Contra. Non obedire superiori est peccatum. Sed talis non obedit superiori si non dicat veritatem. Ergo peccat.

Responsio. Dicendum quod propter amorem naturalem quem [1] habet unusquisque ad se ipsum, cui etiam amor caritatis non repugnat, tenetur quilibet se conservare in esse quantum potest sine [2] iniuria alterius. Unde nulli iudici humano subditur [3] aliquis in hoc quod eius praecepto [4] inferat sibi ipsi mortem, puta abstinendo a cibo necessario vel se ipsum suspendendo vel iugulando. Et ideo quilibet tenetur effugere iudicium iudicis quantum potest sine iuris offensa, praecipue in casu in quo mors eius proveniret.

Quia ergo, prout dicitur Distinctione (1) trigesima quarta, capitulo *Erubescunt* : Secretorum cognitor et iudex est solus Deus ; si iudex velit inquirere de aliquo crimine occulto et quantum ad factum et quantum ad personam [Cod. R, fol. 203 R[b]] facientem ita quod nec per famam nec per facti evidentiam nec per accusantem personam sit aliquis iudici delatus nec in generali nec in speciali, quilibet [5] a iudice super hoc interrogatus debet dicere quod de hoc ad eum nihil pertinet [6] quia, sicut dicit Ambrosius (2), exponens sententiam de fornicatore, *Prima Corinthiorum* (3), quinto : Iudicis non est sine accusatore aliquem [7] damnare. Ita etiam nec inquisitionem quae est via ad condemnationem debet attentare.

Sed quando aliquis est iudici delatus vel per accusantem personam vel per facti evidentiam vel per famam, iam in hoc iudici factus est subiectus [Cod. P, fol. 286 R[b]] et obligatus ad dicendum veritatem de se ipso tanquam pars si sit reus et de alio iudici sic [Cod. V, fol. 203 V[a]] delato tanquam testis. In casu autem proposito [8] facti evidentia locum accusantis videtur tenere ; quia, prout dicitur in Glossa (4) super illud Genesis (5), quarto : Vox sanguinis fratris tui clamat ad me ; evidentia patrati sceleris accusatore non eget.

In casu ergo proposito cum factum est notorium, sed persona faciens ignota, in generali et indistincte videntur accusari omnes praecipue qui tempore quo huiusmodi maleficium fuit perpetratum circa talem locum conversati sunt ; et ideo quilibet potest vocari a iudice ad perhibendum testimonium veritati super illo facto. Et videtur quod quilibet tanquam reus sive pars de se ipso et etiam tanquam testis de alio debeat dicere veritatem quam circa hoc novit ; quia in tali processu, qui vocantur non vocantur ad hoc determinate [9] ut tanquam testes [10] veritatem dicant de aliis : nec ad hoc determinate ut veritatem dicant de se ipsis, sed in generali ut dicant veritatem [11] quam sciunt sive [12] de se sive de aliis [13]. Et ideo quilibet dicere tenetur veritatem, etiam iste qui reus est, non obstante quod ex hoc ad mortem condemnaretur. Si autem hoc non facit, peccat ; quia facit contra debitum iustitiae.

Sed quia sic a iudice interrogatus non omnino voluntarie, sed necessitate legis et iuris confitetur veritatem, non dicitur se perdere, sed ab aliquo quasi cogitur cui respondere tenetur. Unde illud dictum Chrysostomi (6) quod ponitur *De Poenitentia* (6) [Cod. Q, fol. 157 R[b]] Distinctione prima, paragrapho : His auctoritatibus : Non tibi dico ut te tradas in publicum neque apud alios te accuses ; et cetera ; exponitur in Glossa (7), quinta, quaestione [14] prima, super illud capitulum (8) : Quidam [15] maligno spiritu. Ibi enim dicitur quod illud dictum Chrysostomi (8) intelligendum est de peccato occulto, non autem de manifesto, scilicet quando factum est manifestum, licet persona sit ignota. Unde in isto capitulo (9) : *Quidam*, fertur gravis sententia contra quendam qui in loco [16] publico occulte [17] proiecerat [Cod. P, fol. 286 V[a]] quendam libellum diffamatorium, nisi iste confiteretur et emendaret. Unde

ad tales processus faciendos [18] sufficit [19] quod factum sit notorium, licet persona sit occulta. Et tenetur quilibet super hoc interrogatus expresse dicere veritatem.

Per praedicta patet responsio ad obiecta.

[1] quam PRQV ; quem *corr.* V. — [2] in *add.* Q ; *postea del.* — [3] subicitur R. — [4] a *add.* Q ; *postea del.* — [5] quibus Q. — [6] quia *add.* Q ; *postea del.* — [7] damnare *add.* Q ; *postea del.* — [8] *om.* R. — [9] non — determinate] ad hoc determinate non vocantur V. — [10] tanquam testes] *om.* P. — [11] de se ipsis — veritatem] *om.* R. — [12] *om.* Q ; *postea del.* — [13] sed in generali ut dicant veritatem quam sciunt de se sive de aliis *add.* R. — [14] quinta quaestione] quaestione quinta R. — [15] in *add.* PQ. — [16] loloco Q ; *deinde* loco *corr.* Q ; — occulto *add.* R. — [18] faciendo VP. — [19] sufficiat Q ; sufficit *corr.* Q.

(1) c. XI, Erubescunt, D. XXXII (FRIEDBERG, I, col. 120). Litteraliter. — (2) SANCTUS AMBROSIUS, *In Epistulam* I *ad Cor.*, V (PL., t. 17, col. 208, nº 127). Litteraliter. — (3) I *Cor.*, V, 1-2. — (4) *Glossa ordinaria apud Lyranum*, in *Gen.* IV (*Biblia sacra cum glossa ordinaria*, Douai, 1617, t. I, p. 117-118, l. Glossa interlinearis). Fere verbotenus. — (5) *Gen.* IV, 10. — (6) Cfr. c. 87, His auctoritatibus, D. I, *De Poenitentia* (FRIEDBERG, I, col. 1184). Fere litteraliter. — (7) *Corpus Juris Canonici cum glossis*, c. 2, C. V, q. 1 (Lugduni, 1628, vol. I, col. 783, b, publice). — (8) c. 2, quidam maligni spiritus, C. V, q. 1 (FRIEDBERG, I, col. 544). — (9) *Ibid.* (loc. cit.).

QUAESTIO XVII

Utrum licitum sit habere columbarium

Quinto circa actus iustitiae quaerebatur utrum licitum sit habere columbarium. Et arguitur quod sic [1]; quia communiter habentur ab hominibus cuiuscumque status, puta : a clericis, laicis, regularibus et praelatis. Ergo. Et cetera. Sed non omnes isti videntur iniusti. Ergo. Et cetera [2].

Contra. Qui damnificat alium voluntarie peccat et iniuste agit. Sed ita [3] est [**Cod. R, fol. 203 V^b^**] in proposito. Quia columbae de columbario alicuius exeuntes multa damna inferunt vicinis, ut patet ad sensum. Ergo et cetera.

Responsio. Dicendum quod cum bona exteriora quantum ad ius et proprietatem [4] et dominium sint distincta, qui alteri infert damnum aliquod in rebus [5] secundum quod sibi sunt propriae vel appropriatae [6], praeter [7] eius voluntatem, iniuriam facit illi et ad restitutionem tenetur. Sed quia in huiusmodi rerum distinctione contingit quod [8] aliqui recipiunt bona determinata in dominio alicuius domini principalis existentia, illo domino habente usum in

illis talem quod et columbaria et garenas habebat sicut volebat et in tradendo ista bona [9] diversis usum talem sibi in illis retinuit, volens quod nullus alius ibidem consimilia habere posset, licet tali domino et suis successoribus et non aliis in ista terra sine iniuria habere columbaria.

Sed posito quod [10] non sit certum de huiusmodi condicione apposita in bonis quae multi sub dominio alicuius obtinent, cum constaret quod columbae magna damna inferant [11] in terris in quibus pascuntur et indifferenter pascuntur in terris alienis sicut in terris domini cuius esse dicuntur, tenere columbaria videtur esse contra ius naturae [Cod. V, fol. 203 V[b]], praecipue [Cod. P, fol. 286 V[b]] ubi habentes columbaria prohibent aliis ne et ipsi columbaria habeant, si videlicet sic columbos velint tenere [12] tanquam suos quod nec permittant quod ab aliis capiantur nec etiam de damnis quae eis inferunt satisfacere volunt. Si enim aliquis sic teneret columbos quod, quandocumque exirent suum domicilium, eos pro derelictis quasi bestias feras vel silvestras haberet, et occupanti vel capienti concederentur, non videretur illicitum. Sed tamen secundum iura civilia (1) licet columbarum [13] sit fera natura, quia tamen consuetudinem solent habere eundi et redeundi ad locum determinatum, in illius vero dominio sunt ad quem habent consuetudinem revertendi, videtur quod non oportet quod habens columbos, cum exierint, eos debeat pro derelictis habere, sed potest eos a capientibus repetere.

Et est dicendum quod hoc verum est [14] ; sed tenetur satisfacere de damno. Nec est intelligendum quod iura concedant quod tales columbae quandiu sunt sic in dominio [15] alicuius determinate existentes possint [16] impune aliquod damnum inferre plus quam alia animalia simpliciter domestica.

Sed cum [Cod. Q, fol. 157 V[a]] talia damna nec aestimari nec restitui bene possint, nec hoc fieri consuevit, non videtur quod licite possint teneri columbae nisi tenens totaliter pascat eas de bonis suis.

Sed cum durum sit factum ita commune totaliter condemnare, forte circa hoc potest dici quod sic licitum est columbas habere, videlicet si ponatur quod alicubi [17] sic [18] habeantur columbae secundum communem [19] consuetudinem quod cuilibet indifferenter licet eas habere quamvis nusquam [20] contingat quod a quolibet habeantur vel quod ab habentibus secundum aequalem numerum habeantur.

Si enim aequaliter ab omnibus haberentur et aequalia damna inferre uni possent sicut alteri, licite sic possent haberi ; quia per talem modum communem habendi videretur supponi [Cod. P, fol. 287 R[a]] communis quasi consensus omnium de terra, ita quod omnia bona eorum essent communia quantum ad hunc usum, scilicet quod quilibet teneretur admittere columbas alterius in terra sua, et e converso ; et sic nulli iniuriose damnum inferretur.

Si autem non est talis pro[Code R, fol. 204 R[a]]portio inter homines illius terrae, sed aliqui habent columbas in magna multitudine, aliqui paucos,

aliqui multos, et non habentes nullos damnificant, sed ab aliis [21] damnificantur, adhuc videtur [22] quod nihilominus qui columbas vult tenere [23] ipsas licite tenere potest sub praedicta condicione quod paratus sit sustinere de columbis alienis tale damnum quale columbae suae aliis [24] possunt inferre ; quia, ut dictum est, ex huiusmodi communi consensu et permissione videntur agri illius terrae quasi communes reputari ad hunc usum. Nec forte propter hoc quod [25] aliqui sunt qui hoc iure nolunt uti, non [26] oportet quod alius non utatur.

Et hoc satis rationabiliter videtur potius [27] de columbis et aliis bestiis quorum fera est natura ; quia istae semper quandam communitatem habent, id est sunt quodam modo omnibus communes magis quam aliae, quia nec sic possunt appropriari sicut aliae. Unde secundum leges non haberetur in talibus ius et dominium nisi pro quanto consuetudinem habent declinandi ad aliquem certum locum. Et cum isto dimisso transferunt se ad alium locum et ibi consuescunt declinare, efficiuntur [28] sub dominio alterius, prout dicitur **Digesto** (1), *De acquirendo rerum dominio*: *Legem naturalem*, paragrapho: Pavonum et columbarum fera natura est. Nec ad rem pertinet quod ex consuetudine avolare et revolare solent namque et apes idem faciunt quarum constat feram naturam. De quibus praemittitur *ibidem* (2) : Examen apum quod ex alveo tuo evolaverit eo usque tuum esse intelligitur, donec in tuo aspectu est, nec difficilis eius prosecutio est ; alioquin occupan[**Cod. P, fol. 287 R^b**]tis sit. Deinde subditur (3): in his autem animalibus quae [**Cod. V, fol. 204 R^a**] ex consuetudine ire et redire solent, talis regula comprobata est ut eo usque mea [29] esse intelligantur donec revertendi animum habeant. Quod si desierint revertendi [30] animum habere, desinunt nostra et fiunt etiam occupantium. Intelliguntur autem tunc animum revertendi [31] desinere habere cum revertendi consuetudinem deserunt.

Et secundum praedicta patet quod licet columbarum secundum genus suum sit fera natura, cum tamen huiusmodi consuetudinem revertendi habent ad proprietatem alicuius determinate pertinent [32]. Et iste cuius sunt debet eas sine damno alterius nutrire, nisi propter communem consuetudinem praedictam licitum sit uni habere columbas sicut alteri et unusquisque velit eas habere, sicut exigit natura talium animalium, ut dictum est [**Cod. Q, fol. 157 V^b**].

Per haec patet responsio ad obiecta.

[1] *om.* Q ; *postea suppl.* — [2] sed non — et cetera] *om.* P. — [3] ista Q ; ita *corr.* Q. — [4] propositam Q ; proprietatem *corr.* Q. — [5] in rebus] ime oportet Q. — [6] appropriat Q ; — proprietas R. — [7] propter R. — [8] *om.* VRQ. — [9] illa V. — [10] qui Q. — [11] *om.* R. — [12] teneres R. — [13] columbarium Q. — [14] hoc verum] verum hoc P. — [15] a *add.* Q ; *postea del.* — [16] im *add.* Q ; *del. postea.* — [17] alibi Q. — [18] *om.* V. — [19] secundum communem *add.* Q. — [20] numquam Q. — [21] dampnificant — aliis] *om.* Q. — [22] sed ab aliis *add.* Q. — [23] tedere Q ; tenere *corr.* Q. — [24] illis Q. — [25] *om.* P. — [26] *om.* Q. — [27] de columbis *add.*

Q ; *postea del.* — [28] afficiuntur RQ. — [29] in ea R. — [30] animum habeant — revertendi *om.* P. — [31] requirendi Q. — [32] pertinerent PRQ.

(1) *Digesta*, P. III, l. XXII, Tit. I, 6 (Parisiis, 1552). — (2) *Ibid.*, P. VI, l. XLI, *De Acquirendo rerum dominio*, Tit. I, 5 (Parisiis, 1572, fol. 1263 *verso*). Ad litteram. — (3) *Ibid.* (loc. cit.). Litteraliter. — (4) *Ibid.*, (loc. cit.). Verbotenus.

QUAESTIO XVIII

Utrum non sacerdos audiens confessionem alicuius si revelet eam sit puniendus sicut sacerdos revelans

Deinde circa quoscumque non sacerdotes quaerebatur utrum si aliquis non sacerdos in articulo necessitatis audiens confessionem alicuius revelet quod audivit in confessione [1], sit puniendus sicut sacerdos revelans. Et arguitur quod sic ; quia qui parem culpam committit simili poena est puniendus.

Contra. Quando personae sunt determinatae ubi aliqua poena pro aliqua culpa invenitur, hoc non debet extendi ad alias personas, quia poenae non sunt ampliandae, sed potius restringendae. Sed ubi statuitur poena imponenda revelantibus confessionem determinantur personae, scilicet sacerdotes, ut patet, *De Poenitentia* (1), Distinctione quinta, capitulo : Sacerdos autem omnino caveat ne eius qui ei confitetur peccata alicui recitet : et si hoc fecerit deponatur ; et cetera.

Responsio. Dicendum quod [2] quamvis M a g i s t e r (2) dicat, quarto Sententiarum, distinctione decima septima, et hoc etiam dicitur [**Cod. R, fol. 204 R^b**] *De Poenitentia* (3), Distinctione sexta : quod si defuerit sacerdos, proximo vel socio est confessio facienda, [**Cod. P, fol. 287 V^a**] quia tanta est vis confessionis ut, etsi iste cui confitetur potestatem solvendi non habeat, sit tamen dignus venia ex desiderio sacerdotis qui socio confitetur turpitudinem criminis, non videtur tamen intelligendum quod hoc cadat sub [3] praecepto. Immo videtur quod nec cadat sub consilio, si accipiatur confessio pro nuda et expressa narratione omnium peccatorum, prout scilicet dicit actum qui pertinet essentialiter ad sacramentum poenitentiae ex parte poenitentis, tum [4] quia non expectatur alius actus pertinens essentialiter ad sacramentum poenitentiae ex parte [5] confessoris, scilicet [6] absolutio [7] proprie dicta ; tum quia non videtur conveniens neque decens quod aliquis laicus simplex non assuetus ad confessiones audiendas expresse et distincte audiat peccata alicuius magni [8] peccatoris qui forte tantus peccator non apparet : tum

quia etiam [9] hoc periculosum est [10] quia non habet laicus sigillum verum confessionis quo oportet audita in confessione sic sigillari quod nullo modo revelentur ; immo ex tunc cum audita fuerint sic remaneant tecta quod quasi pro non auditis habeantur.

Si ergo sub consilio cadat quod aliquis in tali casu confiteatur laico, non videtur hoc intelligendum nisi de confessione quadam generali, prout consuevit fieri etiam non sacerdotibus in principio missae. Ex hac enim confessione quae convenienter potest fieri non sacerdoti consequeretur [11] confitens illud bonum propter quod confessio dicitur laico facienda ; puta : si aliquis, ut ostendat se habere desiderium sacerdotis vocans laicum, illi quasi sacerdoti humiliando dicat : si haberem sacerdotem libentissime confiterer plene omnia peccata mea quae multa sunt [12]. Sed quia illum ad praesens habere non possum, facio quod possum et tibi confiteor quasi vice eius, quia Deum offendi multipliciter cogitatione sive multis malis cogitationibus [13], ore, scilicet in [14] multis [**Cod. P, fol. 287 V**[b]] malis [15] locutionibus; et cetera. Et ideo humiliter peto a Deo misericordiam et absolutionem per quam mihi peccata remittantur ; et a te etiam peto absolvi modo deprecativo per quam illam absolutionem veram merear obtinere. Et potest [**Cod. V, fol. 204 R**[b]] laicus impendere absolutionem deprecativam, sicut etiam impenditur sacerdoti in principio missae a [16] non sacerdotibus, ut dictum est.

In confessione enim quae laico fieri potest non exercetur aliquid valens ad remissionem peccatorum ex opere operato, id est vi sacramenti, sed solum ex opere operante, scilicet per modum meriti quod principaliter consistit ex parte poeni[**Cod. Q, fol. 158 R**[a]]tentis in contritione [17] ad quam perfectius habendam iuvatur homo per suam talem confessionem generalem. Ex parte vero eius cui fit confessio in hoc casu, meritum consistit in devotione et fervore orationis quae potest exprimi per absolutionem deprecativam.

Ex his patet quod, cum sigillum confessionis proprie non se [18] extendit nisi ad illa quae cadunt sub sacramentali confessione, sigillum confessionis solum pertinet ad sacerdotes quibus est sacramentalis confessio facienda. Si ergo contingeret quod laicus audiret confessionem exprimentem distincte peccata confitentis, quod licite fieri potest [19], licet, ut dictum est, hoc non cadat sub praecepto vel sub [20] consilio, talis laicus non teneretur celare audita virtute sigilli proprie dicti, sed aliquo modo participative [21]. In quantum enim in tali actu participaret aliquid de actu clavis sive qui competit sacerdoti ratione clavis quam habet, audiendo [**Cod. R, fol. 204 V**[a]] scilicet confessionem, sicut esset sacerdoti facienda, ita etiam participat aliquid de ratione sigilli, in quantum similiter tenetur celare sicut et sacerdos.

Cum ergo quaeritur utrum laicus revelans audita in confessione debeat puniri sicut sacerdos, patet quod puniri debet poena quam convenienter potest ei infligere Ecclesia. Non potest autem [22] puniri consimili poena in specie, quia non est in statu a quo possit deponi. Sed alio modo [**Cod. P, fol. 288 R**[a]]

per censuram ecclesiasticam debet Ecclesia eum cogere ad poenam sibi convenientem imponendam humiliter sustinendam.

Per praedicta patet responsio ad obiecta.

[1] in confessione *add.* Q. — [2] quamvis *add.* Q ; *del. postea.* — [3] consilio *add.* Q ; *postea del.* — [4] *om.* V ; tamen P. — [5] poenitentis — exparte] *om.* R. — [6] et P. — [7] asolutio Q. — [8] magis P. — [9] in V. — [10] et PRQ. — [11] confiteretur P. — [12] *om.* R. — [13] congregationibus P. — [14] scilicet in] sive R. — [15] cogitationibus — malis] *om.* Q. — [16] et Q : a *corr.* Q. — [17] contrictio (?) R. — [18] *om.* Q. — [19] posset V. — [20] *om.* V. — [21] participatione V. — [22] *om.* Q ; *suppl. postea.*

(1) Reapse : [c. II], Sacerdos autem. D. VI : *De Poenitentia* (FRIEDBERG, I, col. 1244). — (2) PETRUS LOMBARDUS, *Libri IV Sententiarum*, l. IV, D. XVII, c. 4 (Ad Claras Aquas, 1916, t. II, p. 853). Litteraliter. — (3) [c. I] : Qui vult confiteri. D. VI : *De Poenitentia* (FRIEDBERG, I, col. 1242). Litteraliter.

QUAESTIO XIX

Utrum status religiosorum nihil habentium in communi sit perfectior statu aliquid habentium

Deinde circa pertinentia ad statum religiosorum quaerebatur unum, scilicet : utrum perfectior sit status religiosorum nihil habentium quam habentium [1] in communi. Et arguitur quod perfectior sit nihil habentium : quia status ille est perfectior cuius professores perfectius imitantur Christum in his quae fecit et docuit. Sed talis est status nihil habentium. Ergo. Et cetera. Maior patet. Minor probatur per illud **Matthaei** (1), decimo nono : si vis perfectus esse, vade et vende omnia quae habes et sequere me. Sed ille qui aliquid retinet in communi, licet nihil retineat in proprio, non vendit simpliciter et [2] universaliter omnia, quia aliquid habet. Ergo status talium non est ita perfectus sicut alius.

Praeterea per recessum a temporalibus fit accessus [3] ad perfectionem in spiritualibus. Ergo maior recessus a temporalibus magis facit [4] ad perfectionem. Sed maior est recessus per abdicationem omnimodam. Ergo. Et cetera.

Praeterea ubi est minor sollicitudo, ibi est maior perfectio vel saltem maior aptitudo est perfectionem. Sed in statu nihil habentium est minor sollicitudo, quia non est tanta sollicitudo in acquirendo bona temporalia non habita sicut in conservando acquisita. Ergo. Et cetera.

Praeterea cum tria [5] sint vota [6], sicut votum circa continentiam est per-

fectius in quantum abrenuntiat per ipsum homo omnibus delectationibus carnis ita circa temporalia votum paupertatis est perfectius per quod abdicat quis [7] totaliter temporalia.

Contra. Status ille cuius professores oportet facere illud quod prohibet et dissuadet **Apostolus** (2) non est perfectior illo [8] cuius professores non oportet sic facere. Sed status nihil habentium est talis quod professores illius oportet facere illud quod prohibet et dissuadet **Apostolus** (3), non autem **Augustinus** (4). Ergo [**Cod. P. fol. 288 R^b^**]. Et cetera. Maior patet. Minor probatur. Quia professores talis status, maxime qui manibus non laborant, quod tamen [**Cod. V, fol. 204 V^a^**] praecipit **Apostolus** (5), nihil habentibus oportet ea quae sunt aliorum non solum appetere, sed petere ; quod reprobat **Apostolus** (6), *Prima ad Thessalonicenses*, quarto, dicens : Honeste [9] ambuletis et nullius aliquid desideretis [10]. Et [**Cod. Q, fol. 158 R^b^**] ut hoc fieri non oporteat his qui nihil habent praecipit **Apostolus** (7) ibidem quod laborent manibus. Unde dicitur ibi [11] (8) : Rogamus vos fratres ut quieti sitis et ut operemini [12] manibus vestris sicut praecepimus vobis. Et subditur (9) : Honeste ambuletis ; et cetera. Sed illos qui [13] habent in communi non oportet praedicta facere aut saltem non in tantum. Ergo. Et cetera.

[14] Per rationes iam tactas potest argui ad aliam quaestionem qua quaeritur utrum in Ecclesia sit nunc aliquis status perfectior statu apostolorum. Et ostenditur quod status religiororum sic omnino nihil habentium sit perfectior ; quia ille status est perfectior statu apostolorum cuius professores [15] magis appropinquant Deo quam apostoli appropinquabant. Sed status dictorum [**Cod. R, fol. 204 V^b^**] religiosorum est huiusmodi respectu status apostolorum. Ergo. Et cetera.

Maior patet. Minor probatur : quia sicut per hoc quod homo appropinquat temporalibus per amorem elongatur a Deo, ita per hoc quod recedit a temporalibus per abdicationem eorum appropinquat Deo. Ergo status ille in quo est perfectior abdicatio bonorum temporalium est perfectior statu illorum in quo est minus perfecta [16] huiusmodi abdicatio. Sed dicti religiosi perfectius abdicant [17] bona temporalia, quia in proprio et communi, quam apostoli qui vixerunt de bonis communibus, ut patet *Actuum* (10), quarto. Ergo. Et cetera.

Contrarium communiter supponitur.

Responsio [18]. Ad primam quaestionem est dicendum quod, cum perfectio vitae humanae per se et essentialiter consistat in virtutibus et operationibus virtuosis quae sunt eiusdem speciei et rationis in omnibus viris iustis [19] cuiuscumque status [**Cod. P, fol. 288 V^a^**] existant solum differentes secundum magis et minus, nec est aliquis status [20] qui determinet [21] existentes in illo ad aliquem gradum perfectionis ad quem necesse sit illos attingere et ultra quem non contingat procedere et ad quem etiam existentes in alio statu non possint attingere [22], ideo quantum ad ea quae per se et essentialiter ad perfectionem

pertinent, non potest poni differentia inter status, nec unus alio perfectior est dicendus.

Sed quia aliqua sunt instrumentaliter et dispositive facientia [23] ad perfectionem in quibus magna diversitas invenitur, ille status [24] poterit dici perfectior quantum ad talia qui includit huiusmodi instrumenta magis congruentia ad hoc [25] quod per ea melius in his in quibus perfectio per se consistit possit se aliquis exercere et ad gradum perfectiorem attingere [26].

Cum ergo paupertas, prout ad religiosos pertinet, sit unum talium instrumentorum, non quidem necessitatis sed commoditatis, scilicet per quod removetur prohibens perfectionis acquisitionem saltem commodam, illa paupertas est melior et perfectior per quam abdicans bona temporalia sic [27] habet usum illorum convenientem et ea quae ad huiusmodi usum requiruntur, quod redditur magis expeditus ad vacandum circa spiritualia.

Quia enim pro statu hominis [28] animalis non potest esse paupertas laudabilis per quam totaliter temporalia abdicantur, quia usus eorum est [29] necessarius ad vitam, et propter hunc usum sunt [30] quaerenda temporalia et habenda; ideo ille modus vivendi quo habetur facultas habendi talia ad usum convenientem tempore oportuno, prompte et cum minori sollicitudine et occupatione exteriori et cum minori animi affectione interiori, melior et perfectior debet dici.

Unde si alicui caelitus absque omni sollicitudine et occupatione sui pro- [Cod. Q, fol. 158 V^{a}] videretur in omnibus rebus quarum usu indiget et illas non haberet [Cod. P, fol. 288 V^{b}] nisi tempore usus, nec aliquod ius sive [31] dominium vendicare posset in illis, sed tamen certus esset quod illa haberet ad usum semper tempore opportuno, talis diceretur habere perfectum modum habendi bona temporialia cum optimo modo haberet finem propter quem [32] bona temporalia habentur [33], videlicet convenientem [34] usum minime impeditum. Sed quia [35] talis modus non est consuetus neque humanus, ideo inter modos homini possibiles, ille qui est isti iam dicto modo propinquior et similior videtur esse melior et perfectior ; et illum habent hi, quicumque [36] sint illi, qui talem modum vivendi [Cod. R, fol. 205 R^{a}] tenent quod convenientem usum habent [37] [Cod. V, fol. 204 V^{b}] bonorum temporalium sic quod pro tali usu habendo circa talia bona minime impediuntur tam per sollicitudines quietem amini perturbantes et in procurando non habita et in conservando et in dispensando habita [38] quam etiam per amorem recurvum affectum allicientem [39] et alligantem ad talia ut ad bona quasi propria.

Considerandum est ergo utrum haec inveniantur magis in statu illorum qui dicuntur nihil habere quantum ad bona temporalia nec in proprio nec [40] in communi quantum ad ius et dominium quam in statu illorum qui ius et dominium habent in communi, licet non in proprio in bonis temporalibus. Et quantum ad hoc est intelligendum quod alicui posset videri quod secundum communem cursum vitae humanae non videtur conveniens quod aliqua com-

munitas hominum, praecipue multorum, utentium bonis temporalibus ultra id quod requirit necessitas extrema vel absoluta habeat eligere talem statum [41] et ad illum se debeat obligare.

Immo etiam videtur quod etiam [42] nulli singulari personae sit hoc [43] licitum, quia nullus potest renuntiare omnino et totaliter bonis temporalibus. Oportet ergo aliquem habere ius et dominium in bonis quibus aliquis utitur licite. Si autem utens voveat se nullo modo velle habere ius et [**Cod. P, fol. 289 R^a**] dominium in illis, oportet alium hoc [44] habere. Sed quod aliquis ad hoc se obliget quod in omnem eventum in bonis quibus utetur nullum ius habebit nec in proprio nec in communi, sed placet sibi quod alius in illis habeat ius et dominium et alio modo bonis temporalibus nollet uti, hoc videtur factum periculosum et minus discretum, quia forte hoc non poterit inveniri, cum ex alterius voluntate hoc dependeat.

Item nec talis status [45] videtur importare perfectionem quam homines ex se possint habere quando volunt, sed illa perfectio ex voluntate et beneplacito alterius hominis dependet, cum tamen vere et proprie dicta perfectio solum ex Deo principali auctore et homine perfectionem desiderante videatur dependere.

Item talis perfectio non posset stare nisi quamdiu alius vellet, quia posito quod nullus illarum rerum quibus tales utuntur dominium sibi retineat, tales res pro derelictis viderentur esse habendae. Et cum illi quibus dantur non occupent eas tanquam suas, quicumque alius illis indigens posset eas licite occupare ; et sic talibus ad usum necessarium penitus nihil remaneret. Et ideo temporibus [46] istis non [47] videtur esse aliquis status talis, sic scilicet volentium uti bonis temporalibus praecipue ultra necessitatem quorum dominium nullus determinate habeat in Ecclèsia approbatus ; quia dominus Papa sive Ecclesia romana sibi specialiter retinet ius et dominium illarum rerum [**Cod. Q, fol. 158 V^b**] quibus utuntur religiosi qui dicuntur bona temporalia et in proprio et in communi abdicare.

Immo etiam circa hoc intelligendum quod, ut dictum est, omnino nihil habere quantum ad ius et dominium nec in proprio nec in communi, non importat perfectionem etiam uni soli personae convenientem secundum communem cursum vitae humanae. Quoniam si dato sibi tegumento et alimento necessario in quo dans omne ius a se omnino abdicare intenderet, cum etiam recipiens in illo non vendicaret sibi [**Cod. P, fol. 289 R^b**] ius et dominium, alius [48] quicumque posset illud licite occupare ; et sic talis se ipsum occidere videretur. Immo etiam si alius non occuparet, ille nihilominus tali dato uti non posset licite, quia non iure suo, quia nullum in illo haberet ius ; nec iure alterius, per alterius scilicet concessionem, posito quod ille [**Cod. R, fol. 205 R^b**] qui dedit nullum ius vel dominium in dato retineat aut aliquo modo retinere intendat.

Et hoc etiam, scilicet quod tam [49] universalis abdicatio per se non faciat

ad perfectionem, potest aliter sic persuaderi [50], cum unusquisque se ipsum in esse conservare teneatur quantum potest bono modo, unicuique quantumcumque perfecto et in quocumque statu existenti est conveniens uti bonis temporalibus quantum ad vitae sustentationem.

Ex hoc autem sequitur quod nullus potest sic renuntiare bonis temporalibus quia in extrema necessitate quilibet habeat ius utendi bonis temporalibus quantum sufficit ad eius sustentationem. Nec qualisqunque perfectio exigit vel permittit quod aliquis huic [51] iuri et dominio renuntiet. Qui enim usui alicuius rei renuntiare non potest, nec debet; similiter etiam dominio et [**Cod. V, fol. 205 R**a] facultati vel iuri utendi illa re in tali casu renuntiare [52] nec potest nec debet.

Sicut ergo ad infirmitatem vel defectum in genere [53] moris [54] non pertinet quod aliquis comedat vel bibat et quod indumentis et aliis ad vitam necessariis utatur, sed hoc pertinet ad condicionem naturalem hominis secundum vitam animalem quae multis indiget propter plures defectus huiusmodi non morales sed naturales quibus subiacet fragilitas humanae naturae: ita etiam ad infirmitatem vel defectum moralem non pertinet quod aliquis talia conservet secundum debitam mensuram ad habendum usum eorum tempore opportuno, sive talia conservet in propria forma, puta: in vino, blado [55] et oleo vel in aliis huiusmodi [**Cod. P, fol. 289 V**a]; sive in pecunia per quam ista possint eum opus fuerit [56] comparari; prout C h r i s t u s dicitur loculos habuisse in quibus reponebatur pecunia [57] pro vitae necessariis comparandis. Non videtur enim rationabiliter posse [58] dici quod uti talibus bonis non pertinet ad infirmitatem moralem, reservare tamen talia vel in propria forma vel virtute scilicet in pecunia, ut habeantur ad usum convenientem tempore opportuno pertineat ad infirmitatem moralem.

Si ergo aliqui quantumcumque perfecti indigent ad bonum et convenientem usum bonis temporalibus ultra extremam necessitatem, videtur etiam quod non expedit quod tali usui talium rerum renuntient. Ius autem et facultas utendi talibus rebus sive habere dominium in illis non videntur ordinari nisi ad talem usum.

Sicut ergo perfectio hominum aliquorum exigit talium rerum talem usum, nec tali usui expedit renuntiare, ita etiam videtur talis perfectio exigere habere facultatem et ius utendi talibus rebus sive dominium in illis propter huiusmodi usum. Et sic videtur quod perfectio talis exigat talium rerum habere ius et dominium, secundum quod ad talem usum convenienter ordinantur. Si enim tales non habeant ius et facultatem utendi talibus, nec dominium super illa bona, sed alius in cuius potestate est libere substrahere [59] talem usum quando vult, talibus non videtur esse convenienter et sufficienter provisum [60] in [61] [**Cod. Q, fol. 159 R**a] bonis necessariis ad praedictum convenientem usum.

Si autem dicatur quod immo sufficienter eis provisum videtur de talibus

bonis, alio in illis habente omne ius et dominium, quando scilicet sunt omnino certi et securi de facultate utendi talibus bonis et de [62] habendo illa prompte et faciliter ad usum ipsorum, quia ex concessione habentis dominium in illis, quam concessionem reputant sic factam quod nullo modo revocabitur et illa [**Cod. P, fol. 289 V^b^**] bona tenent et possident et de illis [63] disponunt et dispensant et eis ita libere utuntur sicut quicumque alii habentes plenum ius et dominium in bonis quibus utuntur, et sicut ipsimet facerent si in illis ius haberent ; ad hoc posset dici [**Cod. R, fol. 205 V^a^**] quod, licet ita se habeant haec ad tempus et durante beneplacito sic bona talia possidentis ; ex quo tamen haec dependent ex alterius voluntate mutabili et non ex iure immutabili quod utentes habeant in illis, non debet dici talibus sic sufficienter provisum sicut esset si in talibus ius haberent.

Praeterea pro quanto dicitur quod immo ita sufficienter quantum ad praemissa est talibus in bonis temporalibus provisum sicut illis qui in bonis talibus ius haberent, quantum ad hoc non videretur esse magna differentia inter istos et alios qui dicunt se in talibus ius habere.

Praeterea, cum dominium rerum per se et directe ordinetur ad usum ipsarum, rectus ordo requirit quod volens habere usum aliquarum rerum velit habere dominium illarum propter huiusmodi usum [64] ; et non videtur esse dignitatis et perfectionis per se et absolute quod aliquis non habeat ius et dominium aliquod in rebus quibus utitur, sed solum habeat usum simplicem ex gratuita alterius concessione.

Si autem aliquibus magis expediat quod in bonis quibus utuntur nullum ius vel dominium habeant, sed [65] alius, hoc est per accideus, scilicet propter fragilitatem et corruptionem naturae humanae ratione cuius homo magis allicitur ad amorem bonorum in quibus ius habet et dominium quam aliorum.

Quomodo [**Cod. V, fol. 205 R^b^**] tamen aliqui licite possint uti re aliqua in qua nullum ius habeant nec in proprio nec in communi, usu quidem quo res ipsa incontinenti tota consumitur, difficile est videre. Res enim qua tales uterentur non esset eis data, cum doni non sint capaces ; nec etiam mutuata [**Cod. P, fol. 290 R^a^**] cum non obligentur ad restituendum ; nec commodata vel locata cum per ipsos usu totaliter consumatur. Haec autem intelligenda sunt de re praecipue quae non est necessaria simpliciter et absolute, scilicet in extrema necessitate. De illa enim qua aliquis in extrema necessitate indigeret, non auderet aliquis dicere quod utens tali re pro tali casu in illa ius et dominium non haberet, sed illa re solum ex voluntaria concessione alterius quam ille revocare posset cum vellet, uteretur.

Unde dicit Dominus **Nicolaus Papa** (11) in declaratione Regulae Fratrum Minorum quod [66], sicut nec ceteris sic nec ipsis fratribus minoribus[67] Iure Poli in extremae necessitatis articulo ad providendum sustentationi naturae via omnibus extrema necessitate detentis concessa praecluditur ; cum ab omni lege extrema necessitas sit excepta.

Et ideo perfectioni humanae derogare saltem per se non videtur quod ali-

quo modo in bonis temporalibus habeat ius et dominium qui [68] illis indiget propter usum. Nam cum licitum sit cuicumque viro quantumcumque perfecto uti bonis temporalibus secundum decentiam status sui, et bona temporalia propter usum sint quaerenda, sicut cum perfectione quantacumque stat usus talium bonorum et ius et dominium in extrema necessitate [69], ita etiam licitum est absque diminutione perfectionis simpliciter habere et possidere illa in proprio [70] vel saltem in communi nonnisi propter talem usum.

Sed cum nihilominus nunc sit status quidam in Ecclesia multarum personarum qui multis bonis indigent etiam extra et ultra extremam necessitatem et nihilominus dicuntur nihil habere nec in proprio nec in communi, sed [**Cod. Q, fol. 159 R^{b}**] alius habet dominium omnium quibus utantur, scilicet dominus Papa sive curia romana, quodam novo modo et speciali, immo valde singulari habendi ultra modum communem quo habet aliquo modo ius et dominium in omnibus bonis personarum ecclesiasticarum aliarum [**Cod. P, folio 290 R^{b}**] in quibus etiam habent ius [**Cod. R, fol. 205 V^{b}**] et dominium ipsae personae ecclesiasticae ad quorum usus sunt principaliter deputata.

Item, est alius modus habendi a modo habendi quo habet ius et dominium in bonis ad usum ipsius papae [71] et curiae romanae specialiter deputatis, cum personae utentes talibus bonis nullum ius habeant in illis, et cum habentes ius et dominium in illis non habeant illud propter usum suum sed propter usum aliorum, ita quod sic habens dominium talium rerum, ipso dominio solo et nudo retento penes se, usum illorum totaliter a se abdicare videtur illum talibus religiosis non solum ad tempus determinatum et [72] quantum ad aliquem specialem usum, sed simpliciter et absolute et ad omnem modum utendi convenientem et pro quocumque tempore per licentiam simplicem absque proposito revocandi illam.

De talibus quidem est quaestio proposita in [73] comparatione ad statum aliorum qui consimilibus bonis utuntur, sed in illis dicuntur habere dominium in communi. Et quaeritur quis illorum sit perfectior.

Et circa hoc est intelligendum quod, cum videamus quod tales religiosi quantum ad bona quibus utuntur et quantum ad modum quo utuntur et quantum ad modum quo talia bona, cum eis carent, ab ipsis procurantur et procurata et habita custodiuntur et dispensantur, et prout eis placet alienantur et in alia quaedam commutantur, non videantur differre a quibusdam aliis religiosis qui bonis temporalibus renuntiant in proprio, non in communi, quin scilicet in omnibus habeant ita liberum usum in talibus sicut ipsimet haberent si in illis ius et dominium haberent. Non videtur relinqui differentia inter illos et illos, nisi in hoc quod illi talia bona non habent quantum ad usum per se ipsos sive iure suo, sed per alium sive ex gratia [**Cod. P, fol. 290 V^{a}**] et ex concessione eius cuius dominio subsunt : alii vero talibus bonis habent ius utendi per se ipsos et iure suo.

Ideo quantum spectat ad propositum, cum quaeritur utrum status omnino

nihil [74] habentium nec in proprio nec in communi, quantum ad ius et dominium, sit perfectior statu aliquid habentium in communi, cum habentium in communi quidam sint [**Cod. V, fol. 205 Va**] mendicantes qui quaerunt vitae necessaria ab aliis mendicando congruo tempore et mendicata tanquam bona sua in communi conservant et ea dispensant et eis utuntur ; alii autem sunt non mendicantes, sed de redditibus perpetuis quos possident in communi vivunt, non est intelligenda quaestio sic ut comparetur [75] status sic nihil habentium ad habentes bona in communi quocumque modo, sed ad illos qui similiter mendicant cum quibus respectu bonorum temporalium maxime convenire videntur [76] ; et secundum hoc considerandum quomodo abdicatio talis et tam universalis sit perfectior quam alia.

Et secundum praemissa videtur dicendum quod si tales religiosi haberent tantum usum simplicem facti in bonis temporalibus, penes habentes dominium in illis omni cura, sollicitudine et occupatione circa illa remanente tam quantum ad procurationem non habitorum quam [77] quantum ad conservationem et dispensationem habitorum, talis abdicatio esset perfectior illa qua alii abdicant in proprio, remanente dominio eis in communi cum cura et sollicitudine praedicta. Ille [78] enim modus esset propinquus [79] et multum similis modo supra dicto qui tamen non est [80] in usu. Sed nec etiam talis invenitur, quia dominus Papa circa talia bona in quibus habet ius et dominium ad [**Cod. R, fol. 206 Ra**] usum fratrum [81] minorum modicum est sollicitus ; sed omnis cura et sollicitudo per illos religiosos agitur, sicut [82] contingit in aliis religiosis [**Cod. P, fol. 290 Vb**] qui in talibus dominium dicuntur [83] [**Cod. Q, fol. 159 Va**] habere in communi, quia, ut [84] praemissum est, quantum ad illa inter praedictos [85] duos status differentia non videtur, quin scilicet isti sicut alii mendicantes vitae necessaria ab aliis requirant et acquisita conservent et de illis libere disponant.

Propter quod non videtur quod quantum ad hoc, scilicet [86] quantum ad exclusionem curae, sollicitudinis et occupationis, talis abdicatio universalis perfectior sit dicenda.

Item nec quantum ad exclusionem [87] amoris recurvi allicientis [88] et alligantis animum [89] ad talia bona quasi ad bona propria ; quia, non obstante quod in talibus domino Papae dominium reservatur, ipsi nihilominus ita certos se reputant quod dominus Papa possessionem talium bonorum ab eis nunquam auferet et quod per ipsum in usu suo libero non impedientur [90] sicut quicumque alii. Et merito ; quia Papa talia bona non procurat, sed per fratres procurantur. Scit etiam Papa quod dominium talium rerum non transfertur in ipsum nisi propter usum talium religiosorum. Ipsi etiam religiosi talia procurant ea intentione ut eis remaneant quantum ad usum, non ut [91] ille cuius bona efficiuntur, scilicet [92] dominus Papa vel alius eis utatur. Et ita [93] quantum ad certam et liberam conservationem talium bonorum et quantum ad liberum

usum ipsorum, differentia non est inter ipsos et alios. Et ideo non videtur etiam esse differentia inter eos et alios quantum ad perfectionem circa illa.

Quod autem ita [94] sit, videlicet quod religiosi in communitate viventes qui dicunt se nihil omnino habere quantum ad ius et dominium, habent bona temporalia quantum ad usum et quantum ad facultatem et potestatem utendi illis tempore opportuno, sicut alii religiosi mendicantes, et quod de hoc sunt certi et securi sicut alii, videtur sic posse persuaderi : quia quamvis, ut supra tactum est, perfectio talis paupertatis tali modo observandae quod [95] oportet quod aliqua persona speciali modo retineat sibi ius et dominium rerum quibus tales religiosi utuntur [Cod. P, fol. 291 Rª], secundum se et absolute considerata sit casualis et fortuita vel incerta et ex voluntate et beneplacito mutabili alterius dependens, quia posset contingere quod non inveniretur persona quae sic speciali modo in talibus rebus sibi vellet dominium retinere ; aut etiam postquam dominium [96] talium rerum suscepit, posset illi renuntiare ; immo etiam hoc de persona papae quae est publica et perpetua persona posset dici respectu talium bonorum. videlicet quod dominium talium bonorum tali speciali modo posset non recipere et postquam recepit posset illi renuntiare — quia licet Papa tanquam Christi vicarius et pater ac praelatus quodam modo generalis sit omnium bonorum Ecclesiae ad utilitatem rei publicae dispensator, et ratione sui gradus et officii habeat [Cod. V, fol. 205 Vᵇ] aliquo modo ius et dominium in omnibus bonis ecclesiasticis, nec potest recusare quin in bonis quibuscumque quarumcumque ecclesiarum quantumque immediate sint collata particularibus ecclesiis dominium habeat et quin talium rerum dominium transeat non solum in ecclesias speciales sed etiam in Papam sive in ecclesiam romanam quae est omnium ecclesiarum domina et magistra. tamen non oportet quod Papa illo modo speciali recipiat in se dominium rerum quae ad usus [Cod. R, fol. 206 Rᵇ] aliquorum religiosorum conferuntur, sic videlicet quod, cum talia offerantur vel traduntur solum propter usum talium personarum, alius dominium illarum [97] habeat et illae [98] personae habeant usum liberum earundem.

Immo non est necessarium quod in ipsum Papam transeat ius et dominium aliquarum rerum ecclesiasticarum. nisi illarum in quibus Ecclesia romana habet ius et dominium per se et [99] immediate propter usum Papae et aliarum personarum ad Ecclesiam romanam immediate spectantium vel illarum in quibus aliae ecclesiae habent ius et dominium per se etiam [100] immediate propter usum personarum ad illas [101] ecclesias spectantium. Et secundum hoc talis modus habendi secundum quem Papa [Cod. Q, fol. 159 Vᵇ] retinet sibi ius et dominium in rebus quibus ta[Cod. P, fol. 291 Rª]les [102] religiosi utuntur modo supra dicto, non est de necessitate annexus statui et gradui Papae, sicut modus habendi quo haberet [103] ius et dominium in aliis bonis ecclesiasticis. Propter quod a libera et mutabili [104] voluntate Papae talis modus habendi dependet. Et posset Papa ordinare [105] quod in talibus bonis

nullum ius et dominium haberet nisi sicut habet in aliis bonis ecclesiasticis.

Verumtamen istis non obstantibus et rebus se habentibus sicut se habent nunc et sicut se habiturae sunt in futurum, attendendo ad ea quae dominus **Nicolaus** Papa *tertius* [106] (12) in constitutione, quam edidit super declaratione Regulae Fratrum Minorum, statuit, ordinavit, concessit, declaravit et etiam supplevit, non debet nunc talis modus observandi perfectionem [107] paupertatis simpliciter casualis et incertus reputari ; quia bonorum in quibus habent tales religiosi usum sive sint mobilia sive immobilia [108] sic retinet sibi dominus Papa, qui est persona publica et perpetua, ius et dominium in perpetuum et quantum ad habita et quantum ad habenda, solum propter usum fratrum, quod talium solo dominio absque omni usu penes ipsum remanente, concedotur talibus religiosis [109] facultas et potestas ita libere utendi talibus bonis et disponendi de eisdem sicut facere possent si ipsimet in illis ius et dominium haberent. Et secundum hoc tales religiosi nunc videntur habere circa temporalia cum sufficienti certitudine et securitate illa quae in temporalibus bonis principaliter requiruntur, videlicet usum facti in [110] actu. Comedunt enim et bibunt sicut alii ; et aliis ad vitam necessariis non minus abundanter utuntur quam multi qui in bonis temporalibus habent ius et dominium.

Item facultatem et potestatem habendi illa ad usum tempore opportuno ; nam bona quibus indiget vita humana procurant cum non habent et habita ad usum [**Cod. P, fol. 251 Va**] suum conservant, non haesitantes quod in illis bonis magis debeant impediri per illum qui dominium dicitur habere in illis quam alii religiosi impediuntur.

Cum enim talium bonorum iam talibus religiosis collatorum et in futurum conferendorum dominus Papa dominium in se suscepit et in perpetuum suscipiet, secundum quod statutum est in praedicta constitutione in perpetuum duratura, ut in eadem dicitur, tali modo et quasi sub tali condicione et pactione hoc facit et faciet, scilicet quod, cum talia conferentes, illa [111] non conferunt nisi intuitu talium religiosorum et solum propter usum eorum ; illorum dominium sic in se suscipit quod solo dominio nudo penes ipsum remanente absque omni usu, concedit fratribus quod illa teneant, conservent et commutent et penitus de illis sic libere [**Cod. R, fol. 206 Va**] ordinent et disponant sicut facere possent si ipsimet in illis dominium absolutum per se et directe haberent.

Sed istis non obstantibus videtur esse dicendum quod talis tam universalis abdicatio exigit [**Cod. V, fol. 206 Ra**] quod sic abdicantes aliquo modo perfectiores sint et perfectiori modo se habeant respectu bonorum temporalium quam alii. Ex hoc enim quod aliquis vult sic universaliter abdicare temporalia, intendere videtur et hoc faciendo dat intelligere quod in illis nihil quaerit nisi quantum sufficit necessitati et quod ad illa ita modicum afficitur quod illis vult uti non sicut bonis suis sed potius alienis et ex gratia et ex concessione alterius. Et huic consequens est quod talis [112] magis sit abstractus a bonis temporalibus, et quantum ad usum facti multo parcius utendo quam alii, et

quantum ad affectum illa non ut sua sed ut aliena reputando. Naturaliter enim unusquisque minus afficitur ad bona quae reputat aliena quam ad bona quae reputat [113] aliquo modo sua. Verecundum est etiam [114] ita large uti bonis alienis in quibus utens nul[Cod. P, fol. 291 V^b; Cod. Q, fol. 160 R^a]lum ius habet, sed tantum ex gratia conceduntur sibi ad usum simplicem facti, sicut illis in quibus utenti iam est ius acquisitum.

Cum etiam dominium in bonis temporalibus non quaeratur nisi [115] propter usum, ille qui vult alios excedere in renuntiando dominio talium bonorum, debet etiam alios excedere in parce utendo eisdem et in modicum affectum habendo circa illa; quia in huiusmodi universali abdicatione innuit quod abdicat temporalia quantum possibile est humanae naturae, ita quod si posset [116] usui renuntiare illi etiam renuntiare vellet; propter quod illi renuntiare intelligitur quantum potest.

Unde de istis dicit dominus **Nicolaus** Papa (13) in constitutione edita super [117] dicta expositione regulae Fratrum Minorum, quod omnium rerum debent abdicare dominium et rerum sibi concessarum necessario usu esse contenti. Item, quod non omnium rerum usum habere debent nec etiam copiam, quod deroget tantae paupertati quin immo appareat in eis quoad dominium omnimoda abdicatio et [118] in usu sola necessitas.

Ad evidentiam enim praedictorum est notandum quod, cum circa bona exteriora possimus considerare ius et dominium quantum ad proprietatem; item usumfructum ius utendi; item simplicem usum facti; in huiusmodi autem bonis principaliter quaeritur usus facti: et praecedentia non quaeruntur nisi propter hunc usum; quia etiam secundum **Philosophum** (14) finis divitiarum, propter quem scilicet sunt appetendae, est usus earum.

Ex his autem [119] videtur quod, cum quaeritur quis status hominum perfectius se habeat respectu bonorum temporalium, magis esset considerandum hoc in usu eorum voluntario tantum, quam in possessione vel iure utendi. Qui enim perfectiori modo utitur bonis temporalibus perfectius videtur se habere circa illa; et quantum ad bona temporalia perfectior debet dici modus vivendi illorum qui perfectiori modo bonis temporalibus utuntur. Perfectior enim respectu bonorum temporalium diceretur qui habens multa bona quantum ad dominium et ius utendi illis [Cod. P, fol. 292 R^a] parce uteretur ad se ipsum et largiter ad alios illa [120] secundum rectam rationem abundanter elargiendo, quam non habens dominium in bonis aliquibus, habens ea tamen ex concessione gratuita alterius, illis ad se ipsum non parce sed ad superfluitatem uteretur.

Si enim ad perfectionem respectu temporalium principaliter pertinere dicatur carere illis quantum ad dominium et non carere illis quantum ad usum, appelando quidem usum non solum qui exercetur in actu [Cod. R, fol. 206 V^b] quo eduntur victualia vel quo induuntur vestimenta, sed etiam qui exercetur in procurando non habita et circa habita multipliciter inten-

dendo quantum ad conservationem, distributionem, alienationem ; et sic de aliis. Item praeter hoc etiam, si non dicatur ad perfectionem circa [121] temporalia principaliter pertinere illis carere quantum ad usum et abstinere ab ipsis quantum ad usum abundantem, parce illis utendo, et hoc quantum ad omnia bona quae in usum hominum veniunt.

Ad perfectionem ergo habendam quae principaliter circa bona exteriora habetur, sufficeret quod aliquod collegium aliquorum [122] monachorum qui habent multa bona in annuis redditibus et qui multos habent occupationes circa illa et qui multum abundanter illis utuntur [**Cod. V, fol. 206 R^b**] et multum superflue et nimis pompatice et in fastu equorum et in amplis aedificiis et in vasis aureis et argenteis et in comestionibus et potationibus, in omnibus illis bonis dominium non haberet nec in proprio nec in communi, sed dominus Papa illorum dominium haberet, sicut nunc dicitur habere dominium in bonis quibus utuntur Fratres Minores ; immo si hoc esset principale pertinens ad perfectionem respectu bonorum temporalium, scilicet solo dominio carere, quare ergo servata perfectione paupertatis plene et perfecte non possent habere Fratres Minores [123] mag[**Cod. P, fol. 292 R^b**]nos et amplos redditus annuos in quibus dominium non haberent [**Cod. Q, fol. 160 R^b**], sed dominus Papa ; ipsi vero ex eius concessione haberent usum etiam abundantem, sicut dictum est de quibusdam monachis ; sicut etiam nunc habent in domibus et hortis et quibusdam aliis rebus ipsi Fratres Minores, licet non ita excessive?

Ergo videtur quod sive habeantur bona temporalia quantum ad dominium sive habeantur sine dominio sive habeantur in magna quantitate sive in parva, perfectio respectu illorum principaliter attenditur in usu convenienti illorum, non in aliis praedictis sine isto.

Et secundum hoc, cum in modo habendi [124] bona temporalia differentia inveniatur, quia quidam habent ius et dominium in illis in proprio, quidam non in proprio sed in communi, quidam autem nec in proprio nec in communi, omnes isti tamen habent aliqualem usum in illis ; item cum in modo utendi etiam differentia inveniatur, quia quidam utuntur quantum ad se ipsos multum parce, quidam multum largiter et abundanter ; item est differentia in quantitate et qualitate bonorum quae in usum veniunt, quia quaedam sunt magna, quaedam parva, quaedam mediocria, quaedam sunt pretiosa, quaedam vilia, quaedam media ; videtur quod quaestio de perfectione respectu bonorum temporalium et praecipue quantum ad homines contemplativos magis debet proponi sub hac forma : utrum status voluntarie utentium parcius [125] bonis temporalibus et utentium bonis minoribus et minus pretiosis sit perfectior quam status utentium largius bonis temporalibus et utentium maioribus et magis pretiosis, quam sub hac forma : utrum perfectior [126] sit status nihil habentium quantum ad dominium, quam aliquid habentium, nisi in statu

nihil habentium quantum ad dominium includatur modus parcissimus quantum ad usum.

Potest enim contingere quod aliquis multa habens quantum ad ius et dominium, parce utitur ad se ipsum ; et e converso [Cod. P, fol. 292 Va] nihil habens quantum ad ius et dominium, potest tamen ab aliis procurare quod abundanter illis utitur. Quod tamen aliquis nihil velit habere quantum ad ius et do[Cod. R, fol. 207 Ra]minium et velit abundantem usum habere in bonis temporalibus multum indecens [127] videtur. Bonum ergo et malum [128], peius et melius sive perfectius et imperfectius circa bona temporalia debemus principaliter attendere in usu et in modo utendi

Et qui volunt suam perfectionem praeferre aliis in hoc quod magis recedunt ab hoc quod est habere bona temporalia quantum ad ius et dominium, deberent sic se habere circa illa quantum ad usum quod etiam possent se aliis praeferre ratione perfectionis suae in hoc quod magis recederent ab hoc quod est habere temporalia quantum ad usum.

Et ideo videtur quod talis modus renuntiandi, scilicet in proprio et in communi, non bene conveniens sit hominibus qui in magnis collegiis plurimarum personarum viventes quantum ad usum secundum modum vivendi quem tenent, indigent multis et magnis et pretiosis bonis sive immobilibus sive mobilibus ; alioquin homines cuiuscumque status praecipue personae ecclesiasticae et in quantacumque multitudine viventes et quantumcumque abundanter bonis temporalibus utentes, possent habere huiusmodi perfectionem valde convenienter. Quid enim difficilius vel gravius vel periculosius esset omnibus collegiis canonicorum, puta : ecclesiae parisiensi et cuicumque alteri, si dominus Papa in omnibus bonis illius ecclesiae et habitis et habendis ius et dominium haberet, Episcopus autem et canonici haberent illa quantum ad usum et ita essent certi de usu perpetuo in illis bonis retinendo, sicut sunt fratres minores in bonis suis, et ita libere possent de illis ad suum libitum disponere, sicut dicti fratres.

Sed talis modus renuntiandi videtur decens et conveniens solum illis [Cod. P, fol. 292 Vb] qui solitarii vel in congregatione paucorum hominum [129] vitam [Cod. V, fol. 206 Va] ducentes, paucis bonis [130] temporalibus parcissime volunt uti et bonis minimis et minime pretiosis [Cod. Q, fol. 160 Va]. Tales enim non oporteret incurrere vel sustinere multum notabiliter pericula et incommoda supra tacta [131]. Propter talia enim pauca et minima bona quibus praecipue pauci vellent esse contenti, non oporteret eos [132] esse multum sollicitos nec magnam habere curam de procurando vel conservando vel multiplicando illa.

Nec talia essent nata multum allicere animum vel affectum illius qui talibus eligeret esse contentus. Nec propter talia oporteret esse tales multum sollicitos de quaerendo aliquam personam determinatam quae haberet ius et dominium in talibus bonis. Unde qui vellent, possent habere huiusmodi perfec-

tionem, supposito cursu et usu communi qui inter homines invenitur. Et non dependeret ex alterius hominis gratuita et voluntaria concessione speciali ; sed sufficeret gratuita et voluntaria concessio quae in beneficiis datis communiter observatur, sicut provisio hominum indigentium communiter dependet a voluntate illorum qui eleemosynas dare possunt.

Unde cum natura paucis et modicis sit contenta, tales qui essent honestae vitae, cum essent numero pauci et modicis [133] vellent esse contenti, propter quod non oporteret eos esse in petendo importunos nec aliis onerosos, sufficientem haberent securitatem de habendo illa ad usum, licet non haberent tantam quantam habent alii redditus annuos in communi habentes.

Istis autem non obstat quod supra dictum est, quod tales non possent sine grandi periculo vivere, eo quod bonis eis datis ad usum non haberent sic ius utendi, quin alius quicumque ea posset sine iniuria cuiusque subripere, quia dantes illa a se abdicarent et in istos [**Cod. R, fol. 207 R**^{b}] nullum ius esset translatum, quia nullius iuris quantum ad bona temporalia, saltem extra casum necessitatis, essent capaces.

Ad hoc enim est dicendum quod talia concludunt, supposito quod dans aliquid talibus datum sic omnino intendat a se abdicare quod illud simpliciter habeat [134] pro derelicto. Sed non est communiter talis intentio donantium. Immo non sic intendunt datum a se abdicare quod cuicumque occupanti concedatur, sed pro usu certo et personarum determinatarum et eo modo et intentione tali sicut illi quibus donatur sunt capaces. Propter quod tali dato nulli licitum est uti, nisi illis quibus sic donatur. Et si alii tale donum contra voluntatem illorum quibus donatum est vellent subripere et ipsi donanti et ipsis quibus donatum est iniuria inferretur. Unde donans in sic dato ius retinet quasi ex suppositione : si tales illo non velint uti aut in usu impedirentur. Tales etiam in sic dato habent quoddam ius utendi non quidem [135] simpliciter sicut dominium aliquod in illo habentes et iure suo illo uti potentes, sed ex concessione [136] donantis et iure illius tali dono suo utentes, licet non oporteat quod omnes illi quibus ab aliis aliquid datur tali modo datis utantur, quia illi qui sunt capaces iuris et dominii in his quae ipsis donantur omnino iure suo illis utuntur ; non sic isti.

Et secundum praedicta, est dicendum ad quaestionem quod status nihil habentium quantum ad ius et dominium, parcissimo etiam usu contenti modo supra dicto, videtur esse perfectior statu habentium in communi. Si vero sit status hominum viventium in collegiis multarum personarum, quae etiam collegia plurimum sunt multiplicata in diversis partibus mundi propter utilitatem rei publicae, in[**Cod. Q, fol. 160 V**^{b}]quan[**Cod. P, fol. 293 R**^{b}]tum multa bona efficere possunt in populo fructuose praedicando et salubriter consulendo, et ideo quantum ad usum se habent circa bona temporalia sicut habentes in communi ; propter quod etiam oportet eos uti talibus rebus tam mobilibus quam immobilibus [137] in quibus [138] non sufficeret ius et dominium

quod potest penes aliquam personam determinatam et moralem remanere, puta: in domibus et libris, [139] hortis et huiusmodi, sed oportet quod aliqua persona publica et perpetua talium rerum dominium habeat, et pro tanto potest dici talis status ex speciali gratia et ex voluntate ac [140] beneplacito alterius dependere, talis in quantum status sic conditionatus aliquo modo perfectior est statu praedictorum habentium in communi ; et aliquo modo non videtur [Cod. V, fol. 206 V^b] perfectior.

Prout enim dictum est respiciendo ad curam et sollicitudinem et occupationem quae circa bona temporalia habetur, non videtur [141] perfectior alio ; quia si propter praedicta bona utilia reipublicae non possunt esse contenti ita parco usu bonorum temporalium sicut talis abdicatio secundum se et absolute requirere videtur, sed talibus bonis habent uti ut alii, scilicet et multis et satis pretiosis et satis abundanter vel copiose, non apparet unde minor possit esse affectio, aura et sollicitudo ipsorum circa talia quam aliorum.

Respiciendo autem ad intentionem qua debet fieri huiusmodi abdicatio, videlicet quod sic abdicans intendit bonis exterioribus uti quantum potest parcius [142] et ut bonis alienis ; et secundum hoc quantum potest nititur et conatur cor suum ab illis abstrahere, praecipue quantum ad affectionem et sollicitudinem sicut potest, secundum hoc videtur esse perfectior. Unde dicit dominus **Nicolaus** (15) quod abdicatio omnium rerum tam in speciali quam [Cod. R, fol. 207 V^a] in communi meritoria et perfecta est [143] : et eo magis meritoria quo per ipsam professores ipsius magis a temporalibus elongantur, supponendo scilicet quod, sicut omnino elongantur [Cod. P, fol. 293 V^a] a temporalibus quantum ad ius et dominium, sic elongentur ab eis quantum est possibile quantum ad usum et quantum ad affectionem animi et sollicitudinem ; et sic de aliis.

Quamvis autem forte plures [144] ex illis sic universaliter omnibus renuntiantibus in proprio et communi quantum ad praedicta, a temporalibus non elongentur sicut requirit eorum status etiam modo supra dicto condicionatus ; immo etiam a temporalibus non elongentur magis quam alii, in quantum non minus circa temporalia sunt affecti corde, nec minus circa illa sollicitudinibus occupantur, nec magis parce illis utuntur quam alii, non videtur tamen dicendum quod propter hoc sint transgressores perfectionis et voti quo se ad huiusmodi abdicationem universalem obligaverunt quantum ad ius et dominium cum proposito utendi sic parce talibus bonis et abstrahendi affectum ab illis secundum quod decet perfectionem huiusmodi, licet in hoc ad perfectionem ad quam talis perfectio et tale votum ordinatur plene tales non attingant. Quamvis enim vovens et profitens sub hac intentione et proposito videatur sic omnibus totaliter abrenuntiare quantum ad dominium, tamen sub voto sic intenta et proposita non cadunt ; sed solum ipsa renuntiatio et dominii exclusio. Contingit autem quod votum absque transgressione servatur, licet [145] propositum quod voventi in vovendo aderat non perfecte impleatur.

Si autem homines huius professionis [146] in vovendo et profitendo intendunt abrenuntiare iuri et dominio omnium rerum et in proprio et communi, intendunt tamen talibus bonis ita large uti sicut [147] alii, et circa illorum procurationem, conservationem, dispensationem, et sic de aliis, occupari et solliciti esse sicut alii vel forte magis quam quidam [148], et de facto etiam taliter se habent circa illa, non tamen [**Cod. Q, fol. 161 R**a] nisi per multiplicem utilitatem quam possunt magis facere in Ecclesia si talibus bonis necessariis ad studium et ad multa alia [**Cod. P, fol. 293 V**b] quibus indiget vita illorum qui aliis convivere volunt, propter eorum utilitatem abundantius utantur quam requireret eorum vita si solum sibi vacare intenderent, ita quod secundum se et absolute magis placeret eis parcus usus talium et illum habent in desiderio et electione, licet illum non possint propter causam praedictam tenere in operis executione, dum tamen praedictae utilitatis fine supposito sic quod aliter haberi non posset, huiusmodi bonis utatur quanto parcius possunt [149]; adhuc videntur tales aliis [150] perfectiores.

Sed si talis usus abundantior eis placeat, sicut supponitur aliis communiter placere, et usum talium bonorum amplius extendunt quam oporteat et plus quam deceat talem abdicationem et talem perfectionem etiam sic condicionatam, non video in quo quantum ad paupertatem status et professio [151] eorum esset perfectior quam status et professio [152] aliorum [**Cod. V, fol. 207 R**a] in talibus consimiliter se habentium circa bona in quibus habent dominium in communi. Immo tales viderentur peiores aliis, in quantum sine causa omitterent facere et [**Cod. R, fol. 207 V**b] servare ea quae perfectio status eorum requirit et contraria facerent. Non solum enim ille male facit qui agit contrarium eius quod cadit per se et directe sub voto, sed qui non convenienter se habet in his quae ad status sui decentiam requiruntur.

Tamen neminem iudico vel reprehendo in istis.

[1] quam habentium *om.* Q ; *in marg. suppl.* Q. — [2] sed Q. — [3] ascensum Q. — [4] *om.* Q. — [5] *om.* Q. — [6] nota Q. — [7] quivis Q. — [8] id est RQ. — [9] honeste *add.* P. — [10] desiderens Q.— [11] ib R.— [12] operamini Q. — [13] quo Q. — [14] *Hic in marg.* XX *scrip.* VR. *Hic ergo in* V *et* R *incipit vicesima quaestio.* — [15] professore Q. — [16] perfectio Q. — [17] dicant Q ; abdicant *corr.* Q. — [18] respondendum Q. — [19] cuius *add.* Q. — [20] *om.* Q. — [21] detineret R. — [22] et ad quem — attingere] *om.* PQVR ; *add.* in marg. VR. — [23] facienda RQ. — [24] po *add.* R ; *postea del.* — [25] ad hoc] *om.* Q. — [26] exercere R ; *postea del. et* attingere *in marg. corr.* R. [28] animalis *add.* Q ; *postea del.* — [29] *om.* Q. — [30] *om.* PQ. — [31] sum Q. — [32] quam VP. — [33] habent R. — [34] convenientibus Q. — [35] *om.* Q. — [36] quos Q. — [37] habet Q. — [38] et in conservando — habita] *om.* Q. — [39] allicientem R. — [40] *om.* Q. — [41] statutum Q. — [42] *om.* Q. — [43] sit *add.* Q ; *postea del.* — [44] *om.* P. — [45] talis status] status talis Q. — [46] temporalibus Q. — [47] *del.* R. — [48] alicuius RQ. — [49] universalis *add.* Q; *postea del.* — [50] quia *add.* V ; consuaderi Q. — [51] u *add.* Q ; *postea del.* — [52] non potest — casu renuntiare] *om.* PRQ. — [53] *om.* Q. — [54] genere moris] moris genere V. — [55] plado R. — [56] fuerunt Q ; fuerit *corr.* Q. — [57] reponebatur pecunia] pecunia reponebatur P. — [58] nosse Q. — [59] sub-

trahere R. — [60] provisum *in* invisum *corr.* Q. — [61] pro Q. — [62] *om.* Q. — [63] istis R. [64] *om.* P. — [65] sed *add.* Q. — [66] quin R. — [67] *om.* Q. — [68] *om.* Q. — [69] et — necessitate] *om.* VPRQ ; *add. in marg.* R *et alia m.* V. — [70] proprie R. — [71] romanae *add.* Q. — [72] etiam P. — [73] in *add.* R. — [74] sic *add.* P. — [75] in *add.* Q ; *postea del.* — [76] viderentur PVQ. — [77] tam V. — [78] illa Q ; ille *corr.* Q. — [79] *om.* Q. — [80] non *add.* Q ; *postea del.* — [81] iactum Q ; fratrum *cor.* Q. — [82] agitur sicut] acutur Q. — [83] e *add.* Q ; *postea del.* — [84] *prout* Q. — [85] d *add.* Q ; *postea del.* — [86] quantum scilicet] *om.* Q. — [87] curae — exclusionem] *om.* P. — [88] *om.* Q. — [89] allignutis minimum] allicientis R. — [90] impediuntur V. — [91] *om.* Q ; *deinde suppl.* — [92] ll *add.* Q ; *postea del.* — [93] ideo R. — [94] ista Q. — [95] quia R. — [96] *om.* Q. — [97] ipsue V. — [98] illarum *add.* R. — [99] *om.* Q. — [100] et P. — [101] *om.* Q ; *deinde in marg. suppl.* Q. — [102] tales *add.* Q. — [103] habet RQ. — [104] inutabili R. — [105] papa ordinare] ordinare papa P. — [106] quartus VPRQ. — [107] perfectionum QR ; perfectionem *corr.* R. — [108] mobilia Q ; immobilia *corr.* Q. — [109] religiosos VP. — [110] usum *add.* Q ; *postea del.* — [111] *om.* P. — [112] t *add.* Q ; *postea del.* — [113] aliena quam — reputat] *om.* P. [114] est etiam] etiam est PR. — [115] nisi *add.* Q. — [116] usi *add.* Q ; *postea del.* — [117] supra Q. — [118] *om.* R ; *postea suppl.* — [119] earum *add.* P. — [120] *om.* P. — [121] sic ad PV ; circa *corr.* V. — [122] *om.* R. — [123] in *add.* Q ; *postea del.* — [124] habenda Q. — [125] parcimus R ; parcius *in marg. corr.* R. — [126] utrum perfectior *add.* Q. — [127] indencens Q ; indecens *corr.* Q. — [128] videtur *add.* P. — [129] *om.* P. — [130] *om.* R. — [131] supra tacta] supra dicta R. — [132] eos *add.* Q. — [133] sit contenta — modicis] *om.* R. — [134] habeant QR ; habeat *corr.* Q. — [135] quidam Q. — [136] pro *add.* Q ; *postea del.* — [137] mobilibus Q. — [138] in quibus] *om.* Q. — [139] et *add.* R. — [140] et ex Q ; ac *corr.* Q. — [141] esse *add.* P. — [142] perfectius Q ; parcius *corr.* Q. — [143] *om.* R. — [144] forte plures] plures forte P. — [145] licet *add.* Q. — [146] perfectionis VP ; professionis *corr.* V. — [147] circa R. — [148] magis — quidam] *om.* Q ; alii *add.* R. — [149] parcius possunt] parcius post P ; parcius *om.* V. — [150] tales aliis] aliis tales P. — [151] perfectio PR ; *del. et in marg.* professio *corr.* R. — [152] perfectio R.

(1) MATTH., XIX, 21. — (2) I *Thess.*, IV, 12. — (3) *Id.*, ibid. — (4) Cfr. SANCTUS AUGUSTINUS, *De Opere Monachorum*, c. VI, ss. (PL., t. 40, col. 554 ss.). — (5) I *Thess.*, IV, 11. — (6) I *Thess.*, IV, 12. — (7) *Id.*, ibid., IV, 11. — (8) *Id.*, ibid. — (9) *Id.*, ibid., IV, 12. — (10) *Act.*, IV, 32. — (11) NICOLAUS III, Bulla : *Exiit qui seminat* (cfr. H. SBARALEA, *Bullarium franciscanum*, t. III, p. 408. Ed. 1765). Litteraliter.— (12) *Id.*, ibid. (*op. cit.*, loc. cit., p. 404-417). — (13) *Id.*, ibid. (*op. cit.*, loc. cit., p. 408). — (14) ARISTOTELES, *Ethica Nicomachea*, l. I, c. 3 (II, 1096 a). — (15) Cfr. Bulla NICOLAI III : *Exiit qui seminat.* (apud SBARALEA, *op. cit.*, t. III, p. 407).

QUAESTIO XX

Utrum nunc in Ecclesia est aliquis status perfectior statu apostolorum

Per praedicta patet quid est dicendum ad quaestionem quae iuxta hanc proponebatur [1] et quae superius tacta fuit, videlicet : utrum in Ecclesia sit aliquis status perfectior statu apostolorum. Est enim dicendum quod, cum non sit licitum transire de statu magis perfecto ad statum minus perfectum saltem

sine dispensatione, non est autem aliquis status in Ecclesia adeo perfectus de quo non liceat transire ad statum papae et [**Cod. P, fol. 294 R^a^**] aliorum episcoporum qui nunc in Ecclesia tenent locum Petri et aliorum apostolorum, ex hoc potest concludi quod in Ecclesia non est status perfectior statu apostolorum vel episcoporum, praesertim cum illum statum ipsi apostoli perfectius tenuerint in se ipsis quam nunc ab eorum successoribus teneatur.

Est tamen circa hoc plenius intelligendum quod cum, sicut dictum est in praecedenti [2] quaestione, nullus status sive modus vivendi hominum sit qui sic possit dici perfectus quod appropriet sibi perfectionem [3] sic scilicet [4] quod solum in illo sint homines perfecti et non in [5] alio ; immo in quolibet modo vivendi hominum sive coniugatorum sive aliorum [6] potest quis esse perfectus, est tamen quidam status perfectionis sic quod licet non appropriet sibi perfectionem, appropriat sibi tamen quaedam instrumenta adiuvantia et disponentia ad perfectionem acquirendam et ad acquisitam conservandam ; et ille est status religiosorum qui obligant se ad observandum et faciendum talia per quae nata est perfectio acquiri, et non obligant se ad hoc quod debeant esse perfecti. Et talis status dicitur status perfectionis acquirendae, id est qui includit instrumenta per quae nata est perfectio acquiri ; unde talis status bene compatitur imperfectos. Sed tamen tendentes ad perfectionem per observationem talium instrumentorum quae, qui convenienter observant in ordine ad perfectionem dicuntur esse boni religiosi, licet nunquam ad perfectionem attingerent, supponendum est tamen quod eorum qui talibus instrumentis sic utuntur et adiutorio eorum in operibus virtuosis sic se exercent, plures ad perfectionem perveniunt ; et quod exercent se postea in operibus perfectis [7] et modo praedicto.

Est autem [**Cod. Q, fol. 161 R^b^**] alius status perfectionis qui etiam, licet non appropriet sibi perfectionem, appropriat sibi tamen [8] quaedam opera sic perfecta quod requirunt illum [9] esse perfectum qui illa convenienter exercet [10], unde talis [**Cod. P, fol. 294 R^b^**] status dicitur esse status [11] perfectionis [12], quia exigit hominem iam perfectum. Et dicitur esse status perfectionis exercendae, quia exigit exercitium in operibus perfectis non solum quantum ad se ipsum sed etiam quantum ad alios, illuminando, purgando et perficiendo. Talis autem est status praelatorum. Unde dicit **Glossa** (1) super illud **Iacobi** (2), tertio : si quis non offendit in verbo hic perfectus est vir ; imperitos deterreat [13] ne cupiant praeesse, quia qui cupit praeesse oportet aliis perfectiorem esse ne offendat [14] dum debet prodesse [**Cod. R, fol. 208 R^a^**].

Constat autem quod ille status est perfectior qui ratione suae eminentiae exigit iam perfectum quam ille [**Cod. V, fol. 207 R^b^**] qui non exigit iam perfectum ; [15] et status in quo non potest esse aliquis imperfectus si [16] sit conveniens statui suo illo in quo potest esse quis imperfectus, licet conveniens sit statui suo. Potest enim sic argui et concludi : ille [17] est bonus praelatus ; ergo est vir perfectus. Sed non potest argui : iste est bonus religiosus ; ergo est vir

perfectus. Constat enim quod aliquis saecularis [18] potest eadem die intrare religionem [19] et profiteri ; et statim est religiosus verus et bonus ; non tamen est vir perfectus [20]. Sed qui aggreditur statum praelationis iam debet esse perfectus ; ergo ; et cetera.

Est ergo dicendum quod non est status perfectior statu apostolorum et praelatorum, loquendo de statu qui dicitur status perfectionis, quia homines perfectos requirit ; quia non est status qui [21] de ratione sua requirat homines magis perfectos quam status praelatorum.

Sed loquendo de statu qui dicitur status perfectionis, non quia exigit homines perfectos sed quia includit instrumenta per quae homines disponuntur et habilitantur [22] ad acquirendam perfectionem et qui exigit homines qui continue tendere debent ad perfectionem acquirendam — et sic est status natus facere perfectos illos qui idonee illum [23] tenent — sic status religionis [24] [**Cod. P, fol. 294 V**[a]] est perfectior statu praelatorum et maxime modernorum qui non servant paupertatem tantam sicut apostoli.

Licet ergo apostoli non observaverint huiusmodi paupertatem quam [25] dicunt se fratres minores servare omnino tali modo sicut dicunt fratres huiusmodi se servare, quia hoc non patitur status praelatorum, licet huiusmodi paupertatem tenerent ipsi apostoli quantum ad illud perfectionis quod est in ea quanto perfectius potuerunt secundum statum suum, ex hoc tamen non arguitur minor perfectio status ipsorum. Aliquid enim est possibile et conveniens inferioribus quod non est possibile et conveniens [26] superioribus.

Si ergo circa temporalia respiciamus dominium et ius utendi ex ea parte qua sine imperfectione communiter non habentur [27], sic non potuerunt habere apostoli omnino talem et tantam paupertatem sicut tales religiosi nec omnino secundum illud genus esse perfecti [28]. Cum enim Christus et apostoli essent praelati Ecclesiae [29] de ipsis non convenienter dicitur quod adeo erant pauperes quod in bonis temporalibus non habebant aliquod ius neque dominium. Hoc enim est de iure naturae quod superior sive praelatus curam habens inferiorum et ipsorum salutem et profectum ratione sui officii de iure [30] et ex debito procurans, ius habeat [31] in bonis inferiorum quantum congruit ad usum decentem statum ipsius praelati. Nec huic iuri etiam renuntiare potest praelatus manens praelatus.

Nec hoc derogat perfectioni essentiali ipsorum nec cuiuscumque alterius, videlicet habere ius et dominium in bonis temporalibus, cum etiam iusti viri etiam perfecti habuerint bona in proprio ; quia, ut praedictum est, paupertas religiosorum instrumentaliter et dispositive solum facit ad perfectionem. Quomodo enim poterit dici quod Christus et etiam apostoli tenuerint paupertatem omnino consimilem [**Cod. Q, fol. 161 V**[a]] vel eandem quam modo tenent quidam reliosi? quis enim habuit ius et dominium in vestimentis Christi et apostolorum [**Cod. P, fol. 294 V**[b]] et in bonis de quibus vivebant nisi ipsi? Cum enim apostoli indigentes cibo et potu [32] haec a subditis recipiebant, non

accipiebant [**Cod. R, fol. 208 R^b^**] alienum, sed quod suum erat et eis iure communi naturali et divino debitum. Non sic autem potest dici de talibus religiosis.

Est enim ille modus recipiendi et habendi necessaria vitae nobilissimus et perfectissimus quo praelati Ecclesiae et ministri altaris recipiunt a subditis vitae necessaria, quia recipere ab alio aliquid non gratis sed sibi de iure debitum pro aliquo [**Cod. V, fol. 207 V^a^**] magis bono illi impenso est laudabile et honorabile. Si enim laborans manibus pro opere suo laudabiliter et honorabiliter, recipit pretium laboris et in illo habet ius ut ipsum recipiat et, cum receptum est, dominium et proprietatem habet in eodem, quanto magis praelatus laborans in executione sui officii in operibus spiritualibus ad utilitatem subditorum laudabiliter et honorabiliter recipit vitae necessaria pro stipendio, prout pertractat **Augustinus** (3) *In Psalmis*, capitulo tertio, super illud (4) : Producens foenum iumentis.

Si etiam praelati moderni temporis non solum necessaria vitae, sed etiam ultra necessitatem personalem a subditis recipiunt et etiam abundant in bonis communibus [33] Ecclesiae et cum hoc etiam licet eis habere bona propria, hoc tamen non arguit statum modernorum praelatorum esse minus perfectum statu religiosorum. Quia ad hoc quod [34] aliquis sit perfectus simpliciter et in statu perfectionis, qui scilicet requirit virum perfectum, non requiritur abrenuntiatio talium bonorum quae instrumentaliter et dipositive et non essentialiter et per se facit ad perfectionem, cum constet multos viros eminentis perfectionis bona talia habuisse. Sed ad hoc quod aliquis sit non quidem perfectus, sed ad perfectionem tendens [**Cod. P, fol. 295 R^a^**] per instrumenta commoditatis et quod sit [35] in statu perfectionis acquirendae qui includit instrumenta quibus adiuvatur homo ut commodius et facilius ad perfectionem perveniat, talis abrenuntiatio requiritur. Si autem aliquis status [36] sit perfectior aliquo alio in hoc quod habet aliquid quod est instrumentum et dispositio ad perfectionem quod non habet alius, puta talem paupertatem, non debet ex hoc argui quod sic sit perfectior simpliciter sed secundum [37] quid. Immo ille alius potest esse multum perfectior simpliciter, licet habeat annexum ius et dominium in temporalibus saltem in communi sive in bonis communibus [38] ; ita est in proposito.

Quia etiam status papae multo perfectior est simpliciter statu talium religiosorum, quamvis careat [39] dicto instrumento perfectionis, cum habeat ius et dominium in bonis [40] quibus dicti religiosi utuntur [41] et in pluribus aliis ad solam romanam Ecclesiam pro suo usu spectantibus.

Quod [43] etiam habere ius et dominium in bonis temporalibus non diminuat de perfectione possibili secundum cursum communem haberi patet ex hoc quod [43] domino papa renuntiante [44] dominio quod habet in bonis talium religiosorum et etiam nullo alio illarum rerum dominium sustinente tales [45] perfectionem non haberent, supposito quod vellent habere ad usum tot et

tanta bona sicut nunc habent, nisi ponatur quod sine detrimento perfectionis illarum rerum dominium habere ipsimet possent. Praeterea cum tales religiosi assumuntur ad statum praelatorum in quo habent ius et dominium in bonis temporalibus in communi, sicut pertinet ad praelatos, a perfectione non cadunt nec dicuntur transire de statu perfecto ad statum imperfectum.

Ad rationes est dicendum quod cum conclusio ad quam [**Cod. R, fol. 208 V^a^**] priores rationes inducuntur, sit aliquo modo concedenda, tamen [**Cod. Q, fol. 161 V^b^**] rationes illae hoc efficaciter non ostendunt.

Ad primam enim potest dici quod verum est quod ille status est perfectior cuius professores [**Cod. P, fol. 293 R^b^**] perfectius imitantur Christum in his quae fecit et docuit. Sed, ut de apostolis dictum est, licet Christus tenuerit paupertatem quam dicuntur tenere huiusmodi religiosi quantum ad illud perfectionis quod est in ea, et hoc in quantum statui suo competebat, tamen Christus non potuit tenere talem paupertatem omnino eiusdem rationis, videlicet quod bonis temporalibus uteretur et tamen in illis dominium nec ius aliquod utendi haberet, sed alius. Cum enim Christus fuerit verus pastor omnium ab eis quos tanquam oves regebat et pascebat, sumptus non ex mendicitate sicut dicti religiosi sed ex potestate et de iure accipiebat.

Similiter etiam est intelligendum de apostolis et aliis Ecclesiae praelatis et ministris, prout dicit **Augustinus** (5) in libro *De Opere Monachorum* [**Cod. V, fol. 207 V^b^**] ; et **Glossa** (6) super illud secundo, **Timotheum** (7), secundo : Laborantem agricolam oportet primum de [46] fructibus percipere. Ubi dicitur : castum evangelistam securum facit apostolus ; et vult ut intelligat quod praedicatorem sumere sumptus ab his quos tanquam gregem pascit et tanquam vineam exercet, non est mendicitas sed potestas. Et sic, ut dictum est, in bonis subditorum habent praelati ius. Et cum de illis necessaria vitae recipiunt, sibi debitum de iure recipiunt t illis iure suo et non ex concessione alterius utuntur. Quod autem aliquis utatur bonis ab alio ex gratia et non de iure receptis et quod ex se non habeat ius utendi illis, sed solum ex alterius gratuita concessione, non videtur [47] secundum se et absolute esse quid laudabille vel perfectum.

Cum arguitur ulterius [48] quod sic nihil habentes perfectius implent doctrinam Christi et consilium quod dedit, (**Matthaei** (8), decimo nono) ; dicendum est quod illud consilium est intelligendum, sicut dictum [49] est, regulariter et communiter, sic scilicet quod, cum non debeat aliquis sic bonis temporalibus renuntiare [**Cod. P, fol. 295 V^a^**] totaliter quin remaneat sibi facultas habendi illa ad usum tempore necessitatis, hoc autem non videtur posse fieri simpliciter et absolute, scilicet absque gratuita concessione alterius nisi ille habeat in talibus aliquo modo dominium et ius utendi ; et ideo, ut dictum est, Christus talem modum renuntiandi verbo non expressit in dicto consilio nec etiam monstravit hoc facto omnino consimili et uniformi, quia hoc statui suo cum esset verissimus et perfectissimus praelatus non congruebat. Unde ipse et qui cum eo erant, vivebant de bonis quae sibi pro se et pro suis de iure debebantur.

Nec etiam a sacris doctoribus dictum domini consilium aliter est observatum nec aliter exponitur nisi quod relinquens bona propria vivat de bonis communibus Ecclesiae in quibus habeat ius et dominium in communi; aut si sit singularis persona et vivat de opere manuali ; vel non potens laborare, vivat de acquisitis [50] per mendicitatem ; et in talibus etiam habeat huiusmodi persona dominium [51] et ius utendi. Nec invenitur sanctus doctor qui ad hoc quod dictum consilium perfecte servetur dicat quod in talibus bonis utens illis non debeat habere ius utendi.

Sicut tamen dictum est, non [52] nego quin talis modus vivendi sic nihil habentium sub dicto consilio domini comprehendatur ; nec dico quin supra dictis condicionibus adiectis in hoc perfectior sit ali [**Cod. R, fol. 208 V^b**] quo modo talis modus vivendi. Sed quia, ut dictum est, talis modus est quasi condicionalis et aliquo modo a voluntate et beneplacito alterius dependens, ideo per se et primo de hoc non datur consilium commune [53], quia consilium commune sic debet dari quod possit ab unoquoque simpliciter et absolute fieri et adimpleri.

Ad secundum est dicendum quod per recessum mentalem, scilicet per [**Cod. P, fol. 295 V^b**] substractionem [55] amoris et affectionis a temporalibus per se magis accedit homo ad perfectionem in spiritualibus, non autem per recessum corporalem, alioquin expediret omnino non [56] uti temporalibus.

Et secundum hoc est [**Cod. Q, fol. 162 R^a**] dicendum quod potest esse quod aliquis habens multa bona temporalia quantum ad ius et dominium, sicut sibi secundum statum suum competere potest, et etiam [57] quantum ad usum perfectius recedit a temporalibus recessu qui per se facit ad perfectionem quam religiosus, etiam si sit bonus religiosus [58]. Et secundum [59] hoc talis, secundum quod huiusmodi, debet dici esse melior et perfectior aliquo religioso secundum quod huiusmodi. Loquendo autem de recessu a temporalibus secundum actum vel de facto et quantum ad quantitatem ipsorum bonorum, in hoc scilicet quod aliquis pauca habeat ; et quantum ad modum habendi, in hoc scilicet quod aliquis ius et dominium in illis non habeat in proprio sed solum in communi, vel nec in proprio [60] nec in communi [61], et etiam quantum ad usum aliquo modo, in hoc scilicet [62] quod aliquis bonis temporalibus parce utatur, in quo [63] recessu non per se et essentialiter consistit perfectio, sed instrumentaliter et dispositive [**Cod. V, fol. 208 V^a**] ; sic est dicendum quod, adhibitis supra dictis circumstanciis, perfectior est status nihil habentium nec in proprio nec in communi.Si enim sit maior recessus quantum ad modum habendi, in quantum scilicet in talibus non habent aliquando [64] aliqui ius et dominium, et tamen secundum quantitatem et qualitatem quantum ad usum bona temporalia habent sicut alii vel in maiori copia quam multi alii, non propter hoc est maior recessus a temporalibus qui [65] magis faciat ad perfectionem quam secundum quod in illis habent aliqui ius et dominium in communi. Sed placet eis quod sunt modica quantitate, vilia qualitate et sit etiam usus eorum parcus.

Ad tertium est dicendum quod si illi, qui nihil habent quantum ad ius et dominium, non haberent etiam aliquid quantum ad usum, scilicet quia [66] non indigerent, minor esset sollicitudo eorum circa bona temporalia quam [67] aliorum ; sed cum indigeant bonis temporalibus quantum ad usum, si ve-[Cod. P, fol. 296 R^a]lint esse contenti usu magis parco quam habentes ius et dominium, tunc etiam minorem sollicitudinem oportet [68] eos habere circa talia ; sed si velint uti ita abundanter sicut alii vel abundantius quam alii, nec sit qui procuret eis talia nisi ipsi, quia ille qui dicitur in illis habere ius et dominium circa talia nullam sollicitudinem apponit sed tantum ipsi qui illis utuntur, non apparet unde tales habeant minorem [69] sollicitudinem circa temporalia quam alii ; et in hoc etiam non [70] videntur habere maiorem dispositionem ad perfectionem.

Sed cum diversi sint modi vivendi et habendi temporalia ad usum, quidam enim non habentes annuos redditus acquirunt necessaria vitae per mendicitatem, et inter istos oportet illos qui paucioribus et minus pretiosis volunt uti minus sollicitos esse circa temporalia, sive in acquisitis sive per mendicitatem ha[Cod. R, fol. 209 R^a]beant ius et dominium, sive alius qui tamen circa talium acquisitionem , conservationem, dispensationem minime occupatur.

Similiter etiam quantum ad illos qui vivunt de annuis et perpetuis redditibus [71] communibus, illos qui inter eos volunt esse paucioribus contenti et paucioribus et minus pretiosis volunt uti, minus sollicitos oportet esse circa temporalia. Si autem fiat comparatio viventium de bonis mendicatis ad viventes de redditibus annuis, tunc videtur dicendum quod si viventes de mendicitate volunt esse paucis contenti et modicum pretiosis, alii autem velint multa possidere et magnis et pretiosis velint uti, minus sollicitos oportet esse mendicantes circa modica quam alios circa multa et magna. E converso autem, si viventes de redditibus annuis volunt ssse contenti ita paucis et modicis vel forte paucioribus et minoribus quam mendicantes, videtur indigere sensu qui non [Cod. P, fol. 296 R^b] videt quod viventes de redditibus minus sollicitos oportet esse quam mendicantes.

Ad quartum est dicendum quod non est simile de voto [72] paupertatis et de voto continentiae, secundum quod votum continentiae respicit delectabilia secundum tactum sive in venereis et non delectabilia secundum gustum in esibilibus et potabilibus ; quia enim species humana potest sufficienter [Cod. Q, fol. 162 R^b] conservari et etiam individuum alicuius determinati hominis absque hoc quod actu generationis utatur, ideo potest aliquis totaliter talibus actibus renuntiare et perfectior est renuntiatio universalis talium actuum quam non universalis. Sed cum homo non possit in esse conservari sine usu alimentorum et vestimentorum, ideo non licet alicui renuntiare usui talium totaliter. Et quia habere talia ordinatur ad usum, ideo non debet homo sic omnino renuntiare temporalibus quod non [73] remaneat sibi convenienter facul-

tas habendi illa propter usum tempore opportuno. Et ideo, ut dictum est, non derogat simpliciter perfectioni talia habere et possidere modo decenti propter usum decentem [**Cod. V, fol. 208 R^b^**]. Sicut etiam si non posset homo renuntiare totaliter actui generationis et usui mulieris, convenientius esset habere aliquam determinatam ad determinatum usum [74] quam vage accedere ad quamcumque.

Per praedicta patet responsio ad aliam rationem secundum quod adducitur ad secundam questionem. Quia dicendum est quod non est status cuius professores, si boni sunt et ea quae status eorum requirit convenienter faciant, sint Deo propinquiores quam apostoli et illi qui illis succedunt ; quia, ut dictum est, ille qui assumitur ad statum talem [75] iam debet esse ceteris perfectior et sic Deo propinquior ; non sic autem est de illo qui facit professionem in quacumque religione.

Ad minorem ergo est dicendum quod, sicut per habere temporalia [76] aliquo modo recedit homo a Deo, ita per abdicare illa accedit aliquo modo ad Deum [**Cod. P, fol. 296 V^a^**]. Sed accessus ad temporalia qui per se facit elongationem a Deo et impeditivus est [77] per se perfectionis, non est accessus secundum actum et de facto, sed secundum mentem et affectionem ; et ideo etiam recessus a temporalibus, qui per se facit ad accessum ad Deum et pertinere dicitur per se ad perfectionem, non est recessus secundum actum et de facto, sed secundum mentem et affectionem. Potest autem esse quod aliquis circa modica et vilia magis affici[**Cod. R, fol. 209 R^b^**]tur inordinate quam alius circa multa magna et pretiosa ; et quod aliquis magis afficitur inordinate [78] et anxiatur circa non habita quam alius circa iam habita. Et secundum hoc non oportet quod qui sic magis recedit a temporalibus, scilicet secundum actum et de facto sive sit religiosus sive alius, sit perfectior alio qui sic non recedit ; sed qui magis recedit [79] secundum affectum mentis, ille secundum hoc est perfectior.

Loquendo autem de recessu a temporalibus qui facit instrumentaliter et dispositive ad perfectionem, quae consistit in non habere bona temporalia quantum ad ius et dominium in proprio sed in communi, aut sic quod nec in proprio nec [80] in communi[81], sic potest dici quod magis recedunt aliqui religiosi a bonis temporalibus quam apostoli et adhuc magis quam episcopi qui apostolis succedunt ; quia, ut dictum est, apostoli ratione sui status et officii [82] habebant ius in bonis quae a subditis pro suis necessitatibus recipiebant nec huic iuri renuntiare poterant. Et ideo hoc in nullo erat diminutivum perfectionis eorum ; immo perfectio status eorum hoc exigebat [83].

Similiter etiam, cum episcopi nunc possideant bona ecclesiae in magna abundantia quae sunt bona communia et clericorum pro eorum sustentatione et etiam communium pauperum ad subveniendum eorum [84] necessitati, nec illis episcopus potest [85] renuntiare, sed illa [**Cod. P, fol. 296 V^b^**] debet fideliter

dispensare, in nullo etiam derogat perfectioni status episcoporum talium bonorum possessio, alioquin sequeretur quod episcopus non posset esse perfectus.

Non est tamen negandum [86] quin religiosi, non solum nihil habentes in proprio vel in communi, sed etiam habentes in communi mediocria et sic [87] magis recedentes a temporalibus quam episcopi et in hoc habentes aliquid instrumentaliter et dispositive faciens ad perfectionem sint in statu [Cod. Q, fol. 162 Va] perfectiori quam episcopi habentes huiusmodi bona dicto modo : non quidem intelligendo talium [88] statum esse perfectiorem, quia scilicet perfectiores exigat, sed quia in illo possunt homines facilius ad perfectionem pervenire, ut supra dictum est.

Et ex praemissis potest [89] declarari quod, licet per hoc quod inventi sunt viri sancti multum perfecti qui habuerunt bona temporalia in magna abundantia non solum in communi sicut episcopi et abbates, sed etiam in proprio, puta : reges et principes et plures [90] alii viri saeculares — possit argui quod abdicare bona temporalia in proprio vel etiam in proprio et communi non facit per se et essentialiter [91] ad perfectionem nec pertinet ad statum perfectionis qui appropriet [92] sibi perfectionem et in quo solum possit homo esse perfectus : non tamen potest per hoc argui [93] quod [Cod. V, fol. 208 Va] non faciat ad perfectionem instrumentaliter et dispositive et quod non pertineat ad statum [94] perfectionis, id est ad statum qui appropriat sibi instrumenta perfectionis [95] et [96] in quo potest quis per usum et exercitium [97] in operibus virtuosis adiutorio talium instrumentorum facilius et commodius ad perfectionem pervenire.

Est etiam intelligendum quod, licet [98] per habere bona communia in abundantia sicut habent perfecti praelati, aliquando occasione talium bonorum circa quae multiplices contingunt occupationes ad vitam minus perfectam, scilicet ad activam pertinentes, impe[Cod. P, fol. 297 Ra]diantur aliqui actus perfectiores ad vitam perfectiorem, scilicet contemplativam pertinentes : tamen hoc non diminuit aliquid de illa perfectione quantum ad habitum et essentiam elicientem actus perfectos non solum ad activam pertinentes, sed etiam ad contemplativam tempore opportuno. Quia enim talia bona temporalia, quae perfectus praelatus possidet, non possidet ex voluntaria electione propter se ipsum sed ex quadam necessitate [Cod. R, fol. 209 Va] propter utilitatem communem aliorum, ideo vere est pauper [99] spiritu et voluntate [100] ; et paupertatem sive carentiam talium et tantorum bonorum habet in desiderio et electione ; possessionem autem et dispensationem eorum tolerat ex quadam necessitate ; nec eis renuntiare potest. Quomodo autem cederet ad imperfectionem alicuius si non renuntiet et bonis quibus renuntiare non potest ? Sed si praelatus cum bonis Ecclesiae [101] communibus [102] possideat bona propria vel etiam si quicumque alius sive persona saecularis sive ecclesiastica habeat bona propria quibus posset renuntiare si vellet, si illa ex cupiditate aliqua retineat et non propter maiorem aliquam utilitatem quae ex hoc provenire posset, hoc ad imperfectionem [103] pertinet et diminuit de perfectione

quantum ad essentiam et impedit hominem ne ad perfectionem perveniat ; et cetera.

Ad rationem in oppositum est dicendum quod intentio Apostoli non est generaliter reprobare tanquam malum quod aliquis rem alterius desideret et petat eam sibi dari, humiliter mendicando ; sed quod hoc est reprobandum in otiosis qui nec corporaliter nec spiritualiter curant laborare ; non in illis qui tempore opportuno ad utilitatem et propter salutem animarum fidelium sunt sic solliciti et occupati circa studium, praedicationem et alia [104] exercitia spiritualia quod non vacat eis [105] labore manuum victum acquirere. Et ista ad praesens quantum ad istas duas quaestiones sufficiant.

Cum autem circa materiam istarum quaestionum et nunc et alias multa dixerim ; et in constitutione domini **Nicholai** (9) supra dicta edita super declaratione regulae fratrum minorum, plura scribuntur de quibus [106] in dictis meis mentio invenitur, in eademque constitutione praecipitur sub poena excommunicationis quod nullus doceat contrarium eorum quae ibi continentur, in multiloquio autem est difficile non peccare, si forte in praemissis videar alicui dixisse aliqua aliter quam fuissent dicenda, tamen in pura conscientia dico quod non credo me dixisse contra veritatem neque contrarium alicui eorum quae in dicta constitutione continentur. Unde a [107] dicta sententia sum immunis [108], quia in illos solum qui ex certa scientia vel conscientia et deliberate determinant [109] in scholis seu praedicant contra ea quae in dicta constitutione continentur excommunicationis sententia promulgatur, prout apparet in fine constitutionis supra dictae.

[1] ponebatur Q. — [2] praedicta 1a *m.* Q ; praesertim *corr.* 2a *m.* Q. — [3] *om.* R ; *in marg. add.* R. — [4] quod approprict — scilicet] *om.* Q. — [5] in *add.* Q ; *postea del.* — [6] aliorum *add.* Q. — [7] factis VR. — [8] cum R. — [9] illam VP. — [10] excercent Q ; exercet *coor.* Q. — [11] status *add.* Q. — [12] exercendae *add.* R ; *deinde del.* — [13] de uit Q ; determinet PVR. — [14] offendant Q ; offendat *corr.* Q. — [15] quam ille — perfectum] *om.* P. — [16] sit Q ; si *corr.* Q. — [17] iste R. — [18] aliquis soecularis] soecularis aliquis P ; imperfectus *add.* R. — [19] eodem — religionem] intrare religionem eodem die P. — [20] *om.* Q. — [21] homines *add.* Q ; *postea del.* — [22] trulitantur Q. — [23] sm Q. — [24] s *add.* Q ; *postea del.* — [25] d *add.* Q ; *postea del.* — [26] inferioribus — conveniens] *om.* R. — [27] ex ea parte — habentur] *om.* PQVR ; *in marg. scrips. alia m.* VR. — [28] nec omnino — perfecti] *om.* PQVR ; *in marg. scrip. alia m.* VR. — [29] ecclesia Q. — [30] *om.* Q. — [31] habeant Q. — [32] poni Q. — [33] convenientibus R. — [34] *om.* Q. — [35] quod sit] sit quod Q ; *deinde* quod sit *corr.* Q. — [36] sit status *add.* Q. — [37] quod Q. — [38] bonis communibus] communibus bonis P ; in bonis communibus] bonis in communibus RQ. — [39] *om.* Q. — [40] communibus *add.* P. — [41] *om.* R. — [42] quia PR. — [43] his P. — [44] renunciare RQ. — [45] *om.* Q. — [46] pri mum *add.* Q ; *postea del.* — [47] quantum R. — [48] alterius Q. — [49] non dictum Q ; *deinde* non *del.* Q. — [50] hac quisitis Q. — [51] *om.* Q ; *deinde suppl.* — [52] quaestio Q. — [53] sic debet dare *add.* Q ; *postea del.* — [55] abstractionem Q. — [56] uti *add.* Q ; *postea del.* — [57] et etiam] etiam et P. — [58] etiam si sit bonus religionus] *om.* P. — [59] *om.* Q. — [60] sed solum — in proprio] *om.* Q. — [61] vel nec — in communi] *om.* P. — [62] *om.* Q. — [63] recess *add.*

R ; *postea del.* — [64] *om.* RQ. — [65] quam Q. — [66] scilicet quia] quia scilicet R. — [67] *om.* Q. — [68] quia Q. — [69] minoris Q ; minorem *corr.* Q. — [70] *om.* Q ; *postea suppl.* — [71] illos *add.* Q ; *deinde del.* — [72] bono R. — [73] licet *add.* Q ; *postea del.* — [74] susum Q. — [75] statum talem] talem statum P. — [76] temporalium Q ; temporalia *corr.* Q. — [77] deo *add.* Q ; *postea del.* — [78] quam — inordinate] *om.* R. — [79] sed — recedit] *om.* P. — [80] sed Q. — [81] aut sic — communi] *om.* R ; aut sic quod nec in proprio nec in communi *add.* Q. — [82] ratione R ; *postea del. et* officii *in marg. scrips.* R. — [83] hoc exigebat *add.* R. — [84] *om.* R. — [85] re *add.* Q ; *postea del.* — [85] quin *add.* Q ; *postea del.* — [87] *om.* Q. — [88] stalium Q ; talium *corr.* Q. — [89] sive Q. — [90] principes *add.* Q ; *postea del.* — [91] essentia Q ; *deinde* essentialiter *corr.* Q. — [92] propriet RQ. — [93] ad perfectionem instrumentaliter *add.* Q ; *postea del.* — [94] per *add.* Q. — [95] id est — perfectionis] *om.* PRQ. — [96] *om.* Q. — [97] extremum R. — [98] habere *add.* Q ; *postea del.* — [99] sum *add.* Q ; *postea del.* — [100] voluntatem PVQ. — [101] omnibus *add.* Q ; *deinde del.* — [102] quibus Q ; — [103] pertinet *add.* Q : *postea del.* — [104] *om.* PVRQ ; *in marg. add.* VR. — [105] ho *add.* Q ; *postea del.* — [106] est *add.* Q. — [107] autem RQ ; *del* R *et postea* a *scrips.* R. — [108] itineris Q ; tineris *corr.* Q ; i *add.* R ; *postea del.* — [109] determinante Q.

(1) *Glossa ordinaria* (PL., t. 114, col. 675). Fere verbotenus. — (2) IAC., III, 2. — (3) Resp. SANCTUS AUGUSTINUS. Enarratio in Psalmum CIII, sermo III, V. 14 (PL. t. 37, col. 1315). — (4) *Psal.* CIII, 14. — (5) Resp. SANCTUS AUGUSTINUS, *De Opere Monachorum*, c. VII (PL., t. 40, col. 554-555). — (6) *Glossa ordinaria*, apud LYRANUM, super II. *Tim.*, II, 6 (Douai, 1617, vol. VI, col. 736). Litteraliter. — (7) II *Tim.*, II, 6. — (8) MATTH., XIX, 21. — (9) Cfr. Bulla NICOLAÏ III PAPAE : *Exiit qui seminat* (SBARALEA, *Bullarium francisc.*, t. III, p. 416).

CORRECTIONS ET ADDITIONS (1)

P. 10, l. 27, *lisez* : pertinens. Licet
P. 21, l. 20, » : corporis ; unde
P. 22, l. 36, » : in voluntate
P. 24, l. 11, » : patet in intemperato
P. 28, l. 21, » : cognitione
P. 34, l. 7, » : deserenda est
P. 39, l. 29, *au lieu de* : babere, *lisez* : habere ; — et l. 33, *au lieu de* : actoritas, *lisez* : auctoritas
P. 41, l. 37-38, *lisez* : perfectionem.
P. 44, l. 7, *lisez* : et actus virtuosus.
P. 45, l. 21, *lisez* : conservando ; — l. 35, *lisez* : accidens ; — l. 16, *lisez* : conveniens.
P. 47, l. 31, *lisez* : importat, praecipue prout ; — l. 40, *lisez* : in illis
P. 49, q. IX, *lisez partout* : oboedire.
P. 63, l. 27, *lisez* : Etenim ; — l. 36, *lisez* : melior — talis ; — l. 37, *lisez* : similior, et ; — l. 38, *lisez* : conferri — maius.
P. 66, l. 6, *lisez* : iste reducitur ad paucitatem clericorum. Alius.
P. 69, » : clericorum paucitas] paucitas clericorum RQ.
P. 70, l. 14, » : simpliciter et absolute
P. 71, l. 14, » : saecularem
P. 72, l. 8, » : veritatis
P. 101, l. 5, » : ad unam
P. 111, *entre les variantes* 8 et 11, *intercalez* : [9] quaerebantur 1^{ae} *m.* V *in* quaerebatur *corr.* 2^{a} *m.* V. — [10] supponi R.
P. 112, l. 28, *lisez* : negociando
P. 114, l. 11, debitores. *Les manuscrits ont* : creditores.
P. 115, l. 5 et 8, *lisez* : Et cetera.
P. 117, l. 9, *lisez* : ceterum.
P. 119, l. 31, » : sacerdoti.
P. 123, l. 16, » : praelato.
P. 126, l. 13, » : pecuniae.
P. 128, l. 3, » : non tenetur ; quia ; *et* l. 36, *lisez* : Epistula.
P. 130, q. XVI, *lisez partout* : oboedire *et* oboedit.
P. 140, l. 22, *lisez* : religiosorum.
P. 149, l. 41, *au lieu de* appelando, *lisez* : appellando.
P. 157, l. 41, *corrigez* reliosi *en* religiosi.
P. 158, l. 22, dipositive ; *corrigez* dispositive.
P. 159, l. 11, *lisez* : [Cod. P., fol. 295 R^{b}] ; *et* l. 22, *au lieu de* illud secundo, *lisez* : illud, Secunda.
P. 164, l. 13, *lisez* : Nicolai.

(1) La table des questions et la table alphabétique des auteurs cités seront publiées après le quodlibet XIV du volume V.

SIGLES

Cod. P = nº 15842, lat., Bibliothèque Nationale, Paris.
Cod. V = nº 14301, lat., Bibliothèque Nationale, Paris.
Cod. C = nº 170, Pembroke College, Cambridge.
Cod. R = nº 1032, lat. Bibliothèque Vaticane, Rome.
Cod. Q = nº 302, lat., Borghèse, Rome.

IMPRIMERIE
G. MICHIELS-BROEDERS
TONGRES

DECIMUM TERTIUM QUODLIBETUM

QUAESTIO I

Utrum scientia theologiae sit scientia speculativa.

Quaerebantur [1] quaedam circa [2] scientiam theologiae secundum se, quaedam vero de his de quibus tractat [3] scientia theologiae.

Circa primum quaerebatur unum, videlicet ; utrum scientia theologiae sit scientia speculativa. Et arguitur quod non : sed [4] est scientia practica factiva, quia scientia quae docet facere artificialia est factiva. Ista est huiusmodi [5] ; quia in *Genesi* (1) docet fabricare arcam ; in *Exodo* (2) docet [6] construere tabernaculum et utensilia eius ; in tertio *Regum* (3) [**Cod. R, fol. 209 V^{b}**] docet aedificare templum. Ergo. Et caetera. Item arguitur quod est practica activa, quia scientia [**Cod. P, fol. 297 V^{a}**] quae tractat de virtutibus moralibus et de moribus [7] humanis est practica activa. Sed ista est huiusmodi [8], sicut patet in maiori parte eius. Ergo. Et caetera. Item arguitur quod non sit proprie speculativa nec etiam practica, sed affectiva. A fine enim [9] denominatur scientia. Sicut ergo [10] scientia cuius finis principalis est speculari vel considerare est speculativa, et illa cuius finis est facere vel agere est practica, ita illa cuius finis principalis est diligere est affectiva. Sed ista scientia est huiusmodi, quia dicit **Augustinus** (4) in libro *De Doctrina christiana* [11] : legis et omnium divinarum [12] scripturarum plenitudo [13] et finis est dilectio rei qua fruendum est, et rei quae nobiscum ea re frui potest.

Contra. Nobilissima scientiarum [14] est speculativa, primo *Metaphysicae* (5) ; sed theologia est nobilissima scientiarum. Ergo. Et caetera.

Responsio. Dicendum quod distinctio et diversitas scientiarum [15] per se et primo accipitur ex obiecto ; et ex consequenti ex diversitate obiectorum consequitur diversitas ex fine. Cum enim obiectum scientiae sit ens quod cadit sub consideratione intellectus, entium autem quae ab intellectu sunt considerabilia quaedam sunt talia quod [16] respectu eorum intellectus [17]

per actum intelligendi solum est illorum considerativus [18]; quaedam autem sunt talia quod etiam illorum intellectus per actum suum intelligendi est causativus et effectivus; talia autem sunt obiecta diversarum rationum; secundum hoc ergo principaliter distinguuntur scientiae, quia quaedam sunt speculativae, quaedam autem sunt practicae.

Nec in plura membra potest scientia in generali dividi prima divisione quae causatur secundum divisionem entium de quibus tractat, quia ens [19] in comparatione ad intellectum prima divisione in plura membra non dividitur. Non enim potest esse ens aliquod in rerum natura quin cadere possit sub consideratione intellectus. Sed rerum quaedam sunt quarum intellectus non est causa vel [**Cod. P, fol. 297 V**[b]] operativus, sed solum considerativus vel cognitivus. Et sic respectu illarum non potest dici practicus, sed [20] solum speculativus. Quaedam autem sunt [21] quarum intelligens [22] per intellectum est causa; et sic respectu illarum non solum est considerativus, sed etiam operativus. Et [23] ex hoc dicitur practicus, non quidem propter operationem quae est actus vel operatio [24] intelligendi, sed propter operationem aliam quae est transiens extra operantem, sicut est opus quod per artem dirigitur vel propter operationem intus manentem secundum aliam potentiam tamen quam sit intellectus, quod est opus virtutum moralium quod dirigitur per prudentiam [25].

Unde [**Cod. Q, fol. 163 R**[a]] si theologia non est scientia proprie practica nec proprie speculativa, sed aliter debet denominari ut [26] dicatur affectiva, et non sit hoc idem quod practica praeter habitus intellectuales positos a **Philosopho** (6), sexto *Ethicorum* [27], oportet ponere alium nomen [28] **Philosopho** ignotum. Sed quia non possunt plura genera entium reperiri quam praedicta, ideo omnis scientia debet dici speculativa vel practica. Unde secundum **Philosophum** (7), sexto *Metaphysicae*, scientia practica est quae est de his quorum principium effectivum est in ipso sciente. Theologica autem est illa quae est de tali ente cuius principium non [**Cod. R, fol. 210 R**[a]] est in considerante.

Ex [**Cod. V, fol. 209 R**[b]] huiusmodi autem diversitate obiecti sumitur etiam [29] diversitas finis, quia [30] ex hoc quod obiectum scientiae practicae est operabile a considerante [31], quia eius principium est ipse considerans, constat quod consideratio eius perfecta secundum condicionem [32] suae [33] naturae exigit quod consideretur in ordine ad opus. Illud autem quod non subicitur operationi considerantis solum consideratur ut [34] in eius consideratione perficiatur intellectus.

Est ergo considerandum quid [35] est [36] subiectum theologiae [37]. Et secundum hoc est quaestio proposita determinanda. Si ergo theologia est solum sive principaliter [38] de rebus quae non subiacent operationi nostrae [39], est solum speculativa. Si autem [**Cod. P, fol. 298 R**[a]] est solum sive principaliter de his quae subiacent operationi considerantis, est solum practica;

et est utroque modo simpliciter [40] una scientia. Si autem est de utrisque principaliter et per se, sic videlicet quod ea quae non sunt agibilia sed solum speculabilia consideraret propter se et propter perfectionem quae ex huiusmodi [41] speculatione contingit, etiamsi de agibilibus non intenderet ; et etiam e converso, quod ea quae agibilia sunt a nobis consideret [42] propter se et propter finem ad quem per se ordinantur, alium quidem quam sit speculatio quae in hac vita potest [43] haberi quia ad illam per se on ordinantur, sicut infra [44] videbitur, et illa [45] consideraret etiamsi de speculabilibus non consideraret [46], sic non videtur esse una et [47] indistincta scientia simpliciter, sed aliquo modo plures. Et secundum hoc nec [48] est ei unus finis assignandus ut dicatur [49] simpliciter speculativa non [50] practica, vel e converso, sed dicenda est et practica et [51] speculativa.

Circa hoc ergo est intelligendum quod si, prout magis communiter dicitur, Deus est subiectum theologicae scientiae [52] (nam secundum quod dicit **Hugo** (8), secundo *Didascalicorum*, theologia dicitur esse sermo habitus de divinis ; Theos enim [53] Deus, logos sermo vel ratio interpretatur [54] secundum hoc videtur aliquibus [55] (9) dicendum quod theologia est scientia simpliciter speculativa [56], non obstante quod tractat de moralibus et agibilibus, quia de illis non tractat propter se et [57] principaliter, sed propter ipsam speculationem : ut scilicet per virtutes morales de quibus tractat theologia, sedatis passionibus, serenetur oculus mentis et clarior et robustior fiat ad capiendum perfectius notitiam veritatis [58] circa speculabilia [59]. Et ut sic, licet sit [60] simpliciter [61] speculativa, potest tamen dici secundum quid practica.

Sed istud [62] non videtur sufficere : quia videtur quod de moralibus in hac scientia tractetur principaliter et propter se et non solum per accidens et propter [63] aliud, scilicet ut per illa serenetur sic oculus ad [64] capiendum melius notitiam [Cod. P, fol. 298 R^b] veritatis speculativae quae [65] in hac vita et in scientia theologiae potest haberi. Immo de ipsis principaliter tractatur [66] ut per opera virtutum moralium mereatur quis assequi vitam aeternam, quae consistit in speculatione apertae [67] visionis divinae essentiae in beata [68] vita. Unde quando in theologia fit mentio de operibus moralibus virtuosis et exhortatio ad hoc quod homines illis intendant, non scribitur quod hoc faciendum sit principaliter nisi propter vitam aeternam consequendam, secundum illud **Matthaei** (10) decimo nono : « Si vis ad vitam ingredi serva mandata ». ita quod si in theologia de notitia speculabilium non traderetur nisi quantum sufficere posset ad habendam [69] notitiam vitae aeternae in [70] generali, quae [Cod. Q, fol. 163 R^b] est finis operum meritoriorum, scilicet [71] quod [72] ipsa est et quod consistit in cognitione Dei immediata in vita futura, absque hoc [73] quod traderetur notitia [Cod. R, fol. 210 R^t] de Deo secundum proprietates eius speciales et absque notitia plurium speculabilium conclusionum [74] specialium de [75] ipso etiam [76] in vita praesenti scibilium, nihilominus [77] esset tradenda notitia praeceptorum et agi-

bilium moralium multum in speciali per quae posset homo vitam huiusmodi beatam promereri. Et sic [78] videtur quod non [79] debeat dici quod non tractetur in theologia de his quae ad mores pertinent principaliter et propter se, sed solum propter perfectiorem notitiam habendam speculabilium quae in hac scientia [**Cod. V, fol. 209 V^a^**] traduntur.

Cum enim quantum ad hoc similiter valeant ad perfectam speculationem quae per scientias humanas speculativas habetur, quae ponitur a philosophis finis ultimus et principalis vitae humanae, consimiliter [80] etiam de illis esset tractandum in scientiis speculativis humanis.

Et sicut in theologia speculativa fidelium cum speculabilibus [81] tractantur moralia [82], ita [83] esset faciendum in metaphysica quae est theologia [**Cod. P, fol. 298 V^a^**] hominum solo lumine utentium naturali, et non diceretur quod de ipsis principaliter et propter se esset habendus aliquis tractatus. Quae videntur inconvenientia.

Cum ergo tractare de moralibus principaliter et propter se sic quod non solum propter speculationem [84] huius vitae non minus, immo magis pertineat ad fideles utentes ratione fide informata quam ad [85] carentes fide utentes sola naturali ratione, tum quia [86] perfectiori et eminentiori modo virtutes [87] morales debent [88] habere et illis perfectius uti, tum quia a fidelibus ad finem eminentiorem et perfectiorem, videlicet ad speculationem perfectam vitae aeternae, non quidem quasi removendo prohibens et per accidens et dispositive, sed per se et principaliter, quia ut [89] illius meritorie ordinantur, constat quod fideles secundum quod huiusmodi [90] debent habere aliquam [91] scientiam in qua principaliter tractetur de moribus [92], non est autem dare aliam nisi illam quae communiter theologia dicitur et in canone bibliae traditur. Ergo debet dici quod theologia principaliter tractat de moribus [93].

Unde dicitur [94] **Matthaei** (11), vigesimo tertio [95] : Super cathedram Moysi ; — *Glossa* (12) id est, doctrinam quam docuit **Moyses**, — sederunt scribae et pharisaei ; Omnia ergo quaecumque dixerint [96] vobis ; — *Glossa* (13) : ad cathedram pertinentia, — « servate et facite » [97]. In eodem (14) dicitur quod, cum quidam legis doctor quasi fingens se velle discere a Christo tanquam a praecipuo legis doctore aliqua quae ad ipsam legem principaliter pertinent, dixit : Magister quod est mandatum magnum in lege? ait illi Iesus : Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde ; et caetera. Secundum autem est simile huic : diliges proximum tuum sicut te ipsum : in his duobus mandatis tota lex pendet [98] et prophetae [99]. Quia secundum *Glossam* (15), ad haec duo totus refertur [100] decalogus vel decem praecepta quae [**Cod. P, fol. 298 V^b^**] fuerunt scripta in duabus tabulis legis a Deo Moysi traditis, monita etiam prophetarum ibi [101] habent finem.

Unde cum secundum hoc theologia videatur esse quasi quaedam lex divina et scientia moralis de talibus principaliter tractans, videtur [102] aliquibus quod ipsa est simpliciter practica, non obstante quod tractat de [103]

aliquibus puris speculabilibus, quia de illis non videtur tractare nisi in quantum per ea ostenditur esse finis aliquis per opera moralia per modum meriti acquirendus, et declaratur in quo consistit talis [Cod. R, fol. 210 Va] finis, scilicet in visione [104] aperta Dei in vita futura aeterna, prout **Philosophus** [105] (16) in scientia morali, scilicet decimo *Ethicorum* [106] aliqua tractat de felicitate [107] contemplativa. Si autem ultra haec aliqua [108] speculabilia tractantur quae sunt de Deo magis in speciali cognoscibilia, dicunt isti quod hoc fit ut [109] illis [Cod. Q, fol. 163 Va] plenius cognitis [110] affectus [111] amplius inardescat [112] ad desiderandum illa et ad operandum virtuose ut [113] illa [114] mereatur bene operans [115] obtinere [116], ut [117] sic etiam licet sit simpliciter practica, potest tamen dici speculativa secundum quid.

Sed istud etiam non videtur sufficere : quia licet in scientia morali possint tractari aliqua ad speculabilia pertinentia, in quantum scilicet illa [118] valent ad pleniorem notitiam eorum quae ad moralia pertinent [119], puta : in libro primo *Ethicorum* (17) tractatur aliquo modo de potentiis animae quarum notitia ad naturalem scientiam per se pertinet ; sed in morali tractatur de eis non quidem principaliter et propter se sed ut [120] per hoc melius cognoscatur natura virtutum et earum habitudo et distinctio ad invicem. Similiter etiam in decimo *Ethicorum* (18) tractatur aliqualiter de felicitate contemplativa in generali, in quo scilicet consistit subiective [Cod. V, fol. 209 Vb] scilicet in eminentiori potentia animae ; et obiective, quia respectu [Cod. P, fol. 299 Ra] primi intelligibilis, et caetera : quae ad metaphysicam pertinent per se et principaliter, ut [121] cognoscatur [122] differentia inter felicitatem practicam et speculativam : et sic ipsa practica felicitas melius et plenius cognoscatur. Quia tamen [123] talia per se pertinent ad alias scientias speculativas a quibus moralis ea accipit, oportet ponere praeter scientiam moralem alias scientias speculativas in quibus de istis principaliter et propter se tractetur plenius et magis explicite.

Nec haec ad scientiam moralem saltem per se pertinent [124], quia etiam non est hoc scientiae humanae quae proprie sit una, scilicet tractare propter se et principaliter de talibus sic distinctis. Ergo cum [125] circa Deum sint [126] fideli adiutorio luminis fidei et luminis naturalis multa speculabilia [127] cognoscibilia etiam in hac vita, licet ad moralem scientiam fidelium [128] bene pertineat notitia [129] aliquorum de illis non quidem principaliter et propter se nec in speciali sed, ut dictum est, quia moralia considerantur a theologo in quantum per ea potest quis [130] assequi contemplationem beatam per modum meriti, requiritur quod habeatur in generali aliqualiter [131] notitia de huiusmodi [132] fine quid [133] sit et in quo consistit. Istorum tamen notitia [134] quia principaliter et per se pertinet ad aliquam [135] scientiam speculativam a qua [136] talis moralis hanc [137] notitiam accipit [138], oportet ponere praeter huiusmodi moralem scientiam [139] aliquam scientiam speculativam in hac vita, in qua principaliter et propter se tractetur de speculabilibus sic natis

cognosci circa divina, alioquin essent minus sufficienter provisum quantum [140] ad scientiam fidelibus.

Item [141] cum vita fidelium sicut etiam fide carentium dividatur in activam et contemplativam, constat quod alicuius scientiae fidelium est considerare principaliter ea quae de Deo a fidelibus sunt speculabilia et etiam cum hoc con- [**Cod. P, fol. 299 R^b**] siderare principaliter ea quae [142] propter assequendam vitam futuram [143] sunt agibilia.

Item constat quod alicuius scientiae est, prout patitur status huius [144] vitae, considerare de illis quae [145] fide tenemus ; fides autem principaliter est de speculabilibus [146] non de agibilibus ; ea autem quae fide primo tene- [**Cod. R, fol. 210 V^b**] mus [147] aliquo modo intelligere et scire conari debemus. Et ad hoc intenderunt sancti doctores qui circa expositionem sacrae scripturae et ad declarationem eorum quae fidei [**Cod. Q, fol. 163 V^b**] sunt sollicite vigilaverunt. Unde dicit **Augustinus** (19) *Super Iohannem*, sermone secundo [148] : « Discamus ut si ille dignum iudicat, quod verum est intelligamus. Ergo ante omnia id est [149] primo et principaliter conari debemus ut sciamus verba [150] Dei. Quare enim [151] dicta sunt nisi ut [152] sciantur? [153] Quare sonuerunt nisi ut audiantur? quare audita sunt [154] nisi ut [155] intelligantur? » De ista etiam scientia, in quantum considerat principaliter ea quae sunt speculabilia huic scientiae propria, quia sunt ea quae fidei subsunt, dicit **Augustinus** (20), decimo quarto [156], *De Trinitate*, capitulo quarto: « Non utique quicquid sciri potest ab homine in [157] rebus humanis huic scientiae tribuendum est, sed illud solum saluberrima fides gignitur, nutritur, defenditur et roboratur, qua scientia non pollent fideles plurimi quamvis polleant ipsa fide. »

Et secundum praemissa patet quod ad [158] hoc quod homo fidelis secundum quod huiusmodi sit sufficienter perfectus scientiis quas natus est convenienter habere pro statu vitae praesentis, oportet ponere aliquam scientiam fidelium secundum quod fideles sunt quae tractet principaliter et de moralibus per quae homo acquirit [159] notitiam speculativam beatam [160] per modum meriti [161] et quae [162] etiam principaliter [163] tractet de speculabilibus in quibus consistit ipsa speculatio beata, licet multum imperfecta sit illorum speculatio [164] [**Cod. P, fol. 299 V^a**] in hac vita respectu futurae ; quia neutrum per se sufficeret ad perfectionem possibilem et convenientem homini fideli etiam viatori [165].

Si dicatur quod fideles sicut alii etiam [166] indigent artificiis et his quae per artes mecanicas fiunt nec tamen propter hoc dicitur quod ad theologiam, quae est scientia fidelium, pertineat principaliter tractare de talibus ; ergo ita [167] etiam debet [168] dici de moralibus ; dicendum quod non est simile. Quia licet fideles operibus artis indigeant sicut [**Cod. V, fol. 210 R^a**] alii, non tamen nisi eodem modo et ad illum finem ad quem [169] alii indigent [170] eisdem. Sicus autem est de moralibus, quia illis indigent propter alium [171]

finem ad quem per se inducunt; et [172] quia eminentiori et perfectiori modo debet habere virtutes morales fidelis secundum quod [173] fidelis quam alii.

Sed cum ista ut [174] sic principaliter [175] considerantur, non possint [176] considerari sub una ratione speciali ut pertineant ad aliquam [177] scientiam specialem quae simpliciter et proprie sit una, nec etiam habeant sic attributionem [178] ad aliquid unum nec unum sic attribuatur alteri quod possint etiam proprie pertinere ad unam scientiam [179] communem sive aliquo modo universalem, sicut dicitur de metaphysica [180]; quia et moralia et etiam speculabilia praedicta sub propriis et distinctis rationibus par se et principaliter considerantur; nec unum illorum habet attributionem ad aliud sicut entia communiter [181] ad ens primum quod est substantia, secundum hoc videtur [182] quod theologia in quantum comprehendit considerationem talium non possit esse vere et proprie sic una scientia sicut est una scientia [183] quaecumque alia scientia humana [184]; sed erit [185] scientia aliquo modo vere plures habens sic plura subiecta [186] et etiam plures fines. Sed hoc non attestatur super [187] defectu [188] vel imperfectione eius: immo [Cod. P, fol. 299 V[b]] potius super [189] sua eminentia et dignitate et plenitudine perfectionis suae. scilicet quod non determinatur ad alterum istorum tantum. quia considerat [190] quodlibet illorum non ut omnino distincta et inconnexa sunt. sed ut [191] ad invicem talem habitudinem habentia, quod non sufficeret perfectioni suae considerare [Cod. R, fol. 211 R[a]] tantum de altero illorum.

· Et ideo ad huius evidentiam est [192] intelligendum quod non videtur inconveniens quod theologia non sic sit scientia una proprie sicut aliae. Nec tamen est simpliciter plures sicut moralis [193] [Cod. Q, fol. 164 R[a]] et metaphysica humana. Immo est una unitate quae congruit scientiae ordinatae ad perfectionem hominis fidelis secundum quod huiusmodi. secundum scientias in hac vita. Cum enim perfectio finalis hominis consistat in cognitione speculativa [194] primi veri [195] ultra cognitionem quae possibilis est ex naturalibus et homo fidelis non habeat hanc suam perfectionem finalem in hac vita sed in futura, quia consistit in speculatione primi veri [196] immediata; ad perveniendum ergo ad illam intendere habet sicut est [197] possibile viatori. Ad hoc autem quod ad illam possit pervenire requiritur quod habeat in hac vita illius aliquam [198] cognitionem primo per fidem. quia ut dicitur *Hebraeorum* (21) undecimo, « sine fide impossibile est placere Deo ». qui est obiectum et efficiens et fidei et scientiae quae de his quae sunt fidei habetur. Et quia ultra simplicem notitiam fidei eorum quae fidei subsunt possibilis est in [199] via alia notitia perfectior quae scientia dici potest non nisi speculativa, quae etiam est ultima [200] perfectio possibilis homini in hac vita et ordinatur ad aliam speculationem vitae futurae, sicut imperfectum vel minus perfectum ad perfectum [201]. conveniens est quod etiam homo perficiatur tali cognitione in hac vita quia iste est ordo conveniens ut [202] ab uno extremo [203] in aliud per aliquod medium procedatur, ideo conveniens est

quod homo in hac vita quasi [204] [**Cod. P, fol. 300 R^{a}**] per quoddam medium pertranseundo ab ignorantia sive a nescientia naturaliter innata divinorum [205] ad perfectam eorum notitiam in futuro transeat per scientialem cognitionem possibilem haberi in praesenti quae supponit notitiam simplicem fidei. Sed quia hoc non sufficit homini, quia [206] nec [207] in hoc habet perfectionem contemplativae quam natus est habere et in qua sua beatitudo consummatur [208], nec etiam habet in hoc sufficienter ea per [209] quae possit huiusmodi perfectam speculationem [210] patriae [211] adipisci [212], quia neque [213] per inventionem a se ipso neque per doctrinam ab alio magistro acquiritur, sed illis qui meruerunt per bonas operationes virtutum caritatis et caritate informatarum [214] tribuitur a Deo secundum illud Prima *Corinthiorum* (22) decimo tertio ; si habuero omnem scientiam et omnem fidem [215], caritatem non habuero, nihil sum [216], nihil mihi prodest, — scilicet ad vitam [217] aeternam promerendam secundum *Glossam* [218] (23). Et etiam **Matthaeo** [219] (24) decimo nono [220] dicitur : « Si vis ad vitam ingredi serva mandata » ; ubi enumerantur praecepta decalogi. Illa autem vita est de qua dicitur **Johannis** (25) decimo septimo : « Haec est vita aeterna ut cognoscant te verum Deum ; et caetera. »

Sic ergo patet [**Cod. V, fol. 210 R^{b}**] quod scientia quae est propria fidelium secundum quod huiusmodi debet tractare principaliter de agibilibus et speculabilibus, non tamen sic per se vel propter se de quibuslibet [221] illorum quin utraque consideret in ordine ad aliquem unum finem magis principalem [222] non quidem intrinsecum sed extrinsecum. Et sic propter habitudinem et connexionem quam habent ea de quibus est theologia ad illum unum finem principalem et [223] ex hoc aliquo modo etiam inter [224] se non faciunt scientias omnino plures et disparatas, sed scientiam aliquo modo unam tali unitate connexionis et ordinis ad unum. Non sic autem potest dici de scientia morali et metaphysica humana ; quia non sic [225] [**Cod. P, fol. 300 R^{b}**] habent ordinem [**Cod. R, fol. 211 R^{b}**], habitudinem et connexionem inter se nec respectu tertii. Et ideo non possunt facere [226] scientiam tali modo unam.

Per praedicta patet quid est dicendum ad quaestionem. Quia non recedendo totaliter ab his quae communiter dicuntur, videtur esse dicendum quod theologia est aliquo modo et speculativa et [227] practica ; non sic [**Cod. Q, fol. 164 R^{b}**] quod sit speculativa simpliciter, practica vero [228] secundum quid, aut [229] e converso ; sed sic quod est dicenda aliquo modo utrumque simpliciter, scilicet speculativa et practica, ut [230] expositum est.

Sed quia non est [231] omnino simpliciter scientia plures ratione initatis aliqualis quam secundum modum supra dictum habet, videtur etiam ei esse assignandus unus istorum finium tanquam magis principalis. Et potest dici quod magis est speculativa quam practica ; tum [232] quia illud ad quod principaliter ordinatur ista scientia quantum ad [233] speculabilia et agibilia ut ad

finem extrinsecum est speculatio ; tum quia illud speculationis quod est in ista ut finis intra magis convenit [234] cum illa [235] speculatione finali, scilicet sicut perfectum et imperfectum quam illud quod est practicum ; tum quia est nobilius et perfectius et sic prius dignitate speculatio in hac scientia secundum se [236] quam praxis [237] ; et ideo est [238] principalius [239] in intentione. Sicut enim illud quod omnino principaliter et finaliter desideramus est contemplatio beata visionis divinae essentiae immediate sive facie ad [240] faciem, cui [241] ista, sicut est possibile in via, maxime assimilatur ; ita etiam [242] illud quod in hac vita sub ratione finis magis principalis desideramus, ut scilicet finem sub fine est contemplatio et cognitio Dei speculativa quae nobis est possibilis in hac vita, ut quaedam imperfecta participatio illius perfectae speculationis. Sed quia, ut dictum est, talis speculatio [243] non sic perficit quod quietet appetitum, nec etiam [244] sufficit ut per eam solam adipisci possimus illam perfectissimam in vita futura, ideo etiam praeter illa quae [245] ista scientia docet [**Cod. P, fol. 300 V**a] de talibus speculabilibus debet cum illis docere de agibilibus per quae illam perfectam speculationem per modum meriti consequi valeamus [246].

Quod autem magis principalis finis huius [247] scientiae sit speculatio, patet etiam ex nominis [248] sui proprietate. Dicitur enim theologia ; theologia autem, ut dictum est, est [249] sermo vel scientia de Deo. Unde cum Deus secundum se et absolute, non eius [250] dilectio, qua scilicet ipsum diligimus nec eius [251] glorificatio vel beatificatio, qua scilicet nos glorificat vel beatificat, ponatur subiectum huiusmodi [252] scientiae, ipsa magis est speculativa quam practica.

Ad argumenta est [253] dicendum quod illud per quod probatur quod theologia est practica activa et illud per quod probatur quod est [254] speculativa sunt concedenda.

Ad aliud per quod probatur quod est practica factiva est dicendum quod scientia [255] quae docet aliqua [256] scibilia [257] quantum ad materiam et formam et aliquem modum faciendi propter ipsum opus principaliter debet dici factiva. Sed si de talibus tractet [258] principaliter propter aliqua [259] speculabilia vel agibilia quae per illa secundum eorum materiam et formam et modum agendi sunt intelligenda et propter quae sic de talibus tractatur, magis debet dici talis scientia speculativa vel activa quam factiva. Ita autem est in proposito ; quia ea quae circa praedicta scibilia in theologia tractantur, ordinantur ad mysticum intellectum et in eis accipienda sunt aliqua [260] [**Cod. V, fol. 210 V**a] aeterna speculabilia quae sunt credenda et speranda et aliqua [261] moralia quae sunt agenda [262]. Et sic, licet quantum ad [**Cod. R, fol. 211 V**a] nudum sensum litteralem, theologia in quantum de talibus tractat aliquo modo et [263] secundum quid possit dici factiva, tamen secundum sensum mysticum quem principaliter intendit in illis, est simpliciter activa vel speculativa.

Ad aliud per quod probatur quod est affectiva non proprie activa, dicendum quod, ut [264] dictum est, non possunt poni plures fines scientiarum quam [**Cod. P, fol. 300 V**^{b}] praedicti. Unde dicunt [265] aliqui quod, licet tota speculatio [266] theologiae in vita ista et contem- [**Cod. Q, fol. 164 V**^{a}] platio etiam in vita beata, sint [267] propter dilectionem Dei finaliter, hoc tamen non facit scientiam [268] esse affectivam [269] nec practicam. Sed nihilominus debet dici [270] simpliciter speculativa dicentes quod quaedam est operatio voluntatis quae ab ipsa perficitur extra se in aliud extendendo vel transeundo, sicut est qualibet actio directa [271] in finem. Alia est quae ipsam voluntatem perficit quam intra se [272] elicit et per quam fini ultimo se coniungit. Scientia ergo quae considerat de operatione voluntatis primo modo est practica ; quia proprium est practicae dirigere talem actionem .Sed scientia quae considerat de [273] opere voluntatis secundo modo est speculativa, cuius est voluntati obiectum suae operationis praesentare ut in ipsum voluntas sua operatione tali solum tendat. Hoc modo operatio voluntatis bene est finis huiusmodi scientiae. Nec tamen per hoc [274] debet dici [275] practica vel etiam affectiva.

Sed istud non valet ; quia licet quae isti ponunt essent bene dicta [276], per illa tamen nullo modo declaratur quod non debet haec scientia dici affectiva ; sed solum quod non debet [277] dici proprie activa [278] ; quia, licet illa operatio quae est voluntatis eo quod a voluntate causata vel imperata magis proprie dicatur practicum vel agibile quoddam quam alia operatio voluntatis, qua voluntas intra perficitur, huiusmodi [279] tamen operatio voluntatis verissime et propriissime et formaliter affectio [280] potest dici. Et secundum hoc scientia considerativa talis operationis et aliorum quorumcumque propter ipsam affectiva posset dici [281].

Praeterea talis distinctio non valet ad declarandum quod haec scientia [282] non debet dici activa, posito quod ipsa principaliter consideret dilectionnem [283] Dei et alia propter ipsam, quia [284] operatio voluntatis respectu obiecti non est nisi quoddam velle bonum amato cognito vel ipsum amare [285] vel complacere quoddam in cognito [**Cod. P, fol. 301 R**^{a}].

Aut ergo huiusmodi actus voluntatis sunt respectu Dei cogniti secundum quod cognitus vel secundum quod est aliquod bonum secundum se et propter se diligendum. Si primo modo sic potest dici quod propter tales actus non dicitur scientia nisi speculativa ; quia illi actus non sunt propter se nec [286] propter se condiderantur ; sed sunt propter cognitionem vel ad ipsam cognitionem consequentes ; et illud quod in talibus est de ratione amicitiae debet referri ad amorem concupiscentiae. Qui enim Deum diligit vel vult ei bonum secundum quod cognitus, vult [287] hoc ei propter ipsam cognitionem quae ab ipso habet esse et perfectum esse [288]. Et [289] similiter si complacet alicui Deus secundum quod cognitus, complacentia talis est principaliter in ipsa cognitione.

Cum autem dicitur quod theologia tractat de virtute qua diligitur Deus quae [290] est caritas et de operatione voluntatis qua Deus [291] principaliter [292] diligitur, non intelligitur de his quae ad huiusmodi actus voluntatis pertinent, sed de illis quae pertinent ad actus voluntatis [293] quibus diligitur Deus secundum [294] se ipsum et propter se ipsum, et hoc amore benevolentiae sive amicitiae ; constat autem quod [295] talis amor est aliquid [Cod. R, **fol. 211 V^b^**] vere et proprie [296] ad scientiam practicam pertinens, quia non est aliquis [297] actus [298] ab intellectu elicitus [299] vel aliquid illi per se annexum [300] sed [301] est quaedam operatio appetitus vel voluntatis per operationem intellectus [302] regulata [303].

Item cum Deus [304] consideratur ut sic amandus, vere sit illud in quod omnia sunt referenda et propter quod [305] omnia sunt agenda et diligenda, voluntas ut sic diligens Deum quantum ad operationes ab ipsa imperatas [306] est [307] maxime operativa omnium quae ad eius honorem et gloriam pertinere possunt ; et virtus per quam in ordine [308] ad talem dilectionem voluntas perficitur [309] est maxime practica et operativa. Unde simillima est virtuti morali quae iustitia legalis dicitur cuius, quia obiectum per [**Cod. Q, fol. 164 V^b^**] se est bonum commune, ideo est quaedam virtus [310] generalis [**Cod. P, fol. 301 R^b^**] et est quodam modo operativa secundum genus omnium virtutum particularium ; quia bonum omnium ad bonum commune est ordinandum : et propter hoc est [311] virtus maxime practica et operativa.

Ita etiam est de caritate cuius obiectum per se est bonum quod est [312] Deus quod est maxime commune et universale non [313] per abstractionem intellectus vel praedicationem nec per agregationem multorum bonorum realiter differentium, sed virtute et [314] perfectione eminenter [315] omne bonum in se continens ; et est alpha et omega, quia est principium a quo omnia procedunt ; et est finis in quem omnia sunt ordinanda et referenda [316]. Ideo etiam caritas cuius est hoc bonum sic commune per se obiectum est maxime practica et operativa. Unde dicitur *Prima Corinthiorum* (26), decimo tertio : Caritas patiens est, benigna est, non aemulatur, non [**Cod. V, fol. 210 V^b^**] agit perperam, non est ambitiosa, non quaerit quae sua sunt : et caetera. Et de ipsa dicit **Gregorius** [317] (27) quod operatur magna si est, si autem renuit operari caritas non est.

Quamvis ergo duplex possit dici operatio voluntatis, una extra ipsam voluntatem quae potest dici operatio voluntatis [318] quia a voluntate imperata et per alias potentias interiores vel per alia instrumenta exteriora exercita ; et haec dicitur operatio quae a voluntate efficitur per alium actum voluntatis interiorem [319] qui dicitur voluntatis [320], quia a voluntate elicitus et est subiective in voluntate ; et ideo dicitur actus quo voluntas perficitur formaliter. Uterque tamen ad praxim [321] pertinet et utrumque [322] respicit virtus quae perficit voluntatem ut habet rationem principii practici, quia actus interior cuius obiectum est actus exterior [323] ab ipso [324] actu [325] exte-

riori habet suam actualitatem, bonitatem et perfectionem ut ab obiecto [326] movente et agente ; et ipse actus interior est principium exterioris quantum ad eius esse in se [**Cod. P, fol. 301 Va**] in re extra in ratione efficientis ; et ideo hoc [327] totum ad praxim [328] pertinet et dicitur voluntas ut sic vere practica, quamvis [329] etiam voluntas respectu [330] obiecti per se diligibilis [331] habeat actum dilectionis quo non causat esse dilecti nec quantum ad hoc [332] sit voluntas practica, ipsa tamen dilectio dilecti [333] cum diligitur sic propter se est [334] quaedam operatio non intellectus sed voluntatis quae vere et proprie praxis [335] et non speculatio est et [336] vere et proprie ad scientiam practicam proprie dictam pertinet ; sicut etiam [337] recte concupiscere et recte audere [338] sunt quaedam operationes appetitus sensitivi [339], et consideratio talium ad scientiam [340] practicam pertinet ; propter quod etiam, licet huiusmodi operatio [**Cod. R, fol. 212 Ra**] voluntatis affectio [341] quaedam vel amor specialiter nuncupetur, scientia tamen illius considerativa non debet dici affectiva vel amativa, sed simpliciter practica activa. Sicut etiam scientia quae considerat [342] de praedictis operationibus appetitus sensitivi solum practica activa dicitur, non affectiva vel concupiscitiva ; licet tales operationes [343] non sint nisi quaedam affectiones vel [344] passiones appetitus est etiam talis dilectio [345] causa respectu omnium actuum in ipsum dilectum [346] ordinabilium sicut finis eorum quae sunt ad finem ; et ideo talis actus voluntatis ad praxim [347] illam quae consistit in actibus voluntatis ut imperatis [348] ab [349] ipsa pertinet sicut principium ad conclusiones ; et ideo scientia quae considerat de aliquo diligibili [350] secundum quod [351] diligibile [352] et de ipsa dilectione qua [353] sic diligitur propter se et de modo diligendi non potest esse [354] speculativa sed vere practica activa.

Si arguatur ulterius quod saltem [355] oportet ponere theologiam esse practicam alio modo quam scientiam moralem, quia dilectio finis sive Dei quae debet esse [356] principium respectu omnium agibilium ad scientiam practicam per- [**Cod. P, fol. 301 Vb**] tinentium est alterius rationis secundum quod consideratur a theologo et morali [**Cod. Q, fol. 165 Ra**] ; quia dilectio qua homo diligit Deum secundum quod consideratur a morali, quae scilicet [357] nata est haberi ex principiis naturalibus, est talis quod homo secundum illam diligit se plus quam Deum, secundum illud, nono *Ethicorum* (28) : Amicabilia ad alterum ex his quae sunt ad se ipsum. Dilectio autem qua diligitur Deus secundum quod a theologo consideratur, quae scilicet causatur ex principio supernaturali, scilicet [358] ex caritate, est talis quod secundum eam homo diligit Deum plus quam se ipsum. Ergo ; et caetera. Dicendum quod verum est hoc, scilicet quod [359] agibilia quae ad scientiam practicam pertinent alio modo considerantur a theologo et a morali philosopho aliquo modo [360], quia etiam agibilia quae pertinent ad virtutes pure morales aliquo modo considerantur aliter in theologia quam in morali scientia ; quia in theologia considerantur in ordine ad finale [361] bonum ho-

minis in vita beata in ratione merendi. Similiter etiam [362] amicitia quam potest homo habere ad Deum ex naturalibus consideratur in theologia in ordine etiam ad illud bonum finale. Et sicut [363] ponitur quaedam iustitia legalis per quam bonum omnium virtutum specialium [364] refertur ad bonum commune secundum quod est possibile ex naturalibus, ita [365] etiam ponitur caritas quae [366], ut dictum est, est quaedam virtus generalis per quam [367] omnes [368] actus humani ordinantur et referuntur in Deum, ut scilicet omnia quae facit homo faciat in gloriam Dei et ad Deum ordinet sicut ad finem ultimum supernaturalem [369].

Cum ergo dicitur quod immo multum aliter [370] quantum ad dilectionem qua diligitur Deus debet dici practica quam moralis propter differentiam [371] quae est in dilectione Dei secundum quod est possibilis ex naturalibus quam considerat moralis et secundum quod causatur mediante caritate quam considerat [372] theologus, dicendum quod verum est quod maior est differentia amicitiae quae pertinet ad considerationem scientiae [Cod. P, fol. 302 Rª] moralis et quae possibilis est ex naturalibus ad illam quae pertinet ad theologum et habetur per infusionem habitus supernaturalis quam [373] sit aliarum virtutum moralium quae [374] [Cod. V, fol. 211 Rª] considerantur a morali et theologo maxime secundum illos qui non ponunt virtutes morales alias sal- [Cod. R, fol. 212 Rᵇ] tem a virtute amicitiae [375] infusas, quia per ea quae theologus considerat circa [376] actus quarumcumque virtutum moralium sive iustitiae legalis sive virtutis amicitiae quae haberi potest ad Deum ex naturalibus, ea quae homo agit non sufficienter per ipsam virtutem iustitiae legalis vel amicitiae referuntur ad finem praedictum quem considerat theologia.

Sed etiam [377] ultra illam est alia quae est alterius rationis, non sic quidem sicut accipitur in argumento, sed alio modo. Caritas enim amicitiam quandam [378] importat ; amicitia autem fundatur super quandam [379] amantium communicationem [380] ; amicitia autem hominis ad Deum quae ad caritatem pertinet consistit non in communicatione [381] secundum bona naturalia vel ex naturalibus possibilibus haberi, sed secundum gratuita quae principaliter attenduntur secundum illa in quibus consistit vita beata quae excedit facultatem naturae. Unde Deus est obiectum talis amicitiae in quantum est obiectum beatitudinis. Et sicut sub hac [382] ratione non est cognoscibilis ex naturalibus et per sensibilia, sed per habitum fidei infusum, ita etiam ut sic non est diligibilis [383] per inclinationem affectus nostri ad ipsum ut per sensibilia et visibilia ex naturalibus apprehenditur. Sed ad hoc requiritur habitus supernaturalis infusus ut, sicut elevatur intellectus per habitum fidei infusum [384], ita etiam elevetur affectus vel voluntas per habitum fidei correspondentem qui est caritas.

Sed ex hoc non potest ostendi quod theologia non sit scientia practica, sed, magis quod sit scientia practica vere sed nobilior quam scientia humana

quae moralis dicitur [385]; [**Cod. P, fol. 302 R^b^**] quia ad [386] operationes nobiliori [387] modo [**Cod. Q, fol. 165 R^b^**] exercendas et propter nobiliorem finem [388] dirigit. Et secundum hoc sicut ipsa caritas dirigit [389] vel ordinat actus omnium virtutum acquisitarum in suum finem et iustitiae particularis et generalis et [390] aliarum, ita etiam dirigit [391] ad hunc finem [392] suum actus [393] virtutis dilectivae per quam potest diligi Deus ex naturalibus.

Et ex hoc statim apparet quod inconveniens est dicere quod homo ex naturalibus suis rectis sine adiutorio gratiae diligat se plus quam Deum, quia supponitur quod gratia sic perficit naturam quod ea quae conveniunt homini secundum naturam suam ordinat in finem suum supernaturalem et etiam elevat naturam hominis ad hoc quod possit attingere ad finem et ad actus ad quod ex puris naturalibus attingere non posset.

Cum ergo dilectio [394] qua diligitur homo plus [395] quam Deus non possit ordinari in Deum per dilectionem qua Deus diligitur plus quam homo, non potest poni quod talis dilectio conveniat homini secundum sua naturalia recta et ordinata. Non ergo est intelligendum quod gratias perficiat et elevet naturam in hoc quod per eam homo diligat Deum plus quam se ipsum ; sed in hoc quod, licet [396] sine gratia possit homo hoc aliqualiter, non tamen ita perfecte potest nec sub tali ratione, in quantum scilicet habet rationem obiecti beatificantis et ut [397] nos nati sumus [398] habere communicationem cum ipso in beatitudine [399] perfecta. Si enim naturaliter diligeret homo se ipsum plus quam Deum, gratia quae faceret quod Deus plus diligeretur [400], naturam, id est naturalem inclinationem non perficeret, immo potius destrueret ; quia tales actus non se habent sicut minus perfectum et [401] maius perfectum [402], sed sunt simpliciter contrarii.

Ex hoc etiam patet quod si diligere [403] Deum simpliciter super omnia est actus de se laudabilis et virtuosus ; diligere aliquid supra Deum [404] [**Cod. R, fol. 212 V^a^**] est actus vituperabilis [405] et vitiosus, quia sunt actus simpliciter contrarii.

Nec obstat [**Cod. P, fol. 302 V^a^**] si dicatur quod contrarietatem et repugnantiam inter illos impedit quod a diversis principiis procedunt, unus a principiis naturalibus, alius a supernaturalibus ; quia talium dilectionum una est naturalis et alia supernaturalis. Hoc enim non impedit quia tales actus sint contrarii et repugnantes [406] secundum [**Cod. V, fol. 211 R^b^**], id [407] quod sunt in natura sua, sicut etiam est in actibus cognitivis [408]. Nam sicut sumus nati diligere Deum supernaturaliter per caritatem et naturaliter [409], ita etiam nati sumus [410] ipsum cognoscere per [411] fidem supernaturaliter et per rationem naturalem, tamen non stant ista simul quod circa Deum cognoscam ipsum esse trinum [412] supernaturaliter et per fidem et quod cognoscam ipsum [413] non [414] esse trinum per naturalem rationem ; nec cognitio naturalis et supernaturalis repugnant. Quamvis enim modi vel viae deveniendi [415] in has cognitiones sint diversarum rationum, hoc tamen non

excludit quin tales cognitiones sint sic [416] simpliciter repugnantes nec [417] simul stare possunt. Ita est in proposito.

Unde cum illud quod cognoscitur recta ratione naturali et illustratione fidei non possint esse contraria ; sed per illustrationem fidei potest aliquid [418] cognosci ad quod non sufficeret ratio naturalis vel etiam [419] perfectius quam posset sine tali lumine, ita etiam [420] impossibile est quod inclinatio voluntatis in dilectionem Dei [421] ex naturalibus et inclinatio etiam [422] in illum ex adiutorio caritatis sint contrariae ; sed adiutorio caritatis potest fieri quod voluntas inclinetur in aliquod obiectum sub aliqua [423] ratione et secundum aliquem modum secundum quem sine illa non posset sic [424] inclinari.

Male ergo dicitur quod dilectio qua homo diligit se plus quam Deum naturaliter et qua diligit Deum plus quam se supernaturaliter [425] non repugnant [426] sed stant simul. Quod enim [427] ratione naturali indicetur quod homo [Cod. Q, fol. 165 Va] naturaliter debet se plus diligere quam Deum non potest poni. Hoc enim videtur esse erroneum. Quod etiam ratio naturalis dictet quod homo [428] Deum debet plus [429] diligere quam se ipsum et ad hoc [Cod. P, fol. 302 Vb] non respondeat inclinatio naturalis, est inconveniens, cum naturaliter voluntas nata sit inclinari in illud [430] quod a ratione naturali iudicatur etiam si non sit necessarium quod eam sequatur in omnibus propter suam libertatem. Est ergo auctoritas **Philosophi** (29) exponenda sicut alias fuit exposita.

Si dicatur quod amicitia fundatur super unione vel unionem quandam importat et maior est unio sive unitas eiusdem ad se ipsum. ergo naturaliter magis diliget se unumquodque ens [431] quam aliud : dicendum quod [432] si haec ratio concluderet tunc nullo [433] agente [434] posset fieri quod natura manente aliquid aliud plus diligeret secundum rectum iudicium rationis, quia semper manet huiusmodi maior unio quae est causa talis [435] dilectionis. Et ideo circa hoc est intelligendum [436] quod non diligit aliquid [437] aliud [438] nisi [439] in quantum illi aliquo modo [440] unum, quia quicquid diligitur ab [441] aliquo diligitur ab illo sub ratione qua est illi conveniens et sic aliquo modo unum [442]. Quia [443] ergo unumquodque ens particulare naturaliter est pars alicuius totius et Deus est quasi [444] quoddam totum virtute et perfectione omnia entia in se continens et conservans. ideo unumquodque verius habet unionem vel unitatem [445] sibi competentem in ordine ad illud totum cuius est pars vel quasi pars [446] quam [447] secundum id quod est secundum se aliquid per se existens ; et ideo aliquis secundum quod pars diligens bonum commune totius naturaliter diligit illud secundum [448] quod est sibi conveniens et unum. Quia ergo unio quae ad amicitiam per se requiritur non [449] est unio quae solum consistit in coniunctione [450] principiorum naturae alicuius entis [Cod. R, fol. 212 Vb] ut [451] est aliquid singulare secundum se existens. sed ut est pars quaedam alicuius totius, propter hoc etiam inclinatio naturalis hoc includit quod bonum partis ad [452] bonum totius ordinetur et quod unus-

quisque sic diligat se ipsum ut est aliquid [453] unum **[Cod. P, fol. 303 Ra]** ens singulare secundum naturam, sicut [454] expedit in ordine ad bonum communitatis quod est principale bonum et principale obiectum voluntatis ordinatae, ita quod in hoc includitur [455] quod pars magis diligit bonum commune [456] quam privatum **[Cod. V, fol. 211 Va]** in quantum etiam [457] bonum privatum ordinat ad bonum commune, non autem e converso ; licet etiam [458] in hoc bonum suum maximum includat.

Unde licet bonum sit parti quod [459] sic se ordinet [460] ad bonum commune, immo in hoc consistit maximum bonum eius, non tamen debet dici quod in hoc magis diligat bonum suum quam commune. Non enim exponit se morti pro communitate propter bonum suum quod [461] primo et principaliter in hoc attendat, sed propter ipsum bonum communitatis propter se [462] quod est per se et primo obiectum sic agentis. Sed verum est quod in hoc etiam est ipse optimus, quia scilicet agit sicut agere debet se ipsum et sua ad bonum commune ordinando, non bonum totius ad se per se [463] et principaliter referendo, licet etiam in hoc, ut dictum est, suum bonum optimum consequatur.

[1] Incipit decimum tertium quolibet magistri Godefridi *praemisit* P. — [2] *om.* Q. — [3] de quibus tractat *add.* Q. — [4] hoc P. — [5] huius Q. — [6] fabricare arcam in exodo docet] *om.* P. — [7] et moribus] *om.* R. — [8] huius Q. — [9] *om.* RQ. — [10] in *add.* Q ; *postea del.* — [11] christi RQ. — [12] *om.* Q. — [13] scripturarum *add.* Q. — [14] scientia V. — [15] *om.* P. — [16] quae ex PRQ. — [17] intelligens VRQ. — [18] consideratio R. — [19] quia ens] ens autem V. — [20] *om.* 1a *m.* Q.; *sed supra scrips.* 2a *m.* Q. — [21] autem sunt] sunt auten Q. — [22] intellectus P. — [23] *om.* V. — [24] vel operatio] *om.* 1a *m.* V ; *suppl. in marg.* 2a *m.* V. — [25] providentiam P. — [26] nisi P. — [27] sed *add.* R. — [28] novum VR. — [29] igitur P. — [30] est P. — [31] ex huiusmodi — considerante] *om.* R ; *in marg. suppl. alia m.* R. — [32] considerationem R. — [33] *om.* PRQ. — [34] nisi P. — [35] quod P. — [36] sit PRQ. — [37] in theologia RQ. — [38] simpliciter Q. — [39] naturae PQ. — [40] simul Q. — [41] huius Q. — [42] *om.* 1a *m.* V ; *suppl. in marg.* 2a *m.* V. — [43] propter P. — [44] iam P. — [45] et illa] *om.* V ; *suppl. in marg.* 2a *m.* V. — [46] etiam si — consideraret] *om.* P. — [47] etiam Q. — [48] non P. — [49] dicant Q. — [50] nec Q ; vel P. — [51] *om.* P. — [52] theologicae scientiae] scientiae theologiae V. — [53] est P. — [54] et interpres P. — [55] a quodam P. — [56] scientia simpliciter speculativa] simpliciter speculativa scientia PRQ. — [57] *om.* PRQ. — [58] mentis P. — [59] speculativa P. — [60] *om.* RQ. — [61] sit simpliciter] simpliciter sit P. — [62] illud P. — [63] per R. — [64] id. Q. — [65] quia Q. — [66] tractatus Q. — [67] a parte P. — [68] bona P. — [69] humanam PQ. — [70] *om.* R ; *suppl. postea.* — [71] secundum PQ. — [72] *om.* 1a *m.* Q ; *supra scrips.* 2a *m.* Q. — [73] traderetur *add.* Q ; *deinde del.* — [74] cognitionum P. — [75] se P. — [76] *om.* PQ. — [77] usus P. — [78] non *add.* P. — [79] *om.* P. — [80] similiter P. — [81] speciebus P. — [82] moralium Q. — [83] uti P. — [84] propter speculationem] *om.* Q. — [85] *om.* 1a *m.* Q ; *supra scrips.* 2a *m.* Q. — [86] *om.* 1a *m.* Q ; *supra scrips. alia m.* Q. — [87] utentes P. — [88] debet Q. — [89] nisi P. — [90] huius Q. — [91] aliam P. — [92] moralibus PQ. — [93] moralibus P. — [94] Matth. *add.* Q ; *deinde del.* — [95] decimo tertio P. — [96] dixerunt RPQ. — [97] et *add.* Q. — [98] tota — dendet] pendet tota lex V. — [99] propheta Q. — [100] totus refertur] refertur totus V. ; cuiuslibet Q ; *litt.* libet *ras.* Q. — [101] *om.* Q. — [102] esse *add.* PR. — [103] *om.* 1a *m.* Q ; *supra scrips.* 2a *m.* Q. — [104] in visione] invisibilis P. — [105] *om.* RQ. — [106] philosophus

add. R. — [107] fidelitate P. — [108] alia P ; — haec aliqua] hic aliqua R ; ultra haec aliqua] hic. V. — [109] ubi P. — [110] congnitis Q. — [111] affectio P. — [112] et ardescat P. — [113] bene operans *add.* R ; *add. etiam in marg.* 1ª *m.* V. — [114] ista P. — [115] bene operans] *om.* V. — [116] *om.* P. — [117] nisi P. — [118] ista P. — [119] pertinet Q. — [120] uti P. — [121] nisi P. — [122] cognoscitur VP. — [123] *om.* 1ª *m.* V ; *suppl. in marg.* 2ª *m.* V. — [124] pertinet Q. — [125] et PQ ; *om.* R. — [126] sicut P. — [127] et *add.* P ; etiam *add.* Q. — [128] fideli R. — [129] *om.* P. — [130] aliquis P. — [131] digna P. — [132] huius Q. — [133] quod P. — [134] qu *add.* Q ; *del postea.* — [135] aliam P ; *om.* 1ª *m.* V ; *suppl. in marg.* 2ª *m.* V. — [136] a qua] aliqua Q. — [137] habeat P. — [138] accepit Q. — [139] moralem scientiam] scientiam moralem Q. — [140] *om* 1ª *m.* Q ; *supra scrips.* 2ª *m.* Q. — [141] ita 1ae *m.* Q *in* item *corr.* 2ª *m.* Q. — [142] de deo a fidelibus sunt speculabilia *add.* R ; *deinde del.* — [143] propter assequendam vitam futuram] *om.* R ; *deinde in marg. suppl.* R. — [144] huiusmodi P. — [145] fe *add.* Q ; *deinde del.* — [146] principaliter est de speculabilibus] est de speculabilibus principaliter Q. — [147] fides — tenemus] *om.* P. — [148] vigesimo primo P. — [149] id est] et P. — [150] vera P. — [151] *om.* P. — [152] nisi ut] enim non nisi P. — [153] quare enim dicta sunt *add.* PV. — [154] sunt *add.* R. — [155] *om.* V. — [156] non RQ. — [157] quae Q. — [158] quod ad] ad quod Q. — [159] ad requirit 1ae *m.* Q *in* adquirit *corr.* 2ª *m.* Q. — [160] beatam *add.* Q. — [161] *om.* Q. — [162] quod P — [163] quae etiam principaliter] *om.* Q. — [164] beata — speculatio] *om.* P. — [165] viatorii P. — [166] alii etiam] etiam alii R. — [167] *om.* P. — [168] *om.* Q. — [169] per se *add.* P. — [170] alii indigent] indigent alii PQ. — [171] alii — alium] *om.* R. — [172] etiam P. — [173] quem P. — [174] ubi P. — [175] principalior PQ. — [176] possunt PQ. — [177] aliam P. — [178] attributive P. — [179] scientiam *add.* Q. — [180] mecanica P. — [181] convenienter P. — [182] dicitur Q. — [183] sicut — scientia] *om.* Q. — [184] scientia humana] humana scientia PR ; scientia *om.* Q. — [185] est P. — [186] obiecta P. — [187] similiter P. — [188] defectum Q. — [189] sunt Q. — [190] considerant PQ. — [191] nisi P. — [192] *om.* P. — [193] et metaphysica humana *ima parte folii scrips.* Q. — [194] speculacemafi (?) R ; *litt.* cemafi (?) *expunxit et* tiva *in marg. scrips.* R. — [195] primi veri] primum sunt P. — [196] primi veri] primum P. — [197] viatori *add.* P ; *postea del.* — [198] aliam P. — [199] *om.* RQ. — [200] est ultima] ultima est Q. — [201] perfectionem Q. — [202] *om.* Q ; nisi P. — [203] ad P. — [204] quod PRQ. — [205] divinabri (?) R. — [206] quod Q. — [207] *om.* Q. — [208] beatitudo consummatur] habitudo conservatur P ; beatitudo consummatur Q. — [209] *om.* Q. — [210] proprie *add.* R. — [211] proprie petere P ; proprie patriae Q. — [212] *om.* Q. — [213] nec P. — [214] informatorum P. — [215] et fidem] *om.* Q. — [216] sive P. — [217] aeternam *add.* Q ; *postea del.* — [218] Gregorium P. — [219] Mattheum P. — [220] nonono P. — [221] quolibet P. — [222] principale P. — [223] ex Q. — [224] intus RP. — [225] non sic] sic non P. — [226] sine P. — [227] *om.* P. — [228] autem P. — [229] et R ; aut *corr.* R. — [230] ubi P. — [231] sed — est] *om.* Q. — [232] tamen P. — [233] est 1ae *m.* V, *del et* ad *corr. in marg.* 2ª *m.* V. — [234] congruit P. — [235] ista P. — [236] et *add.* Q. — [237] proximis P. — [238] *om.* Q ; etiam P. — [239] principaliter P. — [240] et P. — [241] ante P. — [242] et P. — [243] sed — speculatio] *om.* Q. — [244] nec etiam] etiam nec P. — [245] quod P. — [246] valemus R. — [247] huiusmodi P. — [248] nomine Q. — [249] *om.* R. — [250] est *add.* R. — [251] est P. [252] huius R. — [253] *om.* P. — [254] practica factiva est dicendum *add.* Q ; *deinde del.* — [255] *om.* Q. — [256] alia P. — [257] factibilia R. — [258] tractaret P. — [259] alia P. — [260] alia P. — [261] alia P. — [262] agendenda Q. — [263] *om.* Q. — [264] *om.* Q. — [265] dicti P. — [266] theologiae *add.* Q ; *deinde del.* — [267] sicut P. — [268] *om.* Q. — [269] effectivum R ; effectitivam 1ae *m.* Q *in* effectivam *corr.* 2ª *m.* Q. — [270] debet dici] dici debet R. — [271] dictam Q. — [272] intra se] intrasse P. — [273] ex PRQ. — [274] potest *add.* P ; *postea del.* — [275] debet dici] dici debet P. — [276] habenda P. — [277] *om.* Q. — [278] sed solum — activa] *om.* R. — [279] *om.* P. — [280] affectiva PQ. — [281] si aliud dicatur *add.* P ; si aliud non dicatur *add.* RQ. — [282] etiam proprie *add.* PQ. — [283] delectionem Q. — [284] quod P. — [285] amore Q ; *om.* R. — [286] neque RQ. — [287] vel P. — [288] et — esse] *om.* Q. — [289] sed P. — [290] qui RP. —

[291] deus *add.* Q. — [292] *om.* 1^a *m.* V ; *suppl. in marg.* 2^a *m.* V. — [293] pertinent — voluntatis] *om.* Q. — [294] *om.* Q. — [295] *sequentia verba :* talis amor *usque ad* regulata item] *om.* 1^a *m.* V ; *suppl. in marg.* 2^a *m.* V. — [296] est aliquid vere et proprie] vere et proprie est apiquid V. — [297] *om.* PRQ. — [298] stactus 1^{ae} *m.* Q *in* actus *corr.* 2^a *m.* Q. — [299] eliciens R. — [300] per se annexum] annexum per se V. — [301] *om.* V. — [302] intelligitur RPQ. — [303] *om.* Q. — [304] amandus *in marg. add.* 2^a *m.* V. — [305] *om.* Q. — [306] quantum — imperatas] *om.* 1^a *m.* V ; quantum ad operationes imperatas ab ipsa *add. in marg.* 2^a *m.* V. — [307] et P. — [308] in ordine *add.* Q. — [309] perfecta P. — [310] *om.* 1^a *m.* V ; *add. in marg.* 2^a *m.* V. — [311] *om.* P. — [312] *om.* 1^a *m.* Q ; *supra scrips.* 2^a *m.* Q. — [313] abstra *add.* Q ; *postea del.* — [314] in R ; im Q. — [315] eminentius P. — [316] et *add.* RQ. — [317] *om.* 1^a *m.* V ; *add. in marg.* 2^3 *m.* V. — [318] operatio voluntatis] voluntatis operatio P. — [319] exteriorem RQ. — [320] exteriorem qui dicitur voluntatis *add.* Q. — [321] proximum P. — [322] utroque P. — [323] cuius obiectum est actus exterior *in marg. add. alia m.* R. — [324] cuius — ipso] *om.* 1^a *m.* V ; *add. in marg.* 2^a *m.* V. — [325] ab praemisit V. — [326] ipso R. — [327] *om.* P. — [328] proximum PQ. — [329] quam ut P. — [330] *om.* P. — [331] divisibilis P. — [332] *om* 1^a *m.* V ; *add. in marg.* 2^a *m.* V. — [333] dei P. — [334] *intra signa* va — cat, *sequentia verba* : respectu omnium actuum in ipsum dilectum ordinabilium *add.* R ; *postea ras.* — [335] proximus P. — [336] *om.* P. — [337] enim PRQ. — [338] audire PQ. — [339] sentivi R ; sensitivi *corr.* 2^a *m.* R. — [340] ad scientiam] *om.* R ; *deinde* ad *suppl.* R. — [341] affectus P. — [342] consideratur Q. — [343] licet *add.* R. — [344] ut PR. — [345] quaedam operatio non intellectus — talis dilectio] *om.* 1^a *m.* V ; *suppl. in marg.* 2^a *m.* V. — [346] *om.* 1^a *m.* V ; *add. in marg.* 2^a *m.* V. — [347] proximam P. — [348] imperans P. — [349] ad PR ; ut Q. — [350] divisibili P. — [351] *om.* Q. — [352] divisibile P. — [353] sic *add.* Q ; *postea del.* — [354] est Q. — [355] *om.* 1^a *m.* V ; *add. in marg.* 2^a *m.* V. — [356] est Q. — [357] quae scilicet] scilicet quae PRQ. — [358] *om.* Q. — [359] per P. — [360] considerantur *add.* Q ; *postea del.* — [361] finalem P. — [362] et Q. — [363] sic Q. — [364] supernaturalium P. — [365] ita *add.* R ; *postea del.* — [366] quia P. — [367] *om.* Q ; *postea supra scrips.* Q. — [368] omnis Q. — [369] et — supernaturalem] *om.* 1^a *m.* V ; *add. in marg.* 2^a *m.* V. — [370] aut P. — [371] deum P. — [372] moralis — considerat] *om.* Q. — [373] quae P. — [374] secundum quod PRQ. — [375] *om.* 1^a *m.* V ; *add. in marg.* 2^a *m.* V. — [376] actus P. — [377] *om.* Q. — [378] amicitiam quandam] quandam amicitiam PRQ. — [379] quam Q. — [380] communicationem Q ; *litt.* ca *expunxit* Q. — [381] communicationem Q ; *litt.* ca exp. Q. — [382] *om.* P. — [383] divisibilis P. — [384] ita etiam elevetur intellectus per habitum fidei infusum *add.* Q. — [385] quam — dicitur] *om.* 1^a *m.* V ; *add. in marg.* 2^a *m.* V. — [386] quia ad] quod P. — [387] non ex *add.* PRV. — [388] fige 1^{ae} *m.* Q *in* finem *corr.* 2^a *m.* Q ; finem *add.* R. — [389] et secundum hoc sicut ipsa caritas dirigit] *om.* PQ. — [390] *om.* P ; generalis et] *om.* Q. — [391] diligit P. — [392] finem *add.* Q. — [393] actus *add.* Q. — [294] dilatio P. — [395] diligitur homo plus] plush omo diligitur P. — [396] *om.* PQ. — [397] *om.* P. — [398] nati sumus] sumus nati P. — [399] habitudine P. — [400] diligeret P. — [401] minus — et] *om.* Q. — [402] et maius perfectum] *om.* R ; *in marg. scrips.* 2^a *m.* R. — [403] si diligere] sit intelligere R ; — si diligere] *om.* Q ; rem *supra scrips.* Q. — [404] supra deum] supradictum P. — [405] vituperalis Q. — [406] sed *add.* P. — [407] illud R. — [408] cognitis P. — [409] similiter P. — [410] nati sumus] sumus nati P. — [411] per *add.* R. — [412] naturaliter *add.* Q ; *deinde del.* — [413] esset rinum — ipsum] *om.* P. — [414] *om.* Q. — [415] videvin(?) *add.* Q ; *deinde del.* — [416] *om.* RQ ; diversarum rationum P. — [417] vel P. — [418] aliquis V. — [419] et Q. — [420] *om.* Q. — [421] *om.* P. — [422] *om.* Q. — [423] alia P. — [424] *om.* Q. — [425] naturaliter P. — [426] non repugnant] *om.* Q. — [427] ergo RQ ; quod enim] cum ergo P. — [428] naturaliter — homo] *om.* P. — [429] debet plus] plus debet P. — [430] id. P. — [431] *om.* P. — [432] si *add.* Q ; *postea del.* — [433] vero P ; modo *add.* R. — [434] agente *add.* Q. — [435] unionis *add.* P ; *postea del.* — [436] est intelligendum] intelligendum est Q ; est *om.* P. — [437] quid R. — [438] plus diligeret —

aliud] *om.* R ; *in marg. scrips. alia m.* R. — [439] *om.* P. — [440] *om.* Q. — [441] aliquo — ab] *om.* Q. — [442] quia quicquid diligitur ab aliquo diligitur *add.* P ; *postea del. scriptor.* — [443] cum P. — [444] *om.* PQ. — [445] nitatem 1ae *m.* R *in* unitatem *corr.* 2a *m.* R. — [446] secundum id *add.* Q ; *postea del.* — [447] est *add.* Q ; *deinde del.* — [448] *om.* Q. — [449] *om.* Q. — [450] convictione P. — [451] nisi P. — [452] bonum — ad] *om.* Q. — [453] ad P. — [454] sic P. — [455] concluditur Q. — [456] quem *add.* Q. — [457] *om.* PRQ. — [458] autem P. — [459] vel P. — [460] ordinat 1ae *m.* Q *in* ordinet *corr.* 2a *m.* Q. — [461] quam PRQ. — [462] sed *add.* RQ. — [463] *om.* V.

(1) *Gen.*, IV, 14-16. — (2) *Exod.*, XIV, 10 sq. — (3) II *Reg.* c. VI et c. VII. — (4) SANCTUS AUGUSTINUS, *De Doctrina Christiana*, l. X, c. 35 (PL., t. 34, col. 34). Litteraliter. — (5) ARISTOTELIS *Metaphysica*, A, 2 (II, 983, a). — (6) ARISTOTELIS *Ethica Nicomachea*, Z, 4. (II, 1140, a). — (7) ARISTOTELIS *Metaphysica*, Z, 1. (II, 1025, a). — (8) HUGO DE SANCTO VICTORE, *Eruditionis* Didascalicae, l. II, c. 3. (PL., t. 176, col. 752). Litteraliter. — (9) THOMAS AQUINAS, P. I, q. 1. a. 4. — (10) MATTH., XIX, 17. — (11) ID., XXIII, 2-3. — (12) *Glossa sacrorum librorum*, in MATTH., XXIII, 2. (Antwerpiae 1634, vol. V, p. 377-378). Litteraliter. — (13) *Glossa, ibid.* (loc. cit.). — (14) MATTH., XXII, 36-40. — (15) *Glossa, ibid.* (loc. cit.). Litteraliter. — (16) ARISTOTELIS *Ethica Nicomachea*, K, 7. (II, 1177, b. 1178, a). — (17) ID., *ibid.*, A, 13. (II, 1102). — (18) ID., *ibid.*, K, 7. (1177, a-b). — (19) Locum non inveni. — (20) SANCTUS AUGUSTINUS, *De Trinitate*, l. XIV, c. 1 (PL., t. 42, col. 1037). Fere litteraliter. — (21) *Hebr.*, XI, 6. — (22) I *Cor.*, XIII, 1-3. — (23) *Glossa* apud Lyranum (op. cit. Antwerpiae 1634, vol. VI, p. 311-312, 15). — (24) MATTH., XIX, 17. — (25) IOHANNIS *Evangelium*, XVII, 3. — (26) I *Cor.*, XIII, 4-5. — (27) Locum non inveni. — (28) Resp. ARISTOTELIS *Ethica Nicomachea*, I, 7. (II, 1168, a). — (29) ID., *ibid.* (loc. cit. 1168, a).

QUAESTIO II

Utrum Christus fuerit mortuus vere.

Deinde circa ea de quibus est theologia quaerebantur quaedam pertinentia ad Christum secundum naturam humanam, quaedam circa puras creaturas. Circa primum quaerebatur unum, videlicet : utrum Christus fuerit mortuus vere. Et arguitur quod non ; quia in viventibus vivere est esse : ergo si in aliquo quod est de genere viventium et aliquando vivit semper remanet idem [1] esse in illo, semper remanet vita et nunquam est in eo vera mors. Sed in Christo semper fuit unum et idem esse, quia semper fuit in eo esse suppositi unius. Ergo. Et cetera.

Con [**Cod. Q, fol. 165 Vb**] trarium tenet fides. Quia mortem nostram moriendo destruxit. Et cetera.

Responsio. Dicendum quod sicut in Christo, prout dicit suppositum subsistens non solum in [2] natura divina sed in humana, vere [3] fuit vita humana ex eo quod in eo fuit anima unita corpori in ratione formae dantis

esse primum substantiale [**Cod. P, fol. 303 R**[b]], ita [4] etiam vere fuit mortuus ex huiusmodi [5] compositi dissolutione per animae separationem a corpore, supposito quod [6] partes et praecipue quantum ad naturam materialem a qua facta est huiusmodi [7] separatio principii vitae, scilicet animae, remanserint unitae supposito divino. Si enim dictae partes in nihilum decidissent aut a supposito divino separatae fuissent, ratione illarum Christus ut [8] dicit suppositum divinum nullam haberet denominationem.

Sed praedictis suppositis, sicut prius [9] Christus dicebatur homo vivus, ita [10] postea dicebatur homo mortuus. Et quaecumque essent nata verificari de illo homine secundum solam naturam humanam, si filius Dei [11] naturam illius hominis non assumpsisset [12] aut [13] si illam deposuisset [14], verificantur de Christo ut [15] dicit suppositum aeternum divinum in illa [16] natura subsistens ratione illius naturae.

Ad argumentum in oppositum est dicendum quod secundum illos (1) qui ponunt in viventibus plures formas substantiales, verum est quod vivere viventibus est esse naturae [17], tamen secundum formam ultimam et completam quae est anima in quantum dans esse primum sive substantiale corpori. Unde non [18] obstante quod vivo [19] cor [**Cod. R, fol. 213 R**[a]] rupto quantum ad tale esse remaneat in actu aliquo secundum aliam [20] formam esse habens, non oportet tamen [21] quod propter hoc sit vivens. Secundum alios autem cum vivo [22] corrupto secundum esse naturae quod habet principaliter per [23] animam sic dantem totum esse substantiale in actu quod est in illo, nullum esse naturae quod prius fuit remaneat in subiecto a quo recedit anima sive per corruptionem ipsius formae sive per separationem, illud quod remanet non poterit dici vivens, quia neutro modo remanet illud esse [24] a quo dicitur vivere homo, scilicet esse naturae [25].

Si autem ulterius [26] pertractetur illud quod in argumento sumebatur, scilicet quod remanet idem esse suppositi quod prius, nunc autem [**Cod. P, fol. 303 V**[a]] suppositum sic videtur se habere ad naturam in genere [**Cod. V, fol. 211 V**[b]] [27] substantiae quod aut [28] dicit solum illud quod dicit ipsa natura, scilicet homo et humanitas sub alio autem modo vel sub alia ratione ; aut si addit [29] aliquid saltem ipsam naturam etiam includit [30], ergo cum in Christo semper remanserit idem esse secundum suppositum, remansit etiam idem esse secundum naturam. Secundum esse vero naturae dicitur esse [31] vivere ; ergo ; et cetera ;

Dicendum quod suppositum et natura cui convenit secundum se subsistere non important [32] aliqua [33] secundum rem differentia [34] ; sed [35] illud quod per utrumque horum per se et primo importatur, ut secundum se consideratur et absolute, sic non dicunt aliud et aliud secundum rem, sed unum et idem. Quod tamen, ubi [36] consideratur [37] secundum se et abstracte, dicitur natura nihil aliud includens de principali significato nec etiam aliquid aliud ad quod habeat habitudinem aliquam [38] connotando. Ubi [39] autem conside-

ratur [40] ut in se subsistens et non alteri in existendo innitens [41], sic connotat quoddam aliud; quia sic accipitur ut cum quodam alio connotato exclusive [42], scilicet aliud cui innitatur [43] in existendo [44] excludendo; et sic dicitur suppositum.

Suppositum autem et natura cui non convenit secundum se subsistere, sed in alio cui in existendo innititur, sic se habent ad invicem quod illud quod per utrumque per se et principaliter importatur etiam non dicit [45] aliud et aliud secundum rem, sed unum et idem. Quod tamen ut [46] consideratur [47] secundum se et absolute et sic [48] quasi abstracte, dicitur natura: et nihil aliud connotat vel importat. Ubi [49] autem consideratur ut [50] subsistens et per modum [51] concreti, quia non subsistit in se sed in alio cui innititur in existendo, sic connotat quoddam [52] aliud; quia ut [53] sic consideratur cum quodam alio connotato inclusive, scilicet aliud cui [54] innititur in existendo includendo.

Et secundum hoc est dicendum quod in illis [**Cod. P, fol. 303 V**[b]] quibus convenit secundum se subsistere, non potest poni quod in aliquo fiat variatio in natura vel in esse naturae et quod illud maneat sup [**Cod. Q, fol. 166 R**[a]] positum idem [55] quod prius vel secundum esse suppositi. Et sic quando purus [56] homo moritur etsi sit corruptio secundum esse naturae humanae, non potest dici quod subiectum huiusmodi corruptionis vel sic [57] corruptum [58] maneat secundum aliquod eius [59] esse naturae actuale nec [60] secundum aliquod eius [61] esse suppositi. Sed in illis [62] quibus non convenit [63] secundum [64] se subsistere, sicut in omnibus accidentibus et in natura humana assumpta, potest fieri variatio [65] in natura vel in esse naturae, non facta variatione in supposito vel in esse suppositi, ut [66] scilicet sit aliud suppositum [67] post et prius. Propter quod, licet in puro homine, facta corruptione secundum esse naturae, non potest manere subiectum huiusmodi [68] corruptionis sive sit corruptum secundum suppositum [69] sive secundum esse suppositi quod prius erat, Immo est suppositum realiter aliud quum prius. Tamen, quia [70] in homine Christo natura humana non subsistebat secundum esse [71] et in se ipsa absolute, sed in supposito divino substentabatur [72], cui innitebatur in existendo, ideo potest fieri [**Cod. R, fol. 213 R**[b]] variatio et corruptio [73] in ipsa [74] natura secundum suum esse naturae ratione cuius corruptionis de vivo fit mortuum non facta variatione in esse suppositi, quia illud convenit [75] ei secundum aliam naturam in cuius supposito subsistit quod nullo modo realiter variatur. Et propter hoc dicitur quod, quia corpus Christi mortui [76] remansit unitum supposito [77] divino, nec [78] aliam rationem suppositi habebat secundum se, ideo est idem corpus quod prius quantum ad tale esse suppositi. Non tamen dicitur idem quantum ad esse naturae.

[1] illud P. — [2] *om.* Q; *deinde suppl.* — [3] non P. — [4] *om.* Q. — [5] huius Q. — [6] *om.* P. — [7] huius Q. — [8] non P. — [9] *om.* Q. — [10] in Q. — [11] filius Dei] *om.* 1[a] *m.* V: *in marg.*

add. 2ª *m.* V. — [12] autem *add.* Q ; *postea del.* — [13] ac RQ. — [14] disposuisset PQ. — [15] uti P. — [16] ista Q. — [17] non *add.* PQ. — [18] est *add.* Q. — [19] uno R. — [20] aliud (?) Q. — [21] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V ; opportet tamen] tamen opportet PR. — [22] uno PRQ. — [23] secundum PRQ. — [24] esse *add.* Q. — [25] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [26] alterius Q. — [27] genere substantiae] substantiae genere Q. — [28] autem PRQ. — [29] fiat R. — [30] cludit Q. — [31] *om.* V. — [32] impostent P. — [33] alia PRQ. — [34] differentiam Q ; differentia *corr.* Q. — [35] secundum R. — [36] tamen ubi] cum ut V. — [37] ubi *add.* PQ. — [38] aliqua VQ. — [39] ut V. — [40] aliquam — consideratur] *om.* 1ª *m.* V ; aliqua — consideratur *in marg. add.* 2ª *m.* V. — [41] invidens Q. — [42] exclusione P. — [43] mutatur P. — [44] tendo *cum tractu super litteras* en Q. — [45] dicat PRQ. — [46] *om.* PRQ. — [47] tamen consideratur] *om.* Q. — [48] sic *add.* V. — [49] ut V. — [50] ubi RQ. — [51] motum R. — [52] quod Q. — [53] ubi PRQ. — [54] *om.* Q. — [55] illud PRQ. — [56] prius P. — [57] si P. — [58] corptum Q. — [59] *om.* PRQ. — [60] vel PRQ. — [61] *om.* P. — [62] in *add.* P. — [63] contingit P. — [64] secundum *add.* P. — [65] et in — variatio] *om.* Q. — [66] nisi PQ ; uti R. — [67] *om.* PRQ. — [68] huius V. — [69] sive *add.* P. — [70] quod P. — [71] se V. — [72] sustentebatur R. — [73] et corruptio] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [74] secundum *add.* Q ; *portea del.* — [75] contingit P. — [76] *om.* RQP. — [77] div. *add.* Q ; *postea del.* — [78] secundum P ; sed R.

(1) HENRICUS GANDAVENSIS, *Quodlibetum* IV, q. 13. (I, fol. CXII, verso).

QUAESTIO III

Utrum aliqua substantia creata per se ipsam absque aliquo alio sibi addito possit esse principium immediatum alicuius operationis et praecipue transeuntis extra.

Deinde circa puras creaturas quaerebantur quaedam circa creatam substantiam in generali, quaedam circa creaturam [1] intellectualem angelicam, et quaedam circa naturam humanam rationalem. Circa primum [**Cod. P, fol. 304 R**ª] quaerebatur unum, videlicet : utrum aliqua [**Cod. V, fol. 212 R**ª] substantia creata per se ipsam absque aliquo alio sibi addito possit esse principium immediatum alicuius operationis et praecipue transeuntis extra. Et arguitur quod sic, ostendendo hoc specialiter respectu cuiusdam operationis transeuntis extra ; quia angelus est substantia potens agere operationem transeuntem extra [2], puta : saltem movere substantiam corpoream. Sed in angelo ultra eius substantiam non ponitur aliquid nisi intellectus et voluntas. Per hoc autem non est principium operationis transeuntis extra, sed manentis intra cuius est actus intelligendi et volendi. Ergo illius operationis principium immediatum est angelus per suam substantiam.

Contra. Nulla substantia est principium alicuius operationis nisi existat.

Sed secundum quod supponunt multi (1), esse quo [3] quaecumque substantia creata existit est aliquid realiter differens ab essentia substantiae ; et sic est medium inter substantiam agentem et ipsam actionem. Ergo nulla substantia per suam substantiam est immediatum principium cuiuscumque operationis.

Responsio. Dicendum quod nulla substantia potest esse principium activum alicuius operationis [4] vel etiam cuiuscumque perfectionis in ipsa existentis nec per se ipsam nec per aliquid additum ; quoniam, cum ipsa substantia etiam cum aliquo sibi addito carens aliquo [5] actu vel aliqua [6] perfectione habeat rationem subiecti et sit aliquid in potentia respectu talis actus, respectu illius non potest habere rationem agentis, alioquin idem esset in actu et in potentia respectu eiusdem, et idem esset activum et passivum respectu sui ipsius, cum tamen debeant haec realiter esse distincta.

Si autem dicatur (2) quod immo universaliter subiectum quodcumque respectu cuiuscumque suae [7] perfectionis vel actus habet rationem principii activi, et actione subiecti agentis constituitur omnis forma quae in subiecto aliquo nata est esse in actu in quantum ponitur quod, cum forma quaecumque quae dicitur educi de potentia materiae et subiecti non fiat de nihilo, oportet quod ante generationem habeat [8] esse in materia vel in subiecto secundum aliquod eius esse realiter distinctum ab entita [Cod. P, fol. 304 R^b] te subiecti ; et istud reale aliud a realitate materiae est tota realitas formae ; sed non totaliter, quia non secundum eius esse actuale et completum, sed secundum esse potentiale et incompletum. Et dicitur esse quaedam aptitudo in materia vel in [9] subiecto sive ipsa forma educenda in actu secundum suum esse [10] potentiale, quae sic educitur in actum quod per agens extrinsecum transmutatur subiectum cum huiusmodi aptitudine [11], secundum [12] rationem causae agentis et moventis efficienter. Et hoc dicunt esse aliqui quandam excitationem [13] [Cod. Q, fol 166 R^b] licet [14] subiectum cum tali aptitudine sit [15] excitatum et motum ab extrinseco agente efficienter. ulterius agit se ipso ad educationem talis formae non efficienter [16], sed formaliter. Inconveniens enim videtur quod subiecto cum tali aptitudine quae est ipsa forma essentialiter, licet secundum esse potentiale et incompletum. non conveniat aliquo modo [Cod. R, fol. 213 V^a] agere et movere. Et hoc inconveniens [17] praecipue apparet in anima quantum ad eius potentias, in quibus **Anselmus** (3) ponit quasdam aptitudines per quas potest se [18] movere anima ad actus suos formaliter. licet moveatur ab obiecto efficienter [19]. Distinguitur enim de actione. secundum **Simplicium**, quod quaedam est actio absoluta [20], quaedam autem respectiva : actionis autem respectivae est aliquod principium sub ratione efficientis sive efficienter agendo, scilicet in aliud secundum quod aliud ; et illud quod est [21] in alio a sic agente efficienter est vere passio. Sed actionis absolutae est aliquid principium activum non sic efficienter. sed formaliter : et tale agens est agens aliquid a se simpliciter et absolute ; non in aliquo ut [22] in passo, quia ut sic manet in agente. Et secun-

dum hoc videre sive visio est aliquid existens in visu [23] ab obiecto visibili efficienter, sic quod obiectum visibile praesens sic excitat potentiam visivam movendo [**Cod. V, fol. 212 R^b**] ipsam sub ista aptitudine existentem [24] in ratione efficientis sive efficienter [25] quod ipsa per suam aptitudinem ad visionem [26] in actu quae est etiam ipsa visio formaliter, [**Cod. P, fol. 304 V^a**] secundum esse potentiale movet et agit se ipsam in actu completo visionis formaliter. Similiter etiam in aliis se habet ; quia generans calidum agit caliditatem in frigido efficienter ipsum [27] transmutando et [28] excitando ; et ipsum frigidum sic excitatum per aptitudinem ad caliditatem [29] quam habet, quae est ipsa caliditas secundum esse potentiale, movet se ad caliditatem in actu completo formaliter ; et sic agens actionem aliquam [30] respectivam efficienter agit in aliquid, quia actio respectiva de necessitate requirit aliquid in quo recipiatur ut in subiecto ; sed agens formaliter agit actionem absolutam a se, sed non in aliquo secundum quod huiusmodi [31], cum actio absoluta non sit in aliud secundum quod huiusmodi ; quae dicitur absoluta non a privatione respectus, sed a privatione oppositae passionis sibi correspondentis. Non enim est de ratione actionis quod [32] terminetur ad aliquid extra agens, sed solum quod habeat principium in agente [33] (4). Unde actio est respectus qui fundatur in agente et terminatur in eo quod per agens producitur, sive sit motus sive quid aliud. De ratione autem passionis est habere principium in patiente et etiam in agente. Unde passio [34] est respectus qui fundatur in patiente et terminatur ad illud quod producitur ab agente in passo [35]. Et quia agens et patiens habent respectum ad tertium, scilicet ad illud quod producitur ab agente in passum [36], consurgit relatio mutua in utroque et dicitur agens ad patiens ; et e converso.

Quidam autem [37] alii (5) dicunt quod aliquid est principium operationis in ipso existentis, non quidem per hoc quod forma aliqua [38] existens in aliquo secundum esse eius potentiale sit id [39] cuius virtute fiat [40] talis actio per quam forma educatur de potentia ad actum — hoc enim reputandum est impossibile — sed sic quod aliquid per formam secundum quam habet esse actuale est principium operationis in ipso manentis [41] [**Cod. P, fol. 304 V^b**]. Cum enim agere attribuatur formae ut [42] est illud quo aliquid agit, sicut formae attribuitur esse ut [43] est illud quo aliquid est ; sicut ergo aliquid est id quod est in se ipso per formam, ita etiam agit suam operationem qua perficitur in se ipso per formam. Et secundum hoc ponitur quod, cum potentiae [**Cod. R, fol. 213 V^b**] animae sint [44] quaedam formae quarum sunt quaedam operationes intus manentes, huiusmodi operationes [45] sunt [46] ab ipsis [47] potentiis sicut ab efficiente instrumentali. Anima enim est [48] sicut principale agens. Et hoc habet fieri tali modo, quia intellectus primo recipit speciem determina [**Cod. Q, fol. 166 V^a**] tam [49] ab obiecto determinato et per eam intellectus determinatus ad determinatum obiectum effective elicit actum determinatum respectu illius obiecti ; et ideo effective habet actus

intelligendi et entitatem suam et speciem in natura sua a potentia animae eliciente. Et secundum hoc [50] intellectio asini et intellectio hominis non differunt specie, sed sunt unus [51] actus secundum speciem, quia principium activum, scilicet potentia animae est [52] unum [53]; sed differunt numero propter interruptionem temporis quae est inter illas; et secundum hoc actus intellectus recipit speciem a potentia, sed [54] specificationem, id est accidentalem determinationem [55] solum ab obiecto, in quantum scilicet est terminus [56] talis actus.

Sed iste modus posterior est irrationabilis nimis [57]. Verum est enim quod illud quod habet rationem formae in actu, sicut dat esse composito cuius est forma, ita potens est etiam compositum per eam agere et operationem sibi competentem efficere. Et sicut omne esse simpliciter et in actu quod convenit [58] enti, convenit [59] ei per formam, ita etiam omne agere quod sibi competit, competit ei per formam.

Impossibile tamen est quod hoc fiat in eo in quo est talis forma quia, licet illud quod est per formam etiam agere possit per [60] formam, non tamen in se ipso sed in alio, prout patet per descriptionem potentiae [**Cod. V, fol. 212 Va**] traditam a **Philosopho** (6) nono *Metaphysicae*.

Unde cum sit realis distinctio inter quatuor causas, illud [61] quod est forma respectu eius in quo est non potest esse activum respectu illius [**Cod. P, fol. 305 Ra**], sed solum respectu alterius ab ipso distincti: alioquin idem respectu eiusdem esset causa formalis et agens vel efficiens. Quod enim [62] est imperfectum respectu alicuius formae ad quam est in potentia, ab alio reduci potest de potentia in actum, et non a se ipso. Et quod est perfectum per aliquam [63] formam, aliud [64] quod est in potentia ad talem formam natum est reducere ad actum illius non se ipsum; sed si habita tali forma qua aliquid [65] potest aliud reducere de potentia ad actum remanet in potentia ad quendam alium actum; sive dicatur forma sive operatio oportet quod per aliud reducatur de tali potentia ad actum.

Et qui dicit contrarium hoc non probat et manifeste dicit contradictoria et contradicit primis principiis generalissimis fundatis super terminos generalissimos, scilicet super ens et non ens, et super actum et potentiam: et sic de aliis. Actio ergo quae docet formam est qua aliquid agit in aliud: non autem in se.

Cum dicitur quod immo ita apparet saltem in potentiis animae, falsum est. Quia actus potentiarum animae qui dicuntur quaedam operationes non sunt effective a potentia animae in qua sunt, sed potius ab obiecto.

Cum dicitur, quod verum est, quod pro tanto efficiuntur ab obiecto, quia per ipsum causatur species et mediante illa ulterius agit anima per suam potentiam dicto modo, non valet. Quia quod dicitur de specie a multis supponitur esse falsum. Sed illud quod per se et primo causatur ab obiecto in intellectu non est nisi intellectio vel actus intelligendi ad quem intellectus

per se est in potentia, licet ex actibus possit aliquis habitus posterius derelinqui. Cum ergo non appareat aliquid per quod posset declarari [**Cod. R, fol. 214 R**^{a}] quod talis species sit ponenda [66], non tenet quod circa hoc ulterius tales dicunt.

Praeterea posito quod talis species causetur ab obiecto, non potest propter [67] hoc poni quod intellectus per illam efficiat actum intelligendi. Immo potius obiectum ; nam cum huiusmodi species non sit ipse actus intelligendi, sed ipsa [68] specie posita [69], sit intellectus [70] [**Cod. P, fol. 305 R**^{b}] dispositus [71] ut habeat esse in actu quod non [72] erat sine huiusmodi specie, non videtur [73] huiusmodi species esse nisi quaedam dispositio subiecti quae requiritur in subiecto propter ipsum actum principalem intelligendi. Ergo cum causetur propter actum ab ipso obiecto, obiectum debet dici principale agens et respectu speciei et respectu actus quem efficit in intellectu sic [**Cod. Q, fol. 166 V**^{b}] per speciem disposito et [74] habilitato.

Item si a forma est actio [75] intus manens sicut esse est ab ea, ergo sicut aliquid [76] semper est per formam [77], ita semper agit per eam, non tamen anima semper [78] intelligit.

Item si aliqua [79] entia [80], cum sint [81] in actu per formam, semper habent [82] illam actionem, secundum hoc dicetur quid talis actio [83] est ab illo a quo est ipsa forma. Si autem [84] aliquando sic, aliquando non. Ergo ad hoc quod illam habeat, ab alio transmutatur [85], et sic non habet a se. Aut aliud [86] transmutetur [87] ab ipso quod prius non transmutabatur ; et sic est actio transiens extra. Quod enim aliquibus duobus existentibus praesentibus vel coniunctis insurgat actio tanquam a principiis per se ad hoc ordinatis et unum non agat in aliud, est omnino impossibile. Quia unum et idem manens [88] idem et [89] in se et [90] respectu alterius non facit nisi idem.

Quod ergo dicitur quod actus intelligendi non habet entitatem et speciem ab obiecto sed [91] specificationem, id est quandam accidentalem determinationem, et quod omnes actus intelligendi differunt solo numero, quia una est potentia a qua causantur, nimis est irrationabile. Constat enim [92] quod actus intelligendi non accidentaliter sed essentialiter dependet ab obiecto et ad illud refertur, non solum sicut aliquid causatum [93] ad causam agentem [94], sed [95] sicut mensuratum ad mensuram, sicut dicit **Philosophus** (7) quinto *Metaphysicae*, quod scientia dicitur [96] ad scibile per se, non autem e converso.

Sicut ergo omnia entia communiter [97] habent suam entitatem et speciem a Deo qui est omnium substantiarum et entium mensura, ita etiam [98] omnes actus potentiarum animae se habent respectu obiectorum. Ista enim mensuratio [**Cod. V, fol. 212 V**^{b}] debet intelligi in perfectione mensurati in sua entitate et natura secundum aliquem [**Cod. P, fol. 305 V**^{a}] gradum in habitudine ad suam mensuram a qua habet illam entitatem. Constat enim quod nobilior est actus quo cognoscitur vel amatur Deus quam creatura ;

quod contingit ex diversa perfectione talium obiectorum. Nec [99] maior [100] vel minor perfectio est unius actus intellectus respectu alterius ex potentia intellectiva, quae respectu omnium est eiusdem perfectionis, sed ex diversitate obiectorum hoc contingit.

Item si non differt actus quo intelligitur homo ab actu quo intelligitur asinus nisi numero, et hoc propter solam interruptionem temporis, tunc non plus differrent quam actus iteratus quo asinus bis intelligitur.

Item secundum hoc etiam [101] omnes habitus [102] intellectuales erunt unus habitus secundum speciem solo [103] numero differentes [104], scilicet habitus practici : ars et prudentia ; et habitus speculativi, scilicet : sapientia, scientia et intellectus. Et non erunt scientiae specie differentes moralis et metaphysica ; et peribit distinctio habituum et actuum quae ab omnibus usque nunc est dicta fieri secundum distinctionem formalem obiectorum a quibus dicuntur habere formam et speciem.

Item qui ponit speciem in intellectu causatam ab intelligibili et non ponit actum intelligendi etiam causari ab ipso intelligibili videtur sibi [105] contradicere. Et similiter [106] qui ponit huiusmodi speciem et non ponit distinctionem forma **[Cod. R, fol. 214 R^b]** lem in actibus intellectus esse ex diversitate obiectorum etiam sibi [107] contradicit. Constat enim quod respectu diversorum obiectorum ponuntur diversae species non solum numero differentes, et hanc differentiam habent ex diversitate obiectorum. Ergo secundum diversitatem specierum oportet ponere etiam diversitatem actuum ; et obiectum illius divarsitatis est causa vel immediate si species sit quasi dispositio materialis existens in intellectu ut sit susceptiva actus intelligendi ab obiecto, quod potest habere aliquam [108] probabilitatem, vel mediate si species sit forma in intellectu quae sit ratio agendi ipsi [109] intellectui ad causandum actum intelligendi in se ipso : quod **[Cod. P, fol. 305 V^b]** reputo irrationabile [110].

Item praedicti generaliter ponunt quod omni existenti in actu perfecto per formam aliquam [111] competit actio manens intra virtute suae formae, licet hoc solum conentur declarare [112] circa animae operationes. Quaeratur ergo quomodo haec se habent in aliis quantum ad formas substantiales et quantum ad accidentales, puta : in igne qui est ignis a forma substantiali igneitatis [113] et est calidus a forma accidentali caliditatis. Sed non videtur quod igni competat actio manens **[Cod. Q, fol. 167 R^a]** intra secundum formam substantialem qua est ignis per se et immediate, quae quidem [114] sit aliquid realiter differens ab ipsa forma substantiali cuius non est nisi informare et perficere materiam, sicut actus primus non agere aliquid in illam. Si autem igni competit aliqua [115] actio manens intra secundum aliquam [116] eius formam accidentalem, aut ista actio convenit igni secundum se absque alio agente : et sicut semper est a forma igneitatis [117] sic semper agit talem actionem per talem formam, debet dici quod talis actio non est ab ipsa forma

per modum agentis, sed ab agente principali quod agendo formam simul agit omnia quae illam naturaliter [118] consequuntur. Et erit [119] talis actio ab agente extrinseco, licet non de novo et post constitutionem ignis talem actionem agat, sed in ignis constitutione. Si autem sit actio quae convenit [120] igni sic [121] quod aliquando habet esse talis actio et aliquando non esse, constat quod non potest esse ab igne ut ab agente, quia igne existente talis actio semper esset.

Item [122] nihil potest se reducere de potentia ad actum, sed oportet quod sit ab alio agente etiam [123] differente ab illo quo ignis constituitur in esse.

Item si igni secundum suam formam accidentalem puta : secundum calorem [124], per se competit aliqua [125] actio manens intra, non videtur esse nisi illa quae significatur per calorem [126] vel per calefacere. Et similiter etiam si ei competit per se et essentialiter actio manens intra secundum suam [**Cod. V, fol. 213 R**^{a}] formam substantia- [**Cod. P, fol. 306 R**^{a}] lem, non videtur esse nisi illa quae significatur per ignire vel ignescere ; sed calere vel calescere ut in igne existunt [127] non intelligitur nisi calidum esse actu, quod nihil aliud est quam ipse calor in actu [128]. Similiter etiam ignire vel ignescere, prout haec sunt in igne, nihil [129] aliud est quam esse ignem in actu, quod nihil aliud est formaliter quam ipsa forma substantialis ignis in actu. Ergo videtur quod nullo modo possit poni aliqua [130] actio manens intra in [131] aliquo quae sit ab illo [132] in quo est ut ab agente.

Quae etiam dicuntur circa primum modum praedictum, non valent. Ex hoc enim quod ponitur quod aliquid est passio respectu alicuius quod habet rationem agentis efficienter [133], cum non sit passio nisi secundum quod est in suscipiente, actio autem est secundum quod est ab agente, respectu eius in quo est nullo modo potest dici aliquid actio realiter ; unum enim [**Cod. R, fol. 214 V**^{a}] et [134] idem est secundum rem quod dicitur actio ut [135] ab agente a quo est efficienter [136], et passio ut in passo [137] in quo recipitur subiective. Ergo sicut respectu agentis efficienter [138] non potest aliquid dici passio sed tantum actio, ita etiam respectu eius in quo est aliquid subiective non potest dici actio sed tantum passio. Hactenus enim semper consuevit dici quod, secundum intentionem **Philosophi** (8) actio vera et passio dicunt habitudines non proprie agentis et patientis, sed unius motus vel transmutationis secundum rem ; quia motus unus et idem secundum quod est ab alio effective dicitur actio ; secundum quod est in alio subiective dicitur passio. Et ideo solet dici quod actio non est in agente, sed in passo [139] ; quia habitudo illa, secundum cuius rationem sumitur actio, fundatur in motu qui est in passo [140] ; non in agente, sed ab ipso. Dicere enim quod in motu non sit aliqua [141] realis habitudo respectu agentis ut est aliquid ab agente in aliud, et etiam ad patiens ut est aliquid in passo ab alio, est inconveniens. Per hoc autem non importatur nsi actio et passio.

Si [**Cod. P, fol. 306 R**^{b}] autem praeter hoc sit [142] aliqua [143] habitudo

relativa in agente respectu patientis et e converso, quae exigit motum medium et aliquid per agens constitutum in passum [144], prout in activo et passivo, antequam sit actio et passio dicitur esse potentia activa et passiva : et actione ac [145] passione terminata, illud quod habuit [146] rationem agentis in hominibus dicitur pater [147]; et illud quod habet rationem constituti dicitur filius. Et in aliis forte aliquid simile. Non tamen debet [148] dici quod huiusmodi respectus habeant rationem actionis et passionis proprie loquendo : sed in ipso motu fundantur [149] immediate respectus qui ad rationem actionis et passionis immediate requiruntur.

Praeterea dicere quod est quaedam habitudo in agente ad illud [150] quod per ipsum producitur [Cod. Q, fol. 167 R^b] et illa dicitur actio ; et quod est quaedam habitudo in patiente ad illud quod in ipso pruducitur, et illa est passio [151]; et negare [152] praedictas habitudines unius motus [153] secundum rem ut se habet diversimode ad activum et passivum et secundum quas vere sumitur actio et passio, est omnino irrationabile [154].

Non obstante ergo quod actio habet principium in agente, puta : potentiam activam, illud tamen principium non [155] est ipsa [156] actio, nec in illo per se et immediate fundatur ; sed in illo quod ab agente per illud principium producitur. Et similiter intelligendum est de passione. Male ergo dicitur quod est quaedam actio absoluta sic dicta a privatione oppositae passionis ; quia sicut impossibile est ab eo quod per agens producitur separare habitudinem relativam ut est ab agente in passum [157], quae ad [158] actionem pertinet, ita impossibile est [159] ab eodem separare habitudinem relativam ut est [160] in passo [161] ab agente quae pertinet ad passionem.

Praeterea dicere quod aliquid [Cod. P, fol. 306 V^a] unum et idem secundum rem [162] quod est vera actio, vere dicatur passio sic quod ut [163] respicit illud quod habet rationem agentis extrinseci efficienter [164] agentis quod respicit aliquid aliud ut passum [165], dicatur passio [Cod. V, fol. 213 R^b] : ut autem respicit illud [166] quod habet rationem agentis intrinseci agentis formaliter sit vere actio, non autem vera passio, est inconveniens, ut infra videbitur.

Praeterea dicere quod aliquid dicatur [167] vere et realiter actio absoluta [168] contradictoria implicat, appellando actionem veram et realem aliquid existens in aliquo subiecto realiter ab illo differens et esse in actu accipiens exeundo de vera potentia in actum. De ratione enim agentis est quod importet [169] respectum ad aliquid [Cod. R, fol. 214 V^b] sub ratione passivi, et e converso. Sicut ergo non potest [170] poni agens vel patiens [171] absolutum, ita etiam nec potest [172] poni quod aliquid quod [173] realiter est vere actio vel passio sit actio vel passio absoluta.

Aut ergo oportet dicere quod omnes tales perfectiones per modum actionis vel passionis significatae respectu agentis extrinseci quod vere et proprie habet rationem agentis sive efficientis, sunt vere actiones et non

passiones ; et respectu subiecti [174] sunt vere passiones et non actiones, prout dicunt omnes qui vere et proprie de activis et passivis et de actione et passione sunt locuti. Aut oportet dicere quod respectu agentis extrinseci non sunt [175] vere actiones ; quia illud non agit ut causa efficiens per se, sed solum ut causa sine qua non. Sed sunt vere actiones et etiam vere passiones respectu subiecti in quo sunt ut in subiecto et a quo [176] etiam habent esse effective.

Et secundum hoc quidam (9) doctores non minoris auctoritatis ponentes quod [177] subiectum aliquod est [178] principium activum respectu alicuius perfectionis vel operationis in se ipso, et praecipue [179] hoc po- **[Cod. P, fol. 306 V^b^]** nunt in voluntate minus [180] irrationabiliter [181], circa hoc dixerunt quantum ad hoc quod, quia impossibile est ponere activum nisi respectu passivi et actionem veram sine vera passione, consequenter ponentes dicunt quod actus voluntatis qui est a voluntate ut ab agente et [182] est [183] etiam [184] in voluntate ut in patiente, est vere actio et passio [185] et est unum et idem activum et passivum, scilicet ipsa voluntas [186] ; et refertur idem ad se ipsum realiter ; in hoc non ponentes nisi unum impossibile per se, scilicet primum, hoc scilicet quod aliquid sit activum respectu alicuius existentis in ipso. Alia enim consequuntur ad istud. Sed isti in consequente ponunt aliud impossibile, scilicet quod actioni non respondeat [187] passivum. Et in hoc etiam contradicunt ei quod primo posuerunt, scilicet quod [188] tale quid est vere activum, cum negent correspondere passivum. Male ergo dicitur quod aliqua [189] respectu subiecti in quo sunt habent rationem actionis in quantum ab illo habent esse. et quod non habent rationem passionis in quantum in illo habent esse [190], sed sic [191] sunt actio absoluta et non habent poni in aliquo sub ratione passionis. Hoc enim includit contradictoria, quod scilicet aliquid habeat esse ab aliquo, et ut sic sit queadam actio, et non [192] habeat esse in alio [193] et [194] ut [195] sic sit quaedam passio. Quia aut habet suam entitatem in se ipso ut aliquid per se subsistens, aut habet eam in alio [196] ut alteri inhaerens. Cum ergo tale **[Cod. Q, fol. 167 V^a^]** ens quod sic dicitur actio, ut est ab agente, suam entitatem habeat in ipso agente [197], unum et idem aget in se ipsum et erit [198] activum et passivum respectu eiusdem ; quod est inconveniens, et quod isti nituntur negare.

Cum ergo dicunt quod immo ita est ponendum quod quaedam est talis actio sic absoluta secundum **Aristotelem** [199] (10) qui nono *Metaphysicae* dicit quod quaedam sunt actiones intus manentes in agente, et hae sunt actiones absolutae ; aliae vero sunt actiones [200] transeuntes extra agentem, et istae sunt respectivae ; non valet. Quia constat quod de intentione **Philosophi** (11) in eodem [201] nono [202], est quod nihil [203] agit nisi [204] in aliud secundum **[Cod. P, fol. 307 R^a^]** quod aliud. Constat etiam [205] secundum ipsum in libro *De Anima* (12), ubi [206] principaliter tractat [207] de istis operationibus non secundum vulgarem famositatem sed secundum philosophiam et realem veritatem, quod videre, intelligere, et cetera, sunt [208] verae passio-

nes sensus et intellectus. Et ideo exponendum est hoc quod dicit talia esse actiones intus manentes sicut alibi expositum est [209] et in parte [210] [**Cod. R, fol. 215 R^a^**] inferius tangetur.

Praeterea ostenditur [**Cod. V, fol. 213 V^a^**] quod illud quod est passio respectu agentis extrinseci non possit esse actio respectu intrinseci : quia [211] quamvis [212] unum et idem possit habere rationem actionis respectu plurium agentium ordinate se habentium, quia [213] calefactio est actio [214] respectu ignis et respectu caeli et respectu Dei, et etiam passionis respectu plurium passivorum ordinatorum, sicut ipsa calefactio est passio respectu quanti et respectu substantiae in actu et respectu materiae, quod tamen aliquid quod est vere actio respectu agentis efficienter sit etiam [215] vere actio respectu subiecti suscipientis in quo est, non [216] videtur rationabile, cum non sint agentia ordinata. Immo magis sunt [217] principia quodam modo opposita, sicut [218] actus et potentia.

Item illud quod causatur ab agente efficienter et dicitur passio aut est id [219] ipsum quod est illud [220] quod est a subiecto ut ab agente formaliter ; et tunc non poterit dici habere esse a [221] pluribus agentibus nisi coordinatis, qualia non sunt efficiens et subiectum cum sint principia diversarum et oppositarum rationum ; aut sunt diversa secundum rem : et tunc termini etiam [222] erunt diversi secundum rem, licet [223], prout isti dicunt, tam talis actionis quam passionis terminus est ipsa forma secundum esse actuale. Ergo. Et cetera.

Praeterea sic dicentes incidunt in illud inconveniens manifestum quod aliquid [224] gignit se ipsum ut sic ; quia illud idem quod prius est sub esse solum potentiali est sibi causa activa ad hoc quod habeat esse in actu : quod nec in creatura nec in creatore intellectus capere potest, sicut dicit **Augustinus** (13) in libro *De Trinitate*, capitulo primo. Et ideo alii [225] famosi doctores (14) ponentes quod aliquid est causa a- [**Cod. P, fol. 307 R^b^**] gens respectu alicuius suae operationis vel perfectionis dicunt quod agens realiter differt ab actu, prout ponunt (15) in voluntate quod ipsa voluntas habens aliquo modo vim activam est causa agens suae volitionis, non ipsa volitio potentialis volitionis actualis, quia illud [226] quod est causa alicuius procedentis de potentia [227] ad actum secundum esse eius [228] potentiale et incompletum est causa eiusdem [229] secundum esse suum actuale et completum, cum haec [230] non sint aliqua [231] plura [232], licet [233] sint unum et idem realiter sub alio et alio modo essendi.

Quamvis ergo ad salvandum quod in quocumque composito sive substantiali sive accidentali forma non educitur de nihilo sed ex aliquo, quidam antiqui philosophi et etiam aliqui [234] doctores (16) posteriores videantur posuisse in materia vel in substantia in actu praeter essentiam materiae et substantiae ipsam formam praeesse secundum aliquam [235] rationem seminalem sive secundum aliquod eius esse potentiale sive secundum quan-

dam aptidudinem quae cum materia facit quoddam compositum reale potentiale [236]; tamen sicut generatione completa constituitur quoddam compositum perfectum per esse actuale formae, quia, secundum quod dicit [237] **Commentator** (17), generatio non [238] largitur multitudinem, sed perfectionem, cum [239] tamen propter hoc [240] non posuit [241] fieri huiusmodi transmutationem ut [242] ab agente nisi ab eo quod distinctum est et habet rationem agentis [**Cod. Q, fol. 167 V**[b]] efficienter [243], unde dicit **Commentator** (18) frequenter quod agens sive generans extrahit quod erat in potentia de potentia [244] in actum; similiter ergo [245] posito quod in materia sit aliquid tale quod sic dicitur ratio seminalis vel inchoatio formae vel aptitudo vel quocumque modo aliter, tamen non videtur aliqua [246] necessitas ponendi quod ultra actionem agentis efficienter [247] sit actio ipsius subiecti cum tali aptitudine agentis formaliter. Et ideo quia, prout alias est declaratum, sufficienter salvatur quod forma non fit [248] ex nihilo secundum viam quam dat **Philosophus** (19) et **Commentator** (20), absque hoc quod sic ponatur [249] forma secundum [**Cod. P, fol. 307 V**[a]] aliquod eius esse reale praecedere modo quo praedicti (21) ponunt; quia [250] ipsa forma non fit [251] per se, sed compositum, satis [252] es- [**Cod. R, fol. 215 R**[b]] set [253] si aliqui vellent sustinere modum praedictum de inchoatione formarum, qui tamen rationabilis [254] non videtur, absque hoc quod [**Cod. V, fol. 213 V**[b]] manifestum inconveniens novum [255] sine causa rationabili apponerent, scilicet quod subiectum cum tali [256] aptitudine vere et proprie agat formaliter ad hoc quod potentialitas illa transeat in actualitatem; et hoc non solum quantum ad formas accidentales, sed etiam quantum ad substantiales [257].

Quod autem hoc sit inconveniens aliter potest ostendi. Nam cum distinctio sit inter causas, sicut illud quod est causa in ratione agentis vel efficientis non potest dici causa in ratione materiae vel formae, ita illud quod est causa in ratione formae non potest esse causa in ratione agentis vel efficientis. Sicut ergo inconveniens est dicere quod aliquod efficiens respectu illius respectu [258] cuius dicitur efficiens [259], habet rationem subiecti vel formae efficienter, ita [260] etiam inconveniens est dicere quod aliquid habens rationem formae [261] respectu illius respectu cuius habet rationem formae inhaerentis, habeat aliquo modo rationem principii agentis formaliter; hoc est enim confundere causas et tollere earum distinctionem. Et sicut inconveniens est dicere quod aliquid quod est efficiens respectu alicuius habeat rationem susceptivi vel subiecti efficienter [262] alicuius quod habeat esse in illo respectu cuius est efficiens, et quod illud quod est materia respectu alicuius habeat rationem agentis materialiter alicuius quod habeat esse in illo [263] cuius est materia, ita impossibile est quod aliquid quod est forma alicuius vel ad essentiam formae alicuius pertinens, habeat rationem agentis formaliter respectu alicuius quod habeat esse in illo cuius est forma. Sed sicut agentis secundum quod huiusmodi non est [264] nisi agere et hoc in aliud secundum

quod aliud, ita materiae non est nisi suscipere actum ab alio, et formae non est nisi informare et perficere illud in quo est [265] et nullo modo agere respectu illius, licet bene sit ratio agendi respectu alterius. Et sicut inconveniens est [266] quod aliquid habeat esse in aliquo non formaliter sed efficienter, ita inconveniens est [267] dicere quod aliquid habeat esse ab aliquo non efficienter sed formaliter. Talia enim esse in [268] et esse ab [Cod. P, fol. 307 V^b] dicunt proprias et distinctas circumstancias causarum. Et sicut inconveniens est dicere quod aliquid habeat rationem informantis efficienter [269], ita inconveniens est dicere quod aliquid habeat rationem agentis vel moventis formaliter.

Item quod dicitur quod est quaedam actio absoluta, si alicubi verificatur, hoc est in illis quae exprimuntur per verba absoluta, sicut sunt calere, lucere, currere [270] et alia huiusmodi ; quia talibus non respondet aliquod passivum [271] quod respiciant ut [272] terminum vel passivum. Quia tamen talia sunt verba [273] quae significant [274] id quod significant [275] per modum actus et fieri, videtur quod ea quae per ista verba importantur sunt quaedam actiones. Sed quia illis non respondet aliquid pro termino ad quem nec vere et realiter nec etiam secundum rationem et modum intelligendi, non possunt dici actiones respectivae sed absolutae. Non sic autem potest dici de videre, intelligere et sic de aliis. Propter quod cum actioni [276] videndi [277] ut [278] significatur per verbum activum correspondeat obiectum in ratione [279] termini de quo etiam potest enuntiari verbum passivum, ut sicut dicitur quod oculus videt lapidem ita dicitur quod lapis videtur ab oculo, qua [280] ratione videre est actio vere et non [281] absoluta sed respectiva ; videri etiam vere erit [282] passio ; quod tamen non ponitur.

Item si solum propter modum significandi grammaticalem, scilicet quia verba quae significant illud quod significant [283] per modum actus et ut [284] in fieri, dicatur quod [Cod. Q, fol. 168 R^a] omne illud quod verbaliter significatur est vere actio vel passio, et illud [285] quod significatur per verbum activum sive absolutum sive transitivum est vere actio : et similiter illud [286] quod significatur per verbum passivum sit vere passio ; tunc [Cod. R, fol. 215 V^a], appetere quo materia appetit formam est vere actio ; et similiter recipere quo materia recipit formam. Similiter etiam videri et intelligi erunt vere passiones. Sic ergo est dicendum quod nullus actus est actio respectu eius in quo est [287] ; sed sicut si habet esse in facto esse dicitur simpliciter quaedam qualitas absoluta [Cod. V, fol. 214 R^a], licet possit ipsam consequi [Cod. P, fol. 308 R^a] quaedam relatio ad aliud, licet etiam possit significari per verbum activum, sic etiam si habet esse in fieri, tunc [288] in comparatione ad illud in quo est dicitur passio.

Sed circa [289] hoc est intelligendum quod, quia illud quod vere habet rationem actionis dicit aliquid quod vere est in fieri, et propter hoc continue dependet in esse suo tali ab agente quem semper oportet esse prae-

sentem durante actione ; item est talis res cui necessario respondet aliquid pro termino ad quem et pro subiecto in quo [290]. Quaedam autem sunt perfectiones quae licet non habeant esse vere [291] in fieri sed in facto esse, totae simul semper tamen [292] dependent a praesentia agentis in suo esse. Item ad illud [293] agens sic se habent [294] quod propter essentialem dependentiam quam habent ad illud, illud respiciunt ut terminum ad quem ; quod et facit vera actio licet non ut [295] subiectum in quo ; cuiusmodi sunt perfectiones potentiarum animae tam apprehensivarum quam appetitivarum. Ideo licet non [296] habent esse in subiecto, non sint vere actiones, immo potius passiones, tamen propter istas condiciones dicuntur quaedam operationes vel actiones quae realiter vere passiones sunt et tamen denominant subiectum in quo sunt per modum actionis propter huiusmodi habitudinem ad obiectum ut ad terminum ; et e converso, licet tales perfectiones non sint in obiecto tanquam verae passiones, quia tamen ipsum respiciunt ut verum terminum quod convenit [297] verae passioni, ideo licet respectu obiecti tales perfectiones sint verae actiones, significantur tamen per modum passionis ; et sic obiectum tanquam passivum denominant. Sicut enim percutiens respicit percussum ut terminum et etiam ut subiectum percussionis, ideo dicitur esse actio in quantum respicit aliud ut terminum ad quem ; et dicitur transiens extra in quantum respicit illud ut subiectum in quo. Ita etiam videns respicit per se obiectum ut terminum, et [298] ideo videre dicitur actio. Sed quia illud non respicit ut subiectum, sed eius subiectum est illud quod sub ratione agentis [299] denominat [300], ideo dicitur manens in agente, id est in eo quod per modum agen- [**Cod. P, fol. 308 R^b**] tis denominatur, licet non sit vere agens. Et quia haec aliis perfectionibus non conveniunt, ideo nec de ipsis talia debent dici.

Praeterea si solum vere [301] dicitur actio [302] exitus alicuius entis de potentia ad actum — nam cum forma est sub esse potentiali nude [303] antequam excitetur [304] ab agente efficienter, non dicitur vere actio — similiter [305] etiam cum est reducta ad actum completum non est vere actio : quaero, cum ignis in potentia factus est in actu ignis, utrum adhuc sit ibi aliqua [306] actio secundum ea quae ad transmutationem substantiae pertinent? Si sic [307], erit processus in infinitum.

Item cum illud quod erat ignis in potentia etiam esset aliquid calidum in potentia et cum [308] est [309] factus ignis in actu, factum est etiam calidum in actu : quaero utrum adhuc sit in igne aliqua [310] actio secundum caliditatem quae sit aliud quam ipsa caliditas? Si sic, praecedit potentiale secundum quod fit [311] talis actio et est id ipsum quod caliditas [312] aut aliquid aliud, non caliditas ; quia est iam in actu. Si aliud, iterum quaero si illa [313] potentialitate reducta [314] in actum sit ibi adhuc alia actio [**Cod. R, fol. 215 V^b**] ; et sic in infinitum.

Inconveniens est ergo ponere quod in illo quod est reductum de potentia

aliqua [315] in actum sive substantialem sive accidentalem sit aliqua [316] alia actio consequens manens in agente, sed [Cod. Q, fol. 168 R^b] per suam actualitatem actionem efficere potest in aliud. Et secundum hoc, cum potentia calidum est factum calidum, non potest dici quod calere dicat in ipso aliquam [317] actionem quae sit realiter aliud quam caliditas vel esse calidum.

Nec praedictis repugnat quod dicit **Simplicius**, *Super Praedicamenta*, capitulo : De Actione, dicens quod, licet facere [318] et pati in generali ad invicem dicantur et referantur et [319] non sint quaedam absoluta, non omnia tamen [320] quae sub istis continentur [Cod. V, fol. 214 R^b] dicuntur ad invicem relative. Universaliter enim de omni agente facere [321] dicitur. Non omnis actio autem ad [322] patiens dicitur. Neque enim absolutae actiones, ut currere, am- [Cod. P, fol. 308 V^a] bulare, dicere, legere ad aliquid sunt, quamvis sint [323] facere. Quamvis [324] enim patiatur aliquid pavimentum ab ambulante, non tamen secundum hoc dicitur ipsum ambulare facere, sed secundum talem motum.

Ex istis enim quidam, licet [325] male, nituntur ostendere quod est aliqua [326] vera actio et est ab aliquo quod habet rationem vere agentis et tamen non respondet ei aliquod passivum [327], nec est in aliquo ut in passo (22). Ex quo enim aliquid quod est ab agente de necessitate est actio quaedam absoluta quidem, quod patet ex modo significandi quo exprimitur ; et cum non significetur ut in alio vel ut ad aliud, non est aliquid quod sit in aliquo ut [328] in passo. Et secundum hoc [329] licet [330] id quod talis actio est, realiter sit in ipso agente, quia tamen non est in illo ut in passo, dicetur quod idem [331] agit a se actionem in ipso manentem. Nec tamen idem agit [332] in se ipsum nec idem erit activum et passivum ; quia talis actio habet activum [333] a quo est, sed [334] non [335] habet passivum in quo sit.

Sed istud non est bene dictum. Nec est dictum secundum intentionem **Simplicii**. Non est enim [336] intentio eius quod sit [337] res aliqua [338] quae est actio vera et realis sic quod dicit aliquem actum ad quem subiectum aliquod est eductum de potentia ad actum quin tali rei quae actio [339] dicitur sit assignare et verum activum et verum passivum realiter et [340] subiecto ad [341] invicem differentia et distincta. Non enim ponit extra nisi de talibus secundum quae subiectum ens in potentia ad illa reducitur ad [342] actum secundum ipsa. Sed nec **Simplicius** nec isti supponunt quod id quod est realiter in potentia ad aliquem actum, reducat [343] se ad illum per se ipsum solum absque alio vere [344] agente efficienter vel saltem excitative : propter quod nec debet [345] poni aliquid quod sit vere actio absoluta respectu agentis sive ut est ab agente quin illa realiter [Cod. P, fol. 308 V^b] sit passio vere ut est in aliquo alio ab agente efficienter. Ergo talibus debet [346] vere tribui activum et passivum realiter differentia. Unde ipse ibi dicit quod ipsum ambulare dicitur quoddam facere secundum talem motum, id est : est vere actio ; quia est realiter id quod est talis motus, scilicet progressivus.

qui vere est actio et etiam [347] passio et [348] cui respondent praedicta, scilicet activum et passivum, distincta quae docet **Philosophus** (23) libro *De Motibus Animalium*.

Et similiter est intelligendum de quibuscumque aliis quae dicuntur actiones verae quantumcumque absolutae. Quia **Simplicius** [349] non dicit eas esse absolutas res quantum ad id quod sunt realiter. Constat enim quod ambu [**Cod. R, fol. 216 Rª**] latio secundum quod est realiter talis motus progressivus respicit et illud a quo agitur et in quo agitur. Sed prout talis res significatur per verbum sic absolutum et etiam aliquo modo ab intellectu apprehenditur absque actuali comparatione ad aliquid sub ratione passivi, ideo dicitur actio absoluta.

Item quia illud quod in tali motu, qui vere est actio et passio, habet rationem activi et passivi, licet differant subiecto ; quia tamen sunt partes unius animalis propter quod talis actio, quae etiam est passio, manet in agente, quia animal [350] est et agens et patiens [351] motum talem licet secundum aliud et aliud, et sic talis actio non respicit secundum modum significandi aliquid ut passum [352] vel [353] terminum ; quia etiam non [**Cod. Q, fol. 168 Vª**] respicit aliquid extra animal etiam ut passum [354], sicut dicit **Simplicius** de pavimento — propter hoc [355] **Simplicius** talia dicit [356] esse actiones absolutas ; — est ergo dicendum quod nulla actio est sic secundum rem absoluta quin ei respondeat vere passivum in quo sit subiective differens ab eo quod est vere activum ; et quin secundum id quod est realiter et secundum quod induit etiam nomen commune sub quo [357] continetur, importet respectum ad patiens et includat veram passionem, sicut [**Cod. V, fol. 214 Vª**] patet [358] de ambulatione ; quae licet [359] ut [**Cod. P, fol. 309 Rª**] tali verbo speciali significatur [360], non dicat respectum ad patiens, id tamen quod est realiter habet respectum ad [361] illud ; et etiam ambulatio ipsa cum hac reduplicatione : ambulatio in quantum motus progressivus. Similiter etiam in aliis. Nam si legere et dicere accipiuntur pro quibusdam actibus corporalibus qui consistunt in formatione et expressione vocis sensibilis, sunt etiam quidam motus reales continentes et tractum et pulsum vel compositi ex illis. Et similiter est intelligendum circa alia, scilicet talia [362] quae in movere et moveri consistunt.

Item, sicut supra tactum est, dicere quod aliquid quod est vere actio sit [363] in agente, et tamen idem non agit in se ipsum nec habet rationem activi et passivi respectu eiusdem, implicat contradictionem. Oportet enim quod sicut dicitur esse actio, quia est ab illo, ita dicatur passio quia est in alio ; et cetera.

Sic [364] ergo supponendum est quod substantia non est principium activum nec mediatum nec immediatum alicuius operationis vel perfectionis quae sit [365] in ipsa, sed bene est principium passivum immediatum respectu alicuius suae prioris perfectionis et mediatum respectu posterioris. Nam

materia est immediatum principium passivum et susceptivum respectu cuiuscumque [366] formae substantialis, quia ante formam substantialem, cum ipsa sit primum in genere actuum, non potest praeintelligi in materia aliquid aliud ab ipsa materia quae etiam est pura potentia per quod ipsa ad aliquam formam determinetur in esse subiectum cuiuscumque formae sive ut forma quacumque informetur, licet in esse subiectum transmutationis ad aliquam formam determinatam bene determinetur per aliquam aliam formam et per determinatas dispositiones, prout dicitur quod non quodlibet fit ex quolibet, sed determinatum ex determinato et quod numerus potentiarum in materia est secundum numerum formarum substantialium sive specierum. Sed substantia creata existens in actu per formam aliquam substantialem determinat sibi quaedam accidentia et quasdam proprietates [367] quodam ordine naturae et me- [Cod R, fol. 216 R^b] mediantibus [Cod. P, fol. 309 R^b] quibusdam est susceptiva aliorum. Et cum aliqua substantia est in potentia ad aliquas perfectiones circa ipsam variabiles et successibiles vel secundum [368] oppositionem contrarietatis vel secundum oppositionem habitus et [369] privationis, nullam autem talium specialiter [370] sibi determinat, oportet quod praeintelligatur determinata secundum aliquam aliam dispositionem vel proprietatem ; sicut corpus mixtum quod est in potentia ad contrarios colores oportet esse superficiatum ad hoc quod illos suscipiat ; et corpus quod est in potentia ad lucem et tenebram oportet esse determinatum per diaphaneitatem [371]. Et similiter animam, quae est in potentia ad videre et non videre, et ad videre hoc et [372] aliud et similiter de aliis actibus eius, oportet esse determinatam per aliquam proprietatem vel dispositionem invariabilem quam aliquam determinatam potentiam dicimus.

Loquendo autem de operatione transeunte extra de qua quaestio principaliter proponitur, cum sint duo genera agentium, scilicet ars et natura, — rationalia [373] autem [374] sive intellectualia modo artis agere dicuntur, alia autem [375] modo naturae, — dicendum est [Cod. Q, fol. 168 V^b] quod substantia quae agit naturaliter, de necessitate agit per aliquam potentiam ipsi [376] substantiae additam, videlicet per aliquas qualitates activas et passivas quae non sunt agentia principalia, sed [377] instrumenta et rationes agendi. Nunquam enim potest agens transmutare materiam ad formam nisi per huiusmodi qualitates activas et passivas, quia actio naturalis requirit contrarietatem in activo et passivo, quae proprie non est secundum formas substantiales ; ideo forma substantialis immediate non agit.

Cum etiam rationalia et intellectualia agant per modum artis, ad quod necessario requiritur actus intellectus qui non sufficit nisi adsit etiam actus voluntatis ; quia illud quod est ex parte intellectus est indifferens ad agendum contraria et aeque ageret illa nisi adsit quaedam determinatio ex appetitu alicuius [378] [Cod. P, fol. 309 V^a] finis, prout [Cod. V, fol. 214 V^b]

docet **Philosophus** (24) nono *Metaphysicae* ; ideo cum in omni creatura tam rationali quam intellectuali actio transiens extra procedit ab actione existente intra, puta : ab actu intellectus et voluntatis; nunc autem et actus isti et potentiae determinatae quarum sunt actus dicunt aliquid additum substantiae animae vel angeli, ideo dicendum quod non agit aliquam talem operationem nec homo nec angelus per suam substantiam immediate.

Sed utrum in angelis ad causandum huiusmodi operationem sufficiant intellectus et voluntas vel oporteat ibi ponere aliquam tertiam virtutem, quae virtus motiva dicatur, de hoc alias (25) tetigi duas opiniones. Videretur tamen quod, nisi obstaret quidam articulus (26) a Parisiensi Episcopo condemnatus [379], posset dici quod ad causandum motum localem sufficit intellectus et voluntas in angelis ; quia secundum intentionem **Philosophi** (27) in tertio *De Anima*, ad causandum motum progressivum in homine vel in animali non sunt necessaria nisi duo principia per se agentia, licet sint alia instrumentaliter facientia et cooperantia ad motum ; quia expresse post [380] multam circa hoc inquisitionem et ostensionem quod solus intellectus vel sola phantasia non est sufficiens principium talis motus [**Cod. R, fol. 216 V**[a]], item nec etiam voluntas vel appetitus, concludit quod utrumque simul est sufficiens principium quorum est unum principium extrinsecum [381], scilicet appetibile apprehensum quod movet et non movetur. Unde desiderium secundum quod includit et actum intellectus vel phantasiae et actum appetitus vel voluntatis est principium per se causativum motus localis progressivi. Sed verum est quod ad illius executionem requiruntur instrumentaliter plura alia ; quia sicut **Philosophus** (28) docet [382] in libro *De Causa motus animalium*, res apprehensae et appetitae mediantibus huiusmodi apprehensio- [**Cod. P, fol. 309 V**[b]] ne et appetitu quae habent quandam vim ab ipsis rebus obiectis a quibus causantur, nata sunt causare quasdam transmutationes in organis corporalibus secundum qualitates sensibiles, ita quod organa corporalia post huiusmodi apprehensionem et appetitum transmutantur secundum caliditatem et frigiditatem ; et ex hoc causatur bene motus quidam localis et dilatationis et constrictionis et impulsus [383] quidam ab una parte in aliquam [384] aliam partem. Ergo videtur quod in angelis sufficient etiam intellectus et voluntas ad movendum localiter aliquod corpus suae virtuti proportionatum. Et potest exponi dictus articulus (29) sicut alibi (30) est expositus.

Ad argumentum in oppositum est dicendum quod, licet actus intellectus et voluntatis sint intus manentes, sic scilicet quod sunt subiective in [385] intellectu et voluntate, non autem in corpore extra, hoc tamen non impedit quia possint [386] esse principium causativum actus exterioris. Illud enim per quod aliquid est principium alicuius effectus extrinseci, non oportet quod sit extra agentem ; immo principale principium debet esse in ipso,

licet illud per quod instrumentaliter agit sit aliquid extrinsecum [387] ubi sunt necessaria instrumenta praecipue separata.

Argumentum quod ad aliam partem inducitur non valet ; quia falsum supponit [Cod. Q, fol. 169 Rª], scilicet quod esse sit aliquid differens a substantia rei. Nec videtur unde accipiatur tam commune dictum quod esse et essentia realiter differant nisi ex hoc quod illud quod significatur [388] nomine essentiae in abstracto [389], significatur per modum entis existentis in quiete et per modum permanentis et fixi et quasi per modum habitus : illud vero quod significatur per esse significatur per modum entis existentis in fluxu et fieri et [390] per modum actus quasi continue exerciti, sicut [Cod. P, fol. 310 Rª] etiam contingit in terminis specialibus. Nam sic videntur se habere ad invicem calor et calere, et lux et lucere, albedo et albere ; intelligentia, non ut nominat potentiam animae sed actum, et ipsum intelligere ; sapientia etiam, non [Cod. V, fol. 215 Rª] prout dicit habitum sed actum, et sapere ; et sic de aliis ubi sunt imposita nomina et verba ad significandum unum et idem secundum rem sub alia et alia ratione et sub alio et alio modo significandi illud exprimentia.

Unde si ita est in terminis specialibus quod per eos sic diversa realiter significantur, ita etiam erit et in terminis generalibus. Et si hoc non conceditur in specialibus, nec etiam in generalibus est concedendum.

Hoc patet sic : quia constat quod isti termini generales : ens, essentia et esse, non sunt termini univoci ; nec respondet eis aliquid unum pro significato ; nec [391] unum quidem secundum rem ; nec unum etiam secundum conceptum ; quia non sunt nomina generum nec etiam specierum, sed sunt termini [392] aequivoci non plura significantia [Cod. R, fol. 216 Vᵇ] casu quae nullam habent [393] attributionem ad invicem ; et ideo dicuntur analogi. Unde istis nominibus non respondet aliquod unum significatum in communi ; sed unumquodque ens speciale est significatum per se per illa. Unde per hoc nomen ens in concreto et per modum subsistentis [394] non significatur nisi Deus, homo, equus, album, nigrum, et cetera. Et per hoc nomen essentia per modum formae et abstracti significatur deitas, humanitas, equinitas, lux, albedo ; et sic de aliis. Ergo similiter per esse per modum fluxus et fieri significatur lucere, calere ; et sic de aliis.

Non poterit ergo poni quod ista, ut per terminos generales significantur, dicant res diversas nisi illa quae eis respondent in terminis specialibus et quae per illos significantur etiam realiter differant [395], cum nullam aliam realitatem importent. Sicut ergo se habet esse ad essentiam in generali, ita se habet lux [Cod. P, fol. 310 Rᵇ] ad lucem in speciali, ut si esse et essentia in generali [396] dicunt diversas res, similiter [397] differunt in luce. Et [398] sicut essentia exprimitur per nomen lucis, ita etiam esse exprimetur per hoc verbum lucere. Quod enim dicatur quod esse lucis non possit exprimi per terminum specialem sicut ipsa essentia eius [399], dicitur contra rationem.

Et consimiliter [400] etiam est intelligendum in omnibus aliis terminis significantibus substantiam quod si in illis substantiis differunt realiter esse et essentia, possent poni termini speciales per quos esse exprimerent, licet hoc magis convenienter fiat in terminis accidentalibus et formis substantialibus aliquibus, quia accidentia sunt formae quaedam et actualitates. Et similiter etiam formae substantiales ; et ideo per terminos verbales qui significant per modum actus possunt significari. Unde potest dici forma format vel informat in generali, et anima animat in speciali. Sed non videtur posse dici quod talia quae per huiusmodi terminos speciales importantur, sint aliqua realiter differentia. Ergo similiter dicendum est hoc in terminis quantumcumque generalibus. Quod enim una et eadem res non possit significari per tales terminos sic diversos [**Cod. Q, fol. 169 R^b^**] non debet dici. Idem enim significant lectio, legere, lector, legens, et sic de aliis, quantum ad id quod per tales terminos primo et per se ut [401] principale significatum importatur. Inconveniens ergo est [402] dicere quod esse et essentia differant realiter.

Nec valet illud quo hoc arguunt aliqui dicentes quod illud quod est indifferens ad aliquem habitum et eius privationem est aliud realiter a tali habitu ; sed essentia est indifferens ad esse et non esse, quia neutrum istorum includit ; ideo ; et cetera.

Si enim accipiatur essentia [403] pro subiecto et ipsum esse pro aliquo habitu et non esse pro privatione, ita quod ipsa essentia dicat aliquam entitatem quae in hac sua [**Cod. P, fol. 310 V^a^**] entitate manens nunc sit sub habitu illo, nunc sub privatione, sicut diaphanum respectu lucis et tenebrae ; sic esset verum quod dicitur. Sed non est ita. Quia licet essentia, quando intelligitur sub esse, intelligatur verum ens in actu et non ens solum in potentia ; tamen quando intelligitur sub non esse non intelligitur iam amplius essentia sub sua entitate actuali vel in actu [404], sed solum in potentia.

Ex quo patet quod non sunt aliud ipsa essentia et ipsum esse. Quia, cum intelligitur essentia sub non esse, non [**Cod. V, fol. 215 R^b^**] sic etiam intelligitur esse in potentia. Et cum intelligitur essentia sub esse, intelligitur essentia in actu et etiam esse in actu [405].

Est ergo [**Cod. R, fol. 217 R^a^**] intelligendum circa istam indifferentiam essentiae [406] respectu esse et non esse, quod unumquodque quod nomine entis creati intelligitur, habet hanc indifferentiam ; quod [407] cum non sit quoddam necesse esse secundum suam essentiam et naturam et secundum suum esse, distinguitur in actum et potentiam, sic scilicet quod essentia angeli est indifferens [408] ad essentiam in potentia et ad essentiam in actu. Ab aeterno enim essentia angeli [409] fuit essentia in potentia non in actu ; sed per creationem facta est essentia in actu. Et similiter est de esse angeli quod esse angeli ab aeterno fuit esse in potentia et per creationem factum est esse in actu. Quia ergo essentia est indifferens ad essentiam in actu et ad essentiam in potentia, ideo etiam dicitur indifferens ad esse in

actu et ad esse in potentia. Et quia esse in potentia non est esse [410] simpliciter, ideo dicitur quod est indifferens ad esse et non esse. Sed non potest hoc dici nisi secundum quod ipsa essentia est indifferens etiam ad essentiam in actu et ad essentiam in potentia; quia cum aliquid dicitur esse in actu [411], dicitur habere essentiam in actu, et cum dicitur esse in potentia, dicitur habere essentiam in [412] potentia. Non ergo potest dici quod essentia in actu sit indifferens ad esse et non esse. Immo includit esse, quia est id ipsum quod est illud sub alio modo intelligendi et [Cod. P, fol. 310 V^b] significandi. Nec etiam essentia in potentia est indifferens ad esse et non esse [413]. Immo excludit esse et includit non esse. Quantum ergo convenit alicui enti de essentia, tantum competit ei de esse; et e converso. Et cum essentia in potentia fit essentia in actu, esse in potentia fit etiam esse in actu.

Item posito quod ita esset, non valeret ad ostendendum quod substantia rei non sit immediatum principium alicuius perfectionis vel operationis. Est enim intellectus quaestionis utrum substantia existens praeter omnia alia quae sibi existenti in ratione solius substantiae posset esse sic principium alicuius actus. Cum enim substantia sine [414] suo esse nihil sit in actu [415], quia esset et non esset, non potest substantia esse principium alicuius actus nisi eius esse includatur non in ratione principii et causae agentis, sed aliquo modo in ratione formalis perfectionis eius quod est per se principium activum quod absque illo non existeret in rerum natura.

Ad argumentum in corpore solutionis inductum generaliter ad ostendendum quod sola substantia possit esse principium activum respectu actus substantialis et etiam quod omne subiectum est [Cod. Q, fol. 169 V^a] principium activum cuiuslibet perfectionis quae per principia naturalia educitur de potentia ad actum, est dicendum quod sicut iam aliqualiter tactum est et alias diffusius tractatum [416], ad evitandum dictum inconveniens de creatione formae, non oportet ponere formam praecedere secundum totum id quod est ut dicit aliquid realiter distinctum a materia, licet sub esse potentiali; ex hoc enim [417] sequuntur quam plurima inconvenientia manifesta alibi explicata. Hoc autem [418] inconveniens de creatione [419] solum sequeretur si forma esset aliquid quod per se fieret; quia quod per se fit, si non [420] creatur [421], ex aliquo sui fit. Sed non est ita; quia totum compositum per se fit in actu secundum formam ex aliquo sui secundum materiam. Et fit etiam compositum per se ex composito [422] per se. Nam sicut ignis in actu fit ex igne in potentia qui actu est aqua [423], non [Cod. P, fol. 311 R^a] ratione formae sed ratione materiae, ratione cuius aqua in actu est ignis in potentia; ita etiam ignis in actu non fit ratione materiae per quam non est in actu, sed ratione formae per quam habet esse in actu [424].

Praeterea, sicut tactum est, posito quod forma sic praecederet secundum esse potentiale, per hoc tamen non posset dici compositum ex ma- [Cod. R, fol. 217 R^b] teria et forma secundum tale esse habere rationem

activi respectu actualitatis formae eiusdem, tum quia idem secundum idem esset activum et passivum, in potentia et [425] in actu, et sic de aliis ; quae solebant inconvenientia reputari a scientibus ; tum quia forma quae sic ponitur praeesse in materia, ponitur ibi esse secundum esse potentiale sive secundum quod possibilis est [**Cod. V, fol. 215 V^a^**] et [426] in potentia. Enti autem in potentia secundum quod huiusmodi non convenit agere sed solum agi.

Si dicatur, quod verum est, quod tali enti sic sub ratione [427] esse possibilis et potentialis non convenit agere secundum se, sed hoc convenit ei secundum quod excitatum ab agente principali, hoc non valet. Quia, aut talis excitatio [428] nihil est, aut non est aliud quam ipse exitus illius entis sub esse potentiali ad esse actuale completum. Non potest ergo poni alius quidam exitus eiusdem sic de esse potentiali ad esse actuale per se ipsum.

Quod [429] enim illud quod non est [430] ens nisi secundum esse potentiale et possibile habeat rationem activi respectu eius quod est ens simpliciter [431] in actu completo, hoc est irrationabile. Immo ad hoc sufficit activum extrinsecum. Item si formae sic praeexistenti ratione qua forma est conveniret aliquod agere [432] impossibile est quod hoc ei conveniret respectu sui ipsius. Ponitur autem quod forma sic praecedens secundum esse potentiale et postea habens esse secundum esse actuale, sunt id ipsum indistincta secundum rem. Ergo. Et cetera.

[1] creatura R. — [2] transeuntem extra] extra transeuntem PRQ. — [3] quaestio P. — [4] responsio — operationis] *om.* R ; *deinde in marg. scrips.* R. — [5] sibi *add.* Q ; *postea del.* — [6] alia PRQ. — [7] *om.* PQ. — [8] habeat *add.* P. — [9] *om.* V. — [10] suum esse] esse suum PRQ. — [11] aptitudinem PRQ. — [12] non *add.* Q ; *postea del.* — [13] esxitimationem P. — [14] sed V. — [15] sit P. — [16] efficaciter P. — [17] in *om.* 1^a^ *m.* V ; *add. in marg.* 2^a^ *m.* V. — [18] esse PRQ. — [19] efficaciter P. — [20] quaedam respectiva *add.* Q ; *postea del.* — [21] et 1^a^ *m.* V ; *del. et* a *in marg. add.* 2^a^ *m.* V ; et R. — [22] non R ; nisi Q. — [23] viso PR ; visio 1^ae^ *m.* Q *in* viso *corr.* 2^a^ *m.* Q. — [24] existente P. — [25] efficitur P ; existentem in ratione efficientis sive efficienter *add.* Q. — [26] ad visionem *add.* Q ; *postea del. et* quae est etiam ipsam *add.* Q. — [27] ipsam P. — [28] ex *add.* Q. — [29] causalitatem R. — [30] aliam P ; quam Q. — [31] quae dicitur absoluta *add.* Q. — [32] *om.* 1^a^ *m.* V ; *add. in marg.* 2^a^ *m.* V. — [33] indigente PQ. — [34] est *add.* Q ; *postea del.* — [35] passio Q. — [36] passivum P. — [37] *om.* PQ. — [38] alia PQ. — [39] illud PQ. — [40] fiat *add.* Q. — [41] manens Q. — [42] ubi PRQ. — [43] ubi PRQ. — [44] sicut PRQ. — [45] huiusmodi operationes] *om.* 1^a^ *m.* V ; *add. in marg.* 2^a^ *m.* V. — [46] huiusmodi — sunt] *om.* Q. — [47] huiusmodi — ab ipsis] *om.* PR. — [48] *om.* PRQ. — [49] ut *add.* PR ; ubi *add.* Q. — [50] electio *add.* PR. — [51] unius P. — [52] animae *add.* Q ; *postea del.* — [53] una V. — [54] secundum P. — [55] terminationem PRQ. — [56] *om.* PQ. — [57] irrationabilis nimis] magis impossibilis quam primus PRQ. — [58] contingit PR. — [59] contingit P. — [60] pers 1^ae^ *m.* R, *in* per *corr.* 2^a^ *m.* R. — [61] id. PRQ. — [62] *om.* PRQ. — [63] aliam PRQ. — [64] ad PRQ. — [65] *om.* 1^a^ *m.* V ; *add. in marg.* 2^a^ *m.* V. — [66] posita P. — [67] *om.* PRQ. — [68] species — ipsa] *om.* 1^a^ *m.* V ; *add. in marg.* 2^a^ *m.* V. — [69] adhuc non *add.* 1^a^ *m.* V ; *del.* 2^a^ *m.* V. — [70] in actu sed solum magis *add.* 1^a^ *m.* V ; *del.* 2^a^ *m.* V. — [71] sit intellectus dispositus] depositus est intellectus PRQ. — [72] quod

non] quod 1ae *m.* V, *del et* quod non *scrips. in marg.* 2a *m.* V. — [73] habetur P. — [74] habilitato *add.* Q ; *del. postea.* — [75] actus PR ; accidens Q. — [76] *om.* 1a *m.* V ; *add. in marg.* 2a *m.* V. [77] ergo — formam] om. RQP ; *in marg. scrips.* 2a *m.* R. — [78] anima semper] semper anima V. — [79] alia PQ. — [80] aliqua entia] *om.* 1a *m.* V ; *add. in marg.* 2a *m.* V. — [81] sunt V. — [82] semper habent] habent semper per R. — [83] *om.* 1a *m.* V ; *add. in marg.* 2a *m.* V. — [84] *om.* RPQ. — [85] transmutatus R. — [86] alius P. — [87] transmutatur PR. — [88] magnens 1ae *m.* Q. *in* manens *corr.* 2a *m.* Q. — [89] t R. — [90] *om.* R. — [91] secundum PR. — [92] autem P. — [93] catum Q. — [94] *om.* PR ; *in marg. scrips.* 2a *m.* R. — [95] non — sed] *om.* 1a *m.* V ; *add. in marg.* 2a *m.* V. — [96] scibile *add.* Q ; *postea del.* — [97] cuncta R ; conuncta PQ. — [98] et Q. — [99] ut PR. — [100] amor PQ. — [101] *om.* P. — [102] omnes habitus] habitus omnes Q. — [103] *om.* PRQ. — [104] differens Q. — [105] similiter PQ. — [106] simpliciter Q. — [107] similiter Q. — [108] a materia PQ. — [109] in intellectu — ipsi] *om.* Q. — [110] irrationale PQ. — [111] a materia PRQ. — [112] conentur declarare] communiter declaratur RQ ; declaretur communiter P. — [113] igneitas PRQ. — [114] quaedam PQ. — [115] alia R ; qua Q. — [116] aliam R : a materia PQ. — [117] igneitas PRQ. — [118] materialiter R. — [119] est P. — [120] contingit P. — [121] quod *add.* Q. — [122] igne — item] *om.* 1a *m.* V ; *add. in marg.* 2a *m.* V. — [123] vel PRQ. — [124] colorem PQ. — [125] alia PQ. — [126] calore V. — [127] existere Q. — [128] quod — actu] *om.* PRQ. — [129] vel P. — [130] alia PRQ. — [131] ab PRQ. — [132] isto R. — [133] efficitur PQ. — [134] enim et] *om.* 1a *m.* Q ; *add. postea* 2a *m.* Q. — [135] vel P. — [136] efficaciter Q. — [137] passio Q. — [138] efficientis P. — [139] passio Q. — [140] passio Q. — [141] alia PRQ. — [142] *om.* Q. — [143] alia PRQ. — [144] passivum P. — [145] et P. — [146] habuerit P. — [147] pati P. — [148] tamen debet] debet tamen PRQ. — [149] fundatur PR. — [150] aliud PRQ. — [151] et illa est passio] *om.* R. — [152] vera re P ; vere re Q. — [153] *om.* 1a *m.* V ; *in marg. add.* 2a *m.* V. — [154] rationale PRQ. — [155] non *add.* Q. — [156] illa PRQ. — [157] in passum *add.* Q. — [158] *om.* Q. — [159] quod *add.* PQ. — [160] ab agente — ut est] *om.* R. — [161] passio PRQ. — [162] secundum rem] *om.* PRQ. — [163] ubi P. — [164] efficitur Q. — [165] passivum P ; passm Q. — [166] id PRQ. — [167] *om.* R. — [168] contradictio *add.* Q. — [169] in parciet Q. — [170] non potest *add.* Q. — [171] parciens 1ae *m.* Q *in* parcens *corr.* 2a *m.* Q. — [172] *om.* PRQ ; *in marg. add. alia m.* R. — [173] *om.* 1a Q ; *deinde suppl.* 2a *m.* Q. — [174] obiecti RQ. — [175] *om.* 1a *m.* V ; *add. in marg.* 2a *m.* V. — [176] a quo] aliquo Q. — [177] *om.* Q. — [178] etiam 1ae *m.* V : *del. et* est *in marg. scrips.* 2a *m.* V. — [179] praecise V. — [180] cuius PRQ. — [181] rationabiliter RP. — [182] et 1ae *m.* V. *del.* 2a *m.* V. — [183] *om.* 1a *m.* V ; *deinde in marg. add.* 2a *m.* V. — [184] *om.* PRQ. — [185] est — passio] *om.* 1a *m.* V, *in marg. add.* 2a *m.* V. — [186] activum et passivum. scilicet ipsa voluntas] scilicet ipsa voluntas activum et passivum PRQ. — scilicet ipsa voluntas] *om.* 1a *m.* RV ; *add. in marg.* 2a *m.* VR. — [187] responderet Q. — [188] ad Q. — [189] *om.* PRQ. — [190] et quod — esse] *om.* PRQ. — [191] *om.* PRQ. — [192] *om.* Q. — [193] alio PRQ. — [194] *om.* V. — [195] non R ; nisi P. — [196] eam in alio] in alio eam RQ ; in alia eam P. — [197] ipso agente] agente ipso P. — [198] est P. — [199] arum R. — [200] absolutae — actiones] *om.* PRQ. — [201] *om.* Q. — [202] metaphysicae *add.* RQ. — [203] *om.* RQ. — [204] nisi 1ae *m.* R. *in* ni *corr.* 2a *m.* R. — [205] et R ; constat etiam] et constat Q. — [206] ut 1ae *m.* R *in* ubi *corr.* 2a *m.* R. — [207] principaliter tractat] tractat principaliter P. — [208] sicut P : sint Q. — [209] expositum est] est expositum V. — [210] inferius tangetur *add. ima parte folii* R. — [211] quod P. — [212] quam ut PRQ. — [213] quod P. — [214] passio P. — [215] efficienter sit etiam] efficientis sic est PRQ. — [216] videtur *add.* Q ; *postea del.* — [217] sint PRQ. — [218] et *add.* Q : *postea del.* — [219] *om.* 1a *m.* V ; *add. in marg.* 2a *m.* V : — illud P. — [220] id PRQ. — [221] in PRQ. — [222] et Q. — [223] sed V. — [224] illud R : *postea del. et* aliquid *in marg. corr.* 2a *m.* R. — [225] aliquando VQ. — [226] ideo Q. — [227] in *add.* Q : *postea del.* — [228] esse eius] eius esse V. — [229] eius PRQ. — [230] *om.* PRQ. — [231] sint aliqua] sunt alia PR : sunt qua Q. — [232] unum non sit res differens ab alia *add.* 1a *m.* V : *postea del.* 2a *m.* V. *incipiendo a verbis* ; haec non sint — plura. *Deinde* haec non sint aliqua plura *scrips. in marg.*

2ª *m.* V. — [233] sed P. — [234] etiam aliqui] aliqui etiam V. — [235] a materia PRQ. — [236] *om.* R. — [237] *om.* Q. — [238] vero PQ. — [239] *om.* PRQ. — [240] tamen propter hoc] propter hoc tamen PRQ. — [241] posuerunt PRQ. — [242] *om.* PRQ. — [243] efficientis P. — [244] forma PRQ. — [245] similiter ergo] *om.* V. — [246] alia PRQ. — [247] efficientis P. — [248] sit P. — [249] potentiatur P. — [250] quod P. — [251] sit P. — [252] *om.* PRQ. — [253] essent 1ae *m.* R. *in* esset *corr.* 2ª *m.* R. — [254] rationalis PQ. — [255] vel *add.* R. — [256] *om.* R. — [257] sed — substantiales] *om.* PRQ. — [258] *om.* PRQ. — [259] di citur efficiens] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [260] efficienter ita] efficientis quod PRQ. — [261] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [262] efficientis PRQ. — [263] respectu cuius — in illo] *om.* PRQ. — [264] *om.* R ; *postea suppl.* — [265] et nullo modo *add.* R. — [266] *om.* P. — [267] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [268] id est P. — [269] efficientis PRQ. — [270] carere PRQ. — [271] aliquod passivum] aliquid PRQ. — [272] respiciant ut] respiciat nisi PRQ. — [273] tamen talia sunt verba] cum clara verba sunt Q. — [274] significans PRQ. — [275] significatur PRQ. — [276] actionem RQ. — [277] vide Q. — [278] ubi P. — [279] obiectum in ratione] in ratione obiectum PRQ. — [280] quae PRQ. — [281] *om.* Q. — [282] vere erit] est P. — [283] significatur P. — [284] *om.* Q ; *postea supplev.* — [285] id PRQ. — [286] id PRQ. — [287] *om.* Q. — [288] tantum P ; *om.* Q. — [289] *om.* Q ; *postea suppl.* — [290] est *add.* R ; *deinde del.* — [291] esse vere] vere esse PRQ. — [292] cum PRQ — [293] id PQ. — [294] habet PRQ. — [295] sit PQ. — [296] ut V. — [297] contingit P. — [298] *om.* R. — [299] astentis RQ. — [300] denominat *add.* Q. — [301] vero Q. — [302] diciter aliter *add.* Q ; *postea del.* — [303] unde P. — [304] exitetur Q. — [305] scilicet PRQ. — [306] alia PRQ. — [307] sit P. — [308] ita PRQ. — [309] *om.* P. — [310] alia PRQ. — [311] sit P. — [312] vel *add.* V. — [313] alia Q. — [314] deducta 1ae *m.* Q, *in* reducta *corr.* 2ª *m.* Q. — [315] alia PRQ. — [316] alia PR. — [317] a materia PRQ. — [318] ferre P. — [319] etiam PQ. — [320] tamen *add.* Q, *postea del.* — [321] ferre P. — [322] autem ad] aut PRQ. — [323] sicut PRQ. — [324] quam ut PRQ. — [325] quidam licet] licet quidam PRQ. — [326] alia PRQ. — [327] passum PQ. — [328] nisi PRQ. — [329] secundum hoc] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [330] habet P. — [331] aliquid PRQ. — [332] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [333] quia talis actio habet activum *add.* Q. — [334] hoc PRQ. — [335] passivum *add.* Q ; *postea del.* — [336] secundum — enim] *om.* Q. — [337] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [338] aliaPRQ. — [339] dei *add.* PRQ. — [340] a R ; in PQ. — [341] ab RQ. — [342] *om.* Q. — [343] deducat R. — [344] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [345] licet PRQ. — [346] sed P. — [347] *om.* P. — [348] *om.* Q. — [349] dicit *add.* Q. — [350] animali 1ae *m.* R *in* animal *corr.* 2ª *m.* R. — [351] et *add.* V. — [352] passivum P. — [353] et P. — [354] passivum P. — [355] quod *add.* Q ; *postea del.* — [356] sicut Q. — [357] quod *add.* Q; *postea del.* — [358] sicut patet] *om.* P. — [359] quae licet] quaelibet PQ. — [360] et *add.* P. — [361] patiens — ad] *om.* P. — [362] scilicet talia] *om.* PRQ. — [363] sui P. — [364] sicut P. — [365] ut Q. — [366] alicuiuscumque 1ae *m.* Q *in* cuiuscumque *corr.* 2ª *m.* Q. — [367] proprietas P. — [368] expositionem *add.* Q ; *deinde del.* — [369] *om.* Q ; *suppl. postea.* — [370] determinare 1ae *m.* V, *del. et in marg.* specialiter *scrips.* 2ª *m.* V. — [371] dyaphonitatem 1ae *m.* Q in dyaphoneitatem *corr.* 2ª *m.* Q. — [372] ad 1ae *m.* Q *in* et *corr.* 2ª *m.* Q. — [373] rationablia 1ae *m.* Q *in* rationalia *corr.* 2ª *m.* Q. — [374] autem *add.* P. — [375] sunt 1ae *m.* Q *in* autem *corr.* 2ª *m.* Q. — [376] sipsi 1ae *m.* R *in* ipsi *corr.* 2ª *m.* R. — [377] *om.* Q. — [378] alicuis Q. — [379] dumpnatus Q. — [380] possit R. — [381] extrinsecus P. — [382] de causa *add.* Q. — [383] inpulsis 1ae *m.* Q *in* impulsus *corr.* 2ª *m.* Q. — [384] partem *add.* Q. — [385] *om.* Q. — [386] possit P. — [387] intrinsecum P. — [388] in abstracto *add.* PRQ. — [389] *om.* PRQV ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [390] *om.* PRQ. — [391] et P. — [392] *om.* R. — [393] habeant PRQ. — [394] subsistens Q. — [395] differuntVRQ. — [396] genera Q. — [397] in — similiter] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [398] *om.* V. — [399] *om.* VR. — [400] cum similiter V. — [401] *om* Q ; *suppl. postea.* — [402] ergo est] est ergo P. — [403] esse PQ. — [404] in actu] *om.* 1ª *m.* Q. *in marg. add.* 2ª *m.* Q. — [405] esse in actu] in actu esse Q. — [406] esse P. — [407] quae P. — [408] differens Q. — [409] angelic Q. — [410] sine 1ae *m.* V, *del. et* esse *in marg. scrips.* 2ª *m.*

V. — [411] actue Q. — [412] actu — essentiam in] *om.* P. — [413] immo — non esse] *om.* R. — [414] cum PRQ. — [415] in actu] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [416] circa tactum PQ. — [417] non VP. [418] enim V. — [419] de creatione] *om.* Q *et* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [420] *om.* P — [421] causatur R. — [422] posito Q. — [423] qua Q. — [424] sed ratione formae — in actu] *om.* R. — [425] *om.* Q. — [426] *om.* Q. — [427] idem 1ªᵉ *m.* V, *del. et* ratione *in marg. scrips.* 2ª *m.* V. — [428] exitio V. — [429] oportet P. — [430] *om.* Q ; *postea suppl.* — [431] in actu *add.* Q ; *deinde del.* — [432] impossibile est quod hoc ei conveniret aliquod agere *add.* P.

(1) Verbi gratia THOMAS AQUINAS, *De Ente et essentia*, c. V. — (2) Opinio contraria Ia[cobi] augustiniensis *in marg. add.* RV. — (3) Cfr. SANCTUS ANSELMUS CANTUARIENSIS, *De Concordia praescientiae Dei cum libero arbitrio*, c. XI [al. XXI]. (PL., t. 158, col. 537). — (4) Contra ARISTOTELEM tertio physicorum, *scrips. in marg.* VR. — (5) Alia opinio scilicet fratris AMANDI, *scrips. in marg.* VR. — (6) Cfr. ARISTOTELIS *Metaphysica*, Θ, 7 et 8. (II, 1048, b — 1049, b). — (7) Cfr. ARISTOTELIS *Metaphysica*, Δ, 15. (II, 1021, a). — (8) ID., *ibid.*, Θ, 1. (II, 1046, a). — (9) HENRICUS DE GANDAVO, *Quodl.* X, q. 9. (II, fol. 427 recto) ; *Quodl.* XI, q. 6. (II, fol. 455 verso) ; *Quodl.* XIII, q. 11. (II, fol. 535 recto) et alibi. — (10) Resp. ARISTOTELIS *Metaphysica*, Θ, 1. (II, 1046, a). — (11) ID., *ibid.* (loc. cit.). — (12) ARISTOTELIS *De Anima*, Γ, 4. (II, 429, b). — (13) Locum non inveni. — (14) HENRICUS DE GANDAVO, *Quodl.* X, q. 9. (II, fol. 427 recto). — (15) ID., *Quodl.* XII, q. 26. (II, 504 recto). — (16) HENRICUS DE GANDAVO. *Quodl.* IV, q. 14. (I. fol. 115 verso). — (17) AVERROES CORDUBENSIS, *Metaphysica*, l. VIII, c. 8. (op. cit. vol. 8, fol. 224 Ra). — (18) ID., *ibid.* (op. cit., loc. cit.). — (19) Resp. ARISTOTELIS *Metaphysica*, Θ, 8. (II, 1049, b). — (20) AVERROIS CORDUBENSIS *Metaphysica*, l. VIII, c. 8 (op. cit. vol. 8, fol. 224 Ra). — (21) HENRICUS GANDAVENSIS, *Quodl.* IV, q. 14. (I, fol. 115-116). — (22) Responsio sumpta ex verbis Simplicii, *scrips. in marg.* R. — (23) ARISTOTELIS *De Animalium motione*, c. 8. (I, 702, a). — (24) ARISTOTELIS *Metaphyica*. Θ. 5. (II, 1048, a). — (25) Cf. *Quodl.* V, q. 6 (p. 22) et *Quodl.* VI, q. 13 (p. 238 ss.). — (26) DENIFLE et CHATELAIN, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, t. I. p. 554. Opiniones ducentae undeviginti Sigeri de Brabantia etc... a Stephano episcopo Parisiensi de consilio doctorum Sacrae Scripturae condemnatae. 7 Martii, anno 1277... Prop. 212. — (27) ARISTOTELIS *De Anima*, Γ, 10. (I, 433, a-b). — (28) ARISTOTELIS *De motione animalium*. c. 8. (I, 702, a). — (29) Ut supra, DENIFLE et CHATELAIN, *Chartularium*, Prop. 212 (loc. cit.) — (30) Cf. *Quodl.* VI, q. 13 (p. 219-240).

QUAESTIO IV

Utrum posset fieri quod angelus aliquo modo simul esset in pluribus locis.

Deinde circa naturam angelicam quaerebatur unum, videlicet [1] : utrum posset fieri quod angelus aliquo modo simul esset in pluribus [2] locis. Et arguitur quod sic. Quia minus videtur possibile quod unum corpus simul possit fieri in pluribus locis quam unus angelus, quia [Cod. P, fol. 311, Rᵇ] corpus magis limitatum est et magis a loco determinato dependens [3] et magis determinatur ad locum quam angelus. Sed unum corpus potest aliquo modo

esse in pluribus locis sicut patet de corpore Christi in sacramento altaris. Ergo. Et cetera.

Contra. Illud quod non est natum esse [4] in loco non potest esse in pluribus locis [5]. Sed angelus non est in loco, quia operatio angeli non potest esse [6] sibi ratio essendi in loco, ut dicit quidam articulus (1). Item nec etiam sua substantia est sibi ratio essendi in loco, ut dicit alius articulus (2). Ergo. Et cetera.

Responsio. Dicendum quod non videtur quod angelo conveniat esse in loco per se et [7] proprie univoce sicut corpori [8]; quia ex adiacentia loci ad ipsum locatum quod per se et proprie est in loco, licet [9] locus sit aliquid extrinsecum et non in- **[Cod. Q, fol. 169 V^b]** haerens locato, derelinquitur tamen quoddam accidens ipsi locato [10] inhaerens quod dicitur ubi; non magis proprie autem potest convenire angelo simplici, qui nullo modo potest commensurari loco, nec in eo potest ex adiacentia loci aliquid derelinqui tale accidens quod est ubi, quam inaequalitas vel aequalitas ad locum vel [11] etiam quam alia accidentia rerum materialium, puta : albedo vel alia huiusmodi.

Si dicatur quod licet angelus non habeat esse in loco per se et proprie univoce sicut corpus quantum ad hoc quod est circumscribi loco et ei commensurari vel adaequari, tamen competit ei esse in loco quantum ad hoc quod est diffiniri et determinari loco, sic videlicet quod est ita determinate in uno loco quod non in alio; quia cum sit aliquod ens in universo finitum **[Cod. R, fol. 217 V^a]** et determinatum, quia est naturae limitatae, oportet quod etiam diffinitive sic sit in loco quod in aliquo determinate; hoc non videtur necessarium. Nam cum sit duplex locus, scilicet naturalis ad quem quodlibet ens locabile habet secundum condicionem et [12] ordinem naturae suae habitudinem prout aliquod corpus dicitur esse sursum vel deorsum in habitudine ad primum **[Cod. P, fol. 311 V^a]** corpus a quo omnia corpora dependent, et locus vas et hoc est corpus quodcumque immediate continens et circumscribens aliquod corpus, puta : cum lapis manens in eadem habitudine ad caelum, aliquando autem continetur aere, aliquando aqua, aliquando terra, dicitur esse in eodem loco qui dicitur naturalis **[Cod. V, fol. 215 V^b]** non autem in eodem loco qui dicitur vas. Sed angelus in loco qui dicitur vas non potest poni, quia sic aliquid esse in loco est ipsum praedicto modo circumscribi. Nec etiam in loco naturali, quia nullam habitudinem videtur habere ad talem locum, sicut locatum habet ad talem locum, cum ab ipso nullo modo dependeat. Illud autem quod per se habet esse in tali loco videtur sibi determinare et diffinire determinatam partem [13] in universo, ita quod extra illum non habeat esse secundum modum convenientem suae naturae sive naturaliter, sed per quandam violentiam. Sed angelus nullam partem sic sibi [14] determinat in universo; et ideo non videtur habere ordinem et connexionem ad alias partes universi cuius est pars nisi

secundum gradum perfectionis et naturae, et non secundum determinationem aliquam quam requirat natura sua ad aliquam partem secundum locum vel situm.

Et secundum hoc sicut non videtur esse quaerendum qualis sit angelus secundum qualitatem albedinis vel sanitatis, ita non debet quaeri in quo loco sit vel quale ubi habet esse in ipso. Et secundum hoc non esset ponendus angelus in loco per se, sed per accidens, sicut magni doctores dicere consueverunt quod angelus est in loco per operationem ; quia enim corpus circa quod operatur est in loco per se et in illo corpore est operatio causata a virtute angeli illi applicata, ideo etiam ipse angelus per accidens sic potest dici esse in loco.

Sed quia praesens quaestio de hoc non quaerit, scilicet : utrum angelus per se sit in loco vel solum per accidens? Nec etiam quaerit modum secundum quem est in loco, sed quaerit utrum illo modo quo habet esse in loco quicumque ille sit [**Cod. P, fol. 311 V^b^**], possit esse simul in pluribus locis : quia etiam quidam articuli (3) videntur dicere quod angelus per se habet esse in loco, quia in illo habet esse non solum per suam operationem sed etiam per suam substantiam, de hoc ad praesens nihil diffiniendo, ad quaestionem propositam videtur dicendum quod secundum quod aliquid sive angelus sive quodcumque corpus habet esse in loco per se, non potest fieri quod simul habeat esse [15] illo modo, scilicet per se in pluribus locis : quia cum esse aliquid in aliquo loco in quo [16] prius non fuit, aliquam mutationem importet quod per se habet esse primo solum in uno aliquo loco, non potest habere esse in alio loco [17], nisi facta aliqua mutatione vel circa ipsum quod habet esse in loco vel circa aliud. Si ergo illud quod est in uno loco per se debeat habere esse in alio loco per se, oportet quod vel ipsum per se transmutetur ad illum locum, vel locus per se transmutetur ad ipsum locatum : quia ipso [**Cod. Q, fol. 170 R^a^**] quod habet esse in loco et etiam [18] loco nullo modo mutatis [**Cod. R, fol. 217 V^b^**], sed omnino eodem modo se habentibus posterius sicut prius se habebant, est omnino impossibile quod si prius non erat nisi in uno loco quod posterius sit in pluribus simul. Sed si id quod habet esse in aliquo loco per se transmutetur per se ad alium locum, iam non manet in loco priori eo modo quo prius, quia quod aliquid maneat sicut prius respectu alicuius loci et tamen ab ipso vel respectu ipsius transmutetur, sunt incompossibilia. Ergo sua transmutatione per se hoc non potest fieri.

Item si locus alius per se transmutetur ut transeat ad corpus remanens in priori loco, cum locus sit ultimum corporis continentis, si ponatur quod illud ultimum sic transeat sine eo cuius est ultimum, iam illud cuius est ultimum remanebit sine dimensionibus.

Item sic duo loca simul essent [19] et iam non manerent plura loca distincta in quibus immediate posset dici corpus unum esse. Ergo. Et cetera.

Praeterea impossibile est contraria aut etiam plura differentia [**Cod. P, fol. 312 Rª**] specie sed eiusdem generis, aut plura differentia solo numero simul esse in eodem, licet plura [20] genere [21] differentia [**Cod. V, fol. 216 Rª**] simul esse possint in eodem ; album enim et nigrum ; aut album et rubeum ; aut duae albedines simul in eodem secundum idem esse non possunt, licet album et dulce simul possint esse [22]. Differentia autem [23] secundum contrarietatem est in loco secundum sursum et deorsum ; et etiam diversitas secundum numerum est in duobus locis eiusdem rationis in quibus ita [24] potest esse unum corpus successive sicut in contrariis.

Si ergo unum ens simul sit in pluribus locis per se [25], aut illa loca sunt contraria vel specie differentia [26] aut solo numero differentia. Ergo cum illud quod [27] ponitur in diversis locis sit unum numero, in uno secundum numerum [28] erunt plura ubi [29] derelicta ex adiacentia [30] diversorum locorum et illa vel erunt contraria vel numero differentia. Utrumque autem est inconveniens. Quod enim aliquod [31] corpus simul et eodem modo sit sursum et deorsum et quod etiam sit [32] ante et retro et etiam quod sit in duobus locis etiam solo numero differentibus, hoc est omnino impossibile.

Praeterea, sicut corpus habet esse in loco per se per suas dimensiones et ex esse eius in loco derelinquitur ubi, ita per suam transmutationem vel motum habet esse in tempore et ex eius esse in tempore derelinquitur quando. Sed non potest fieri quod unum corpus per unum motum simul habeat esse in pluribus temporibus propter ordinem prioris et posterioris in tempore quae non possunt etiam esse simul inter se. Et ideo nec in alio nisi forte ponantur esse plura tempora simul ordinata secundum ordinem motuum corporum a quibus dependet corpus motum existens in tempore. Sed sic tamen non erit immediate nisi in uno. Ergo similiter non potest fieri quod unum corpus per eandem quantitatem simul habeat esse in pluribus locis immediate quamvis possit esse simul in pluribus locis ordinatis mediate, sicut terra est [33] in aqua et in aere et in igne ; et sic de aliis.

Nec obstat [**Cod. P, fol. 312 Rᵇ**] quod tempus non est res permanens ut aliquid unum simul posset esse pluribus partibus temporis, quia impossibilitas essendi aliquid simul in pluribus [34] temporibus non est solum successio temporis secundum eius entitatem, sed successio [35] ordinis secundum prius et posterius, quia impossibile est quod aliquid simul habeat prius et posterius [**Cod. R, fol. 218 Rª**] secundum durationem. Immo cum habet esse in parte posteriori temporis, impossibile est quod habeat [36] in priori, quia impossibile est [**Cod. Q, fol. 170 Rᵇ**] simul esse ista et [37] inter se et in tertio [38]. Similiter etiam in loco est ordo partium qui causat situm qui includit ante et post sic quod impossibile est partem situatam in loco ante aliam partem situari post illam eandem et esse aliquid unum et idem ante et post respectu eiusdem. Hoc autem oportet ponere si ponatur quod unum corpus simul sit in diversis locis ; quia cum in illis locis sit ante et post, sursum et deorsum,

corpus existens in loco priori esset ante se ipsum in posteriori et pars prima corporis ut est in loco posteriori esset [39] post partem ultimam, ut est in priori. Et cetera.

Si autem dicatur ulterius quod contraria absoluta non possunt verificari de uno, sed respectiva, unde idem corpus non potest esse simul album et nigrum, sed potest esse simul in loco sursum et in loco deorsum, non valet. Quia licet unus locus possit dici sursum respectu unius loci et deorsum respectu alterius, quia [40] ista diversitas in uno est respectiva et respectu diversorum, ideo non importat contrarietatem et repugnantiam, tamen locus qui est sursum [41] respectu alicuius non potest esse deorsum respectu illius ; et sic est contrarietas et repugnantia inter illa. Hoc autem contingeret, si poneretur quod unum corpus posset simul esse in pluribus locis localiter ; ideo : et cetera.

Praeterea propter hoc ponitur [42] quod oportet angelum esse in aliquo uno loco diffinitive, quia est ens naturae [**Cod. P, fol. 312 V**ᵃ] limitatae et determinatae. Sed si angelus vel quodcumque corpus potest [43] esse in pluribus locis simul per se [**Cod. V, fol. 216 R**ᵇ] iam tollitur huiusmodi limitatio et determinatio. Qua ratione enim posset esse in duobus, posset esse in infinitis, si infinita possent esse. Ergo. Et cetera.

Si dicatur quod hoc non potest esse virtute naturae, sed virtute miraculi, non valet. Quia licet per miraculum possit fieri aliquid quod excedit facultatem naturae, non potest tamen fieri quod ei repugnat sive quod repugnantia includit. Unde potest fieri de caeco [44] videns : sed non potest fieri quod caecus manens caecus videat. Ita etiam potest fieri quod aliquid sit in aliquo loco potestate [45] divina in quo non posset esse per naturam ; sed quod sit in contrariis locis simul, quia hoc includit contradictionem, hoc nullo agente fieri potest.

Sed illud quod est in loco uno [46] per se etsi [47] simul cum hoc non possit esse in alio loco per se, potest tamen esse in alio loco per accidens transmutatione alterius in ipsum, sicut patet in corpore Christi in sacramento altaris per transmutationem alicuius existentis in alio loco in ipsum. Et similiter si angelo conveniat esse in loco per se et aliquid aliud existens in alio loco possit [48] etiam transmutari in ipsum, secundum hoc angelus poterit esse in pluribus locis, in uno tamen per se et in alio per accidens. Si autem angelo non conveniat esse in loco per se, sed solum per accidens, et plura corpora existentia in pluribus locis per se converterentur in unum angelum, dimensionibus tamen illorum corporum in diversis locis remanentibus, secundum hoc angelus unus esset simul in pluribus locis.

Unde cum aliqui volunt declarare quod unum corpus potest esse per se et localiter in pluribus locis, illud nituntur [**Cod. R, fol. 218 R**ᵇ] declarare primo [49] per hoc quod dicunt quod non minori [50] miraculo videtur tribuendum quod aliquod corpus quantum vere et re- [**Cod. P, fol. 312 V**ᵇ] aliter

sit in [51] parte [52] aliqua [53] universi sive in aliquo loco determinato, et tamen non dependeat a legibus loci, quia nec dimensionibus loci circumscribitur nec ipsum locum occupat, quamvis [54] sit vere quantum et per suas dimensiones habet naturaliter locum occupare et dimensionibus [**Cod. Q, fol. 170 V**[a]] loci circumscribi. Hoc autem fit in sacramento altaris ; quia corpus Christi existens localiter in caelo habet esse sub speciebus sacramentalibus etiam vere et realiter, licet non localiter.

Item [55] secundo per hoc [56] quod duo corpora quanto [57] per suas quantitates occupantia loci sunt in uno loco, sicut corpus glorificatum cum non glorificato, quod non videtur magis possibile [58] quam quod unum corpus sit in duobus locis localiter.

Per talia autem magis potest oppositum declarari. Nam cum ponitur corpus Christi esse in pluribus locis, non ponitur per se nisi in uno loco, quia a loco illo non mutatur.

In alio autem loco dicitur esse per accidens vere [59] tamen et realiter, sic scilicet quod, quia [60] substantia panis, quae erat per se et localiter in aliquo loco determinato [61] mediantibus suis dimensionibus, est transsubstantiata in verum [62] corpus Christi, illis dimensionibus remanentibus et in aliquo loco per se existentibus, ideo sicut substantia panis per se habebat habitudinem ad huiusmodi dimensiones et per eas [63] per se et localiter erat in loco illarum, sic corpus Christi in quod est huiusmodi substantia panis conversa non per se et primo, sed ratione panis sic conversi habet habitudinem ad easdem dimensiones et, mediantibus illis, ad locum qui est [64] locus panis per se si conversus non esset, ut propter hoc dicatur corpus Christi vere et realiter esse in loco illo, sed sacramentaliter, non autem localiter ; vere quidem et [65] non solum figurative vel significative ; quia non solum per institutionem vel impositionem voluntariam vel etiam propter aliquam similitudinem vel habitudinem realem [**Cod. P, fol. 313 R**[a]] existentem in illis speciebus vel sub illis, dicitur esse corpus Christi ubi illae sunt ; sed quia reali mutatione illa vera res et vera substantia, quae erat sub illis speciebus et mediantibus illis, erat per se in loco vere et realiter et localiter, transsubstantiata est in verum corpus Christi, vere et realiter dicitur ibi esse verum corpus Christi [66] [**Cod. V, fol. 216 V**[a]].

Non autem localiter quia non per se nec immediate per suas proprias dimensiones, sed sacramentaliter, quia per dimensiones alienas quibus non afficitur ; quae quidem, licet sint alienae a corpore Christi sic quod ipsum non afficiunt, tamen quia habent determinatam habitudinem ad ipsum corpus Christi propter substantiam panis quae facta est corpus Christi et quam afficiebant nec aliquid aliud afficiunt, non sunt sic alienae quin per eas modo praedicto corpus Christi possit dici vere et realiter esse in loco ipsarum.

Haec autem patent per hoc quod quam [67] cito fit talis corruptio in talibus dimensionibus quod non essent natae afficere substantiam panis, vel

si cederent in nihil vel si cum substantia panis totaliter in corpus Christi converterentur, corpus Christi nullo modo diceretur per huiusmodi dimensiones vere esse [Cod. R, fol. 218 V^{a}] in loco.

Ex hoc ergo patet quod corpus Christi non habet esse in loco dictarum dimensionum per se, hoc est per suas proprias dimensiones, et sic localiter ; sed solum per accidens, hoc est per dimensiones panis, et sic sacramentaliter.

Ex quo ulterius patet quod cum huiusmodi mutatione amota, nullo modo posset dici corpus Christi ibi esse vere, quia non posset ibi esse nisi per se et localiter, quod [68] corpus Christi nullo modo potest esse in pluribus locis per se et localiter [69].

Ex praedictis autem [70] patet quod, quia corpus Christi a legibus loci dependet per se per suas proprias dimensiones, ideo ubi [71] ponitur corpus Christi esse vere et realiter per suas proprias dimensiones per se [72] ibi subiacet legibus loci praedictis, quia ibi est localiter. Sed non est sic in sacramento altaris, quia non habet per se habitudinem ad [Cod. P, fol. 313 R^{b}] locum in quo fuit substantia panis nisi per dimensiones panis [73] [Cod. Q, fol. 170 V^{b}] remanentes ; per suas autem per accidens. Unde a legibus talis loci non dependet per se et immediate per suas proprias dimensiones, sed per dimensiones panis ; et per illas convenit corpori Christi per accidens quod [74] illis convenit per se quantum ad leges praedictas.

Item qui nituntur declarare quod duo corpora possunt esse in uno loco, ponunt quod in altero corpore suspenditur proprietas unius corporis [75] sive usus eius secundum quam contingit occupatio et resistentia unius corporis ad aliud, et impedimentum quo [76] impediri potest quod unum corpus non potest esse cum alio, puta : cum ordo partium in loco qui dicitur quidam situs vel ordo partium in toto qui dicitur positio, sint [77] quasi quaedam proprietates corporis quanti ratione suarum dimensionum ipsum consequentes ; et per istas contingit [78] huiusmodi impedimentum quod unum corpus non potest esse cum [79] alio. Deus autem potest res conservare in esse naturae suae sine suis proprietatibus vel sine usu earum in actu, ideo potest facere quod unum corpus se habeat ad aliud sic quod in [80] ipso non sit unde causetur talis resistentia et tale impedimentum in actu. Et secundum hoc sicut sine miraculo angelus vel aliquid aliud [81] non habens dimensiones, potest esse simul in eodem loco cum aliquo corpore ; ita substantia quanta non habens actu positionem vel situm sive non utens actu [82] talibus proprietatibus [83] quod dicitur fieri per miraculum, potest esse simul cum alia substantia quanta. Et secundum hoc non est in tali [84] loco per se et localiter proprie, licet sit ibi diffinitive et aliquo modo per accidens.

Per hoc autem licet sint difficilia intellectui, apparet quod duo corpora per se et localiter [85], utendo scilicet propriis dimensionibus et proprietatibus earum, non possent esse simul. Ergo ex hoc potest concludi contrarium

[Cod. P, fol. 313 V[a]] eius ad quod inducuntur talia, scilicet quod unum corpus per se et localiter non potest esse simul in pluribus locis.

Et per prædicta patet quid dicendum est de angelo. Quia qualitercumque possit intelligi quod angelus possit esse per se in loco, tamen eo modo quo sibi convenit esse in loco per se, non potest esse in pluribus **[Cod. V, fol. 216 V[b]]** locis simul. Manifestum est enim quod, cum sit natura finita et limitata, per se non potest in pluribus locis esse [86] diffinitive. Si autem ei conveniat esse in loco per accidens, scilicet per suam operationem, si potest simul operari in pluribus locis [87] ut [88] sunt plura et plures operationes ut plures causare, potest esse in pluribus locis simul [89].

Sed quia ponitur **[Cod. R, fol. 218 V[b]]** quod, cum est in loco per operationem, est ibi per applicationem suae virtutis ad agendum aliquid circa illud quod [90] per se est in loco et ratione limitationis suae naturae et suae virtutis determinatae applicat suam virtutem determinatam ad locum et ad corpus determinatum ; ideo etiam sic non dicitur esse in pluribus locis. Sed si possit esse in loco [92] per accidens propter conversionem alicuius existentis per se in loco in ipsum, sicut dictum est de corpore Christi, sic posset esse in pluribus locis simul.

Sed utrum hoc sit possibile alias circa hoc tetigi duas opiniones : unam dicentium quod, cum Deus sit infinitae potentiae cui omnis natura totaliter subest, nam et eam produxit de nihilo et potest redigere in nihilum et ex consequenti, ut videtur, magis potest quamcumque in aliam quamcumque transmutare, secundum hoc potest aliquod corpus existens in aliquo loco determinato convertere in substantiam alicuius angeli. Et secundum hoc, ut dictum est, posset angelus esse simul in pluribus locis, quia etiam [92] eadem ratione aliud corpus existens in alio loco in [93] ipsum posset converti.

Et quia divinae potentiae non est derogandum **[Cod. Q, fol. 171 R[a]]**, non ne- **[Cod. P, fol. 313 V[b]]** go simpliciter hoc esse possibile. Sed non video modum per quem hoc bene posset sustineri ; et ideo nihil simpliciter circa hoc asserendo, sicut alias dixi, probabiliter coniecturando, dico quod magis videtur quod talis transmutatio entium, scilicet quae in aliquo reali nullo modo communicant ratione cuius unum natum sit aliquo modo esse id quod aliud, et e converso, non sit possibilis. Et ideo nec angelus potest converti in corpus nec corpus in angelum. Sed quodcumque corpus materiale in aliud corpus materiale [94] virtute divina converti potest. Et secundum hoc non videtur quod angelus possit simul esse in pluribus locis.

Cum ergo dicitur quod unum corpus [95] potest esse in pluribus locis, et tamen minus videtur de illo dicendum quod hoc est falsum. Quia licet corpus unum per se non possit esse in pluribus locis [96] propter eius limitationem et dependentiam et commensurationem ad locum, tamen per accidens potest, quia aliud corpus potest converti in ipsum, ut dictum est. Hoc autem non videtur posse angelo convenire.

De argumento ad oppositum non est ad praesens multum curandum, declarando scilicet si angelus est in loco et quomodo est in loco ; quia absque hoc patet responsio sufficienter ad quaestionem. Hoc etiam est difficile determinare propter articulos (4) circa hoc condemnatos, quia contrarii videntur ad invicem ; et contra quos nihil intendo dicere propter periculum excommunicationis.

[1] unum *add.* VP. — [2] meis *add.* Q ; *postea del.* — [3] *om.* Q. — [4] *om.* Q ; *deinde suppl.* — [5] sed angelus non potest esse in pluribus locis *add.* P. — [6] in pluribus — esse] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [7] *om.* Q. — [8] communiter P. — [9] locus *add.* Q ; *del. postea.* — [10] ipsi locato] locato ipsi P. — [11] et *add.* Q. — [12] condicionem et] *om.* 1ª *m.* V ; in *marg. add.* 2ª *m.* V. — [13] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [14] igitur P. — [15] in *add.* Q. — [16] in quo] *om.* R. — [17] non potest — loco] *om.* R. — [18] in *add.* Q. — [19] item — essent] tunc 1ª m. V ; *del et* etiam essent *in marg. scrips.* 2ª *m.* V. — [20] pura Q. — [21] genera 1ª *m.* Q ; genere *corr.* 2ª *m.* Q. — [22] *om.* Q. — [23] aut P. — [24] *om.* R. — [25] per se *add.* Q. — [26] *om.* RQ. — [27] ponitur *in margine add.* R. — [28] unum P ; ex unt *add.* Q. — [29] ut P. — [30] iadiacentia R ; adiacentia *corr.* R. — [31] aliquid P. — [32] surre *add.* Q ; *postea del.* — [33] et P. — [34] temporis — pluribus] *om.* R. — [35] temporis — successio] *om.* P. — [36] esse *add.* V. — [37] *om.* PRQ. — [38] Augustinus et *add.* P ; et *add.* RQ. — [39] est 1ª *m.* V ; *del. et* esset *in marg. scrips.* 2ª *m.* V. — [40] *om.* V. — [41] est sursum] sursum est Q. — [42] propter hoc ponitur] ponitur propter hoc P. — [43] posset Q ; potest *corr.* Q. — [44] vi *add.* Q ; *postea del.* — [45] di *add.* Q ; *postea del.* — [46] loco uno] uno loco P. — [47] *om.* Q. — [48] possit *add.* Q. — [49] illud — primo] *om.* V 1ª *m.* ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [50] periculo *add.* P. — [51] hac *add.* P. — [52] om. R. — [53] parte aliqua] aliqua parte VQ. — [54] quantum R. — [55] item *add.* Q. — [56] secundo — hoc] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [57] quantum R. — [58] sicut — possibile] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [59] videtur R. — [60] *om.* Q ; *suppl. postea.* — [61] declarato P. — [62] naturam P. — [63] eam R. — [64] esset P. — [65] etiam V. — [66] vere — christi] *om.* P. — [67] quanto R ; quam *corr.* R. — [68] quia P. — [69] quod corpus — localiter] *om.* R. — [70] *om.* PR. — [71] *om.* Q ; *postea suppl.* — [72] ideo — per se] *om.* R. — [73] nisi — panis] *om.* 1ª *m.* V ; *in marg. add.* 2ª *m.* V. — [74] quia P. — [75] unius corporis] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [76] impedimentum quo *add.* Q. — [77] sicut P. — [78] convenit R. — [79] in P ; *om.* R. — [80] *om.* Q ; *postea suppl.* — [81] alium R. — [82] actu Q ; actus *corr.* Q. — [83] proprie talibus VPQ. — [84] actu R. — [85] uten *in marg. add.* R. — [86] *om.* Q ; *postea suppl.* — [87] simul *add.* PRQ. — [88] *om.* R ; post *add.* Q ; *deinde del.* — [89] *om.* PRQ. — [90] illud *add.* Q. — [91] propter *add.* Q. — [92] quae Q. — [93] ut P ; ut *add.* Q ; *deinde del.* — [94] le — materiale] *om.* V ; *add. in marg. alia m.* V. — [95] *om.* Q. — [96] *om.* R. — [97] illos V.

(1) Denifle et Chatelain, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, t. I. 543. Opiniones ducentae undeviginti Sigeri de Brabantia etc... nº 204. — (2) Ut supra, nº 219. — (3) Ut supra (loc. cit.), nºs 204 et 219. — (4) Ut supra, nºs 224, 212, 219.

QUAESTIO V

Utrum imminente casu de periclitatione fidei christianae propter quod necessarium sit adiutorium aliquorum hominum qui per rapinam vel usuram vel aliis modis iniustis habent bona quae aliis sunt restituenda papa possit cum illis dispensare quod talia non teneantur restituere.

Deinde circa hominem quaerebantur quaedam pertinentia ad praelatos, quaedam [**Cod. C, fol. 144 Rª**] pertinentia ad homines [1] in communi. Circa primum quaerebantur quatuor : primum est [2] pertinens ad praelatum summum, scilicet papam ; scilicet : si imminente casu periculoso de periclitatione fidei christianae propter quod necessarium sit adiutorium aliquorum hominum qui per rapinam vel usuram vel aliis modis iniustis habent bona quae aliis sunt restituenda, papa possit dispensare cum illis quod talia non teneantur restituere, sed de illis viventes subveniant necessitati [3] communi Ecclesiae.

Secundum est [4] pertinens ad praelatos mediocres, scilicet ad episcopos, posito [**Cod. R, fol. 219 Rª**] quod aliquis clericus [**Cod. V, fol. 217 Rª**] post concilium generale (1) celebratum tempore domini **Gregorii** [5] papae decimi [6], adeptus [7] ecclesiam parochialem non fecit se promoveri infra [8] annum et nihilominus postea tenuit [9] dictam ecclesiam et fructus ex illa percepit ; quaerebatur utrum his non obstantibus talis possit huiusmodi fructus retinere ; vel si forte illos transtulit in aliquod collegium religiosorum, illi religiosi possint huiusmodi fructus retinere.

Deinde iuxta haec quaerebatur tertio : si nec ille clericus nec illi religiosi possunt dictos fructus auctoritate propria et iure eis tali modo acquisito retinere, utrum episcopus possit cum eis dispensare quod dispensative et auctoritate ipsius episcopi illa retineant.

Quartum pertinet [10] ad praelatos minores, scilicet ad sacerdotes parochiales, posito tali casu quod sacerdos aliquis rector alicuius ecclesiae parochialis [11] habens domicilium et feudum [12] in [13] parochia alterius sacerdotis parochialis propter quod illi alteri sacerdoti solvit [14] decimas et pecorum et fructuum terrae, quaerebatur : utrum etiam teneatur [15] ab illo sacerdote cui [16] solvit decimas sacramenta [17] ecclesiastica suscipere.

Ad primum arguitur quod papa hoc non possit ; quia papa non potest id quod est contra iustitiam. Sed contra iustitiam est quod debitum non solvatur vel quod iniuste habitum est non restituatur [18]. Ergo papa non potest dispensare quod hoc non fiat.

Contra. Casus necessitatis non videtur legi sic subiacere quin contra illam liceat agere in [19] necessitate [20]. Unde super illud **Matthaei** (2) secundo: Cum [**Cod. Q, fol. 171 R^b**] Dominus sabbatis ambularet per sata, discipuli coeperunt vellere spicas, dicit *Glossa* (3) : quod non est licitum in lege, necessitas licitum facit. Ergo in casu proposito, qui est casus necessitatis, licet extra illum casum non est [21] licitum sic habita non reddere, tamen propter casum necessitatis licitum poterit hoc esse, et praecipue auctoritate superioris talia poterunt [22] retineri.

Responsio. Dicendum quod de bonis exterioribus potest aliquis disponere, prout vel suo iure proprio vel ex commissione [23] sibi facta auctoritatem [24] habet super illa. Cum ergo bona exteriora omnibus sint communia quantum ad ius utendi illis [25] libere tempore necessitatis, sed extra casum necessitatis non est ita ; immo sunt temporalia bona quantum ad ius et dominium et quantum ad ius utendi distincta respectu diversorum, quaedam enim sunt bona pluribus sic communia quod nulla singularis persona habet proprietatem sive ius et dominium in illis, sed aliqua communitas. et talia sunt bona ecclesiastica sive personarum ecclesiasticarum in quantum huiusmodi ; et quia una est Ecclesia in quantum etiam unum caput habens, sicut enim Ecclesia parisiensis [26] est una quadam speciali unitate [27] in quantum continet quasi [28] unum corpus mysticum, scilicet congregationem plurium personarum in quibus est ordo ad unum principale membrum tanquam ad caput, scilicet ad episcopum, ita etiam [29] omnes ecclesiae quadam generaliori unitate sunt una ecclesia, in quantum continent plura membra ordinata et connexa ad invicem [30] et ad unum membrum principale sicut ad caput regitivum [31] omnium, scilicet ad Papam ; propter quod sicut bona ecclesiae parisiensis non sunt bona alicuius personae singularis de ecclesia parisiensi nec alicuius [32] nec ipsius episcopi, sed sunt bona communia toti corpori ita quod episcopus parisiensis secundum se non habet ius proprietarium in illis sed solum in quantum est pars talis corporis vel talis communitatis ; sed quia est pars eminentior sicut caput habens [33] dirigere alia commembra [34] sua, ideo ipse est talium bonorum principalis [**Cod. R, fol. 219 R^b**] dispensator : ita etiam bona communia omnium ecclesiarum in ordine et connexione ad papam [35] non sunt bona alicuius singularis personae, nec simpli- [**Cod. V, fol. 217 R^b**] cium personarum, nec episcoporum, nec etiam papae ; sed sunt [36] communia universali ecclesiae, ita quod ipse papa per se sive ut est quaedam una persona, secundum se non habet ius et dominium in illis. sed in quantum est membrum talis communitatis vel corporis sic unius. Sed quia est [**Cod. C, fol. 144 R^b**] membrum eminentius sicut caput universalis Ecclesiae, ideo etiam ipse est omnium bonorum ecclesiasticorum principalis et generalis dispensator. Habet ergo communitas Ecclesiae ut comprehendit caput et alia membra, scilicet praelatos et simplices personas ecclesiasticas. ius et dominium vel proprietatem in bonis ecclesiasticis in communi ; sed

praelati sunt illorum principales et generales dispensatores et praecipue summus praelatus.

Unde non videntur bene [37] dicere qui dicunt quod nec persona singularis alia a papa, nec etiam aliquod collegium vel aliqua communitas habet [38] ius et dominium in bonis Ecclesiae, sed solus papa qui, secundum illos, non solum est administrator et dispensator universalis, sed est verus dominus proprietarius talium bonorum. Si enim sic esset papa dominus proprietarius [39] bonorum Ecclesiae, sic scilicet quod ipse, ut persona quaedam [40] singularis a tota communitate Ecclesiae sequestrata, habeat liberum ius et dominium in illis potens ea libere alienare et de eis disponere sicut verus et solus dominus, et papa de ratione sui status tale ius haberet cum hoc esset verissime habere proprium, hoc autem [41] est [42] contra perfectionem evangelicam ubi consulitur paupertas qua saltem aliquis renuntiat bonis temporalibus [**Cod. Q, fol. 171 Vª**] in proprio, licet non [43] in communi, papa secundum suum statum non posset tenere evangelicam perfectionem praelatorum cum ipse haberet talia bona sicut [44] proprietaria, quia non essent vere pluribus communia. [45]

Praeterea cum illa sic habeat quod ipsa non potest relinquere vel ab ecclesia alienare, quia in hoc communitati [46] ecclesiasticae praeiudicaret, hoc videtur esse quia [47] illa non sic sunt sua quin etiam communitas Ecclesiae ius habeat in illis quae etiam hoc [48] posset impedire si papa pro voluntate sua in detrimentum Ecclesiae vellet bona talia alienare. Ergo videtur quod tota Ecclesia in communi hoc ius et dominium habeat [49] ; sed dominus papa est omnium generalis dispensator vitae totius communitatis Ecclesiae, propter quod de illis non debet disponere nec potest potentia iuris, ita quod non [50] peccet nisi secundum quod magis cedunt ad utilitatem Ecclesiae quod pertinet ad bonum et fidelem dispensatorem qui non est dominus sed dispensator et [51] quasi procurator generalis.

Praeterea si dicatur quod solus papa habet [52] ius et dominium vel proprietatem, sed non in quantum est persona privata sed publica, in quantum scilicet est vicarius Christi cuius sunt omnia talia bona ut domini principalis, et papae ut eius vicarii generalis, non valet [53]. Quia Christus secundum quod Deus aeque est dominus omnium aliorum bonorum sicut ecclesiasticorum ; ut autem homo non habet [54] nunc [55] communicationem et conversationem corporalem [56] cum his qui sunt in Ecclesia ; nec hi qui bona temporalia conferunt Ecclesiae intendunt ius quod habebant in illis transferre in Christum sive secundum quod est Deus, quia sic omnia sunt sua, nec in quantum est homo quia illis non habet [57] nunc uti ; sed per se et directe intendunt transferre ius et dominium talium bonorum in ministros Christi ; et ideo bona talia sunt ipsius Ecclesiae quantum ad ius et proprietatem simpliciter et absolute, Et verum est quod papa est eius vicarius generalis in [**Cod. R, fol. 219 Vª**] regimine Ecclesiae ; sed alii praelati etiam sunt eius vicarii

immediati, licet non ita generales. Et sic etiam [58] est dispensator generalis omnium bonorum quae sunt [Cod. V, fol. 217 V^a] Ecclesiae in communi. Sed alii [59] etiam praelati sunt dispensatores, licet non ita generaliter. Est tamen sic generalis procurator vel dispensator [60] ratione sui officii cui hoc [61] inseparabiliter est annexum. Nec potest ordinari quod non habeat huiusmodi potestatem generalem super omnia bona Ecclesiae, et tamen non est proprie dominus proprietarius alioquin, ut dictum est, non possent talia bona dici communia Ecclesiae, sed solum propria ipsi papae.

Secundum hoc [62] etiam [63] personae ecclesiasticae nec in proprio nec in communi haberent ius in illis ; et tunc [64] in nullo videretur differre modus [65] quo clerici et monachi habent bona temporalia ecclesiastica et modus quo illa habent fratres minores : quia [66] non haberent in eis aliquod ius, sed solum usum simplicem facti [67] de licentia papae, quia si haec vera essent omnium bonorum quae dantur ecclesiis vel ecclesiasticis personis secundum quod huiusmodi ius et dominium immediate transiret in solum papam : et videretur superflue esse scriptum in Constitutione (4) edita super declaratione regulae fratrum minorum, ubi dicitur quod, quia illi fratres iuris et proprietatis rerum quae eis donantur non sunt capaces [Cod. Q, fol. 171 V^b] ideo papa ne talium rerum ius et [Cod. C, fol. 144 V^a] dominium vagum remaneat et incertum [68], ius et dominium illarum suscipit in se, illud sedi sive romanae Ecclesiae adscribendo [69], declarans quomodo hoc habet fieri rationabiliter et decenter per hoc quod quasi [70] consimiliter acquirit ius et dominium in re aliqua monachus monasterio et servus [71] domino.

Sed ista similia nihil valent si monasterium ius et proprietatem in re acquisita per monachum habere non possit, sed solus papa in omnibus rebus ecclesiasticis ius et proprietatem habet, cum tamen constet in alio [72] exemplo [73] dominum habere verum ius et dominium in re acquisita per servum [74]. Ex quo apparet quod monasterium vere habet ius et dominium in bonis quae per monachum acquiruntur.

Haec [75] etiam videntur [76] contra intentionem transferentium talia bona et contra ordinem quo ad papam videntur pervenire ; quia constat quod cum aliquis fundat aliquod monasterium et illud bonis temporalibus dotat, intentio eius est primo et per se transferre ius et dominium illorum bonorum in collegium dicti monasterii ut illo [77] possideant [78] et de illis vivant, non autem expresse et immediate in papam, sed implicite et quodammodo mediate, in quantum scilicet ipse papa est etiam membrum principale sicut caput eiusdem collegii, immo etiam cuiuslibet collegii ecclesiastici [79]. In quantum enim ius transit in aliquem qui secundum quod huiusmodi est pars alicuius communitatis, oportet quod transeat per illum [80] in ipsam communitatem totam et in quamlibet personam illius in quantum etiam est pars communitatis eiusdem [81].

Unde cum monachi et clerici sint capaces iuris et dominii talium bono-

rum in communi, quia huic non renuntiaverunt sicut dicuntur fecisse fratres minores qui per votum quod [82] fecerunt sic omnia totaliter abdicaverunt quod non sunt talis iuris et dominii etiam in communi capaces, non potest dici quod ex tali forma donandi non consequatur collegium aliquod particulare ius et do- [**Cod. R, fol. 219 V**[b]] minium et in hoc etiam ipse papa. Frustra enim et omnino inutilis esset huiusmodi habilitas et capacitas iuris et dominii in bonis ecclesiasticis si in talibus eis traditis tale ius non assequerentur, sicut contingit in fratribus minoribus qui tali habilitate et capacitate carent, propter quod nec in ipsos tale ius et dominium transire potest [**Cod. V, fol. 217 V**[b]]. Quantum [83] ad modum autem specialem quo dominus papa consequitur dominium in rebus quae ad usum fratrum minorum traduntur, videtur hoc esse intelligendum quod, cum aliquis intendit [84] transferre dominium alicuius rei in aliquam personam ecclesiasticam sive praetextu eius et propter usum suum, et sic intendit quod res illa fiat ecclesiastica, transit ius talis rei in talem sicut capax est eius. Si ergo sit capax dominii ut est pars talis vel talis communitatis determinatae [85] transit in ipsum [86] quantum ad ius et dominium, non in quantum est persona singularis sed in quantum est pars talis communitatis ; et in hoc etiam in communitatem et in caput illius. Si vero [87] propter [88] votum speciale non sit capax dominii talis rei, sed solum usus simplicis [89] facti quod est commune omnibus, tamen datur ei ut est persona ecclesiastica. Ex hoc efficitur talis res ecclesiastica et in illa acquirit Ecclesia in communi et papa sicut caput eius ius ac proprietatem et dominium ; et per talem personam acquirit Ecclesia ius sicut dominus per servum. Sed quia persona [90] cuius praetextu talis res transfertur in Ecclesia, nec est communitas nec pars communitatis determinatae in quam possit [**Cod. Q, fol. 172 R**[a]] talis res [91] transire quantum ad ius et proprietatem, ideo talis res transit in ius Ecclesiae in communi absque hoc quod aliqua ecclesia specialis in illis possit sibi ius vendicare, maxime si papa tales personas eximat a subiectione ordinariorum [92] et bona quae occasione ipsarum Ecclesiae in communi acquiruntur sibi specialiter quantum ad ius et dominium retineat, alioquin ordinarius loci in illis ius et proprietatem haberet. Hoc autem contingit [93] in minoribus. Et ideo ad nullum caput speciale spectat ius talia dispensandi, sed ad papam solum. Unde talia bona debent dici totius Ecclesiae in communi quantum ad ius et proprietatem, sed solius papae quantum ad [94] ministrationem et dispensationem. Non sic est dicendum de bonis ecclesiae parisiensis quarum dominium et ius non solum habet Ecclesia in communi, sed etiam ecclesia parisiensis in speciali et quorum dispensator et administrator non est solus [**Cod. C, fol. 144 V**[b]] papa, sed episcopus et ipse ecclesia parisiensis.

Et secundum praedicta potest correcte concludi quod, licet [95], sicut alias dixi, paupertas quae consistit in omnimoda abdicatione bonorum quantum ad ius et dominium et in proprio et in communi, non potest competere homi-

nibus qui multis indigent ultra [96] necessitatem secundum modum suum vivendi ; quia si in talibus nullus vendicaret sibi ius, nec ipsi utentes nec transferentes in ipsos, tales res viderentur [97] habendae pro derelictis ; et qui illis magis indigeret posset illas occupare. Sic etiam utentes rebus in quibus nec iure suo usum haberent [98], quia nullum ius [99] habent nec iure vel concessione alterius quia nullius essent, in talibus non viderentur habere iustum et rationabilem usum [100], maxime cum alius eius indigens [Cod. R, fol. 220 R[a]] illa vellet occupare et secundum hoc status talium non posset stare nisi aliquis voluntarie talium rerum dominium retineret ; et sic videretur talium talis perfectio ab alio dependere. Quod utique videtur verum de quibuslibet [101] personis simpliciter et secundum se consideratis ; tamen de personis ecclesiasticis secundum ordinationem et institutionem Ecclesiae ad statum ecclesiasticum et ad officiandum in Ecclesia modo religiosorum institutis non ita videtur ; quia eo ipso in tali statu constituuntur ab Ecclesia, omnia quae eis [102], ut tales sunt, conferuntur, bona ecclesiastica efficiuntur [103] et in ius et dominium Ecclesiae saltem in communi, modo qui dictus est de fratribus minoribus, transeunt, et in tales etiam [Cod. V, fol. 218 R[a]] ius transiret, si non obstaret votum speciale eorum. Et ideo ex concessione generalis administratoris bonorum Ecclesiae, tales talibus bonis licite possunt [104] uti ; nec videntur ad usus aliorum talia convertenda de aequitate nisi casus alius maioris necessitatis contingeret et sic istis suppositis. non debet dici perfectio talium, postquam sunt tali modo ab Ecclesia instituti et approbati [105], a voluntate alterius proprie dependere. Et videtur quod illud ius, quod sibi dominus papa ibi vendicat in constitutione Domini Nicholai (5). ei debeat competere de iure.

Sunt autem alia bona quantum ad ius et dominium diversis personis appropriata, sicut bona saecularia saecularibus personis ; sed quia communitas personarum saecularium non est sic unita in habendo talia bona nec inter se nec etiam in ordine ad caput unum, unde non est respectu talium aliquis unus dispensator constitutus sicut in ecclesiasticis [Cod. Q, fol. 172 R[b]] sed unusquique de illis disponit et ordinat sicut placet, dum tamen hoc in iniuriam aliorum non cedat, quia in hoc habent principes saeculares alios gubernare et impedimenta ac iniurias circa hoc contingentia corrigere. Ideo principes sive ecclesiastici sive saeculares non sic habent liberam dispositionem de bonis saecularibus, sicut ecclesiastici principes de ecclesiasticis. Propter quod licet imperator sit princeps summus et quasi caput inter saeculares, non tamen habet potestatem sic liberam dispensandi vel administrandi temporalia saecularia, sicut papa ecclesiastica. Licet etiam papa aliquo modo habeat auctoritatem et rationem capitis non solum respectu ecclesiasticorum [106] sed etiam respectu saecularium, non tamen sic libere potest disponere de saecularibus sicut de ecclesiasticis [Cod. V, fol. 218 R[a], l. 27].

Ad intellectum ergo propositae quaestionis dicendum quod licet papa

sit principaliter constitutus dispensator et princeps quantum ad spiritualia et quantum ad bona temporalia ecclesiastica [107] tamen habet etiam [108] auctoritatem et potestatem aliquo modo super alia bona temporalia et super illorum [109] dispensationem, quia primam et [110] radicalem auctoritatem post Christum videtur habere, ut rector principalis Ecclesiae et in temporalibus et in spiritualibus ; quod potest intelligi et per duas claves et per duos gladios. Unde dicitur *Distinctione* (6) *vigesima secunda* : Omnes : « ro- [**Cod. R, fol. 220 R^b^**] manam ecclesiam solus ipse fundavit qui beato **Petro** aeternae vitae clavigero terreni simul et caelestis imperii iura concessit. » Quod verum est prima auctoritate et superiori, sed iurisdictionis executionem sive ius exequendi immediate habet in spiritualibus, non autem in temporalibus nisi in casibus, sed magis imperator, secundum quod dicitur *nonagesima* [111] *sexta Distinctione* (7), *Cum ad verum* : « Mediator Dei et hominum homo Christus actibus propriis et dignitatibus distinctis officia potestatis utriusque propter ea discernit ut spiritualis actio a cornalibus distaret incursibus et Deo militans minime se saecularibus implicaret. » Et cetera.

Secundum hoc ergo est dicendum quod, si bona a talibus iniuste habita, sunt bona ecclesiastica sive personarum ecclesiasticarum, potest papa ex rationabili causa dispensare etiam extra casum merae necessitatis ; et multo magis in casu evidentis necessitatis quod talia non reddantur [112]. Sed ea in usus ad bonum Ecclesiae cedentes convertant vel expendant, sicut etiam si aliqui homines nihil a personis ecclesiasticis iniuste recepissent, posset [113] tamen [114] compellere personas ecclesiasticas quod eis de bonis ecclesiasticis ad utilitatem Ecclesiae providerent, sicut frequenter facit papa decimas Ecclesiae imponendo.

Si vero talia bona sint habita a saecularibus personis, cum unaquaeque persona singularis sive saecularis [115] sive ecclesiastica in casu necessitatis teneatur ad conservationem [**Cod. V, fol. 218 R^b^**] boni communitatis et maxime boni spiritualis fidei, et ad hoc teneatur quilibet [116] et corpus et res exponere, si talis sit casus quod evidenter appareat quod tale bonum periclitabitur nisi per tales personas resistatur et tales personae non habent unde resistere possent, si talia bona restituerent [117], alii de iure naturae tenerentur eis talia bona dare si non haberent et ex quo iam habent, potest dispensari quod non reddant ; immo in tali casu dispensatio non est nisi quaedam iuris naturalis declaratio, quia iure [118] naturae omnia bona exteriora, ut dictum est, sunt communia tempore necessitatis etiam pro sustentatione singularium personarum et multo magis [**Cod. Q, fol. 172 V^a^**] pro tuitione [119] vel defensione boni communis ; et quicumque in talibus casibus denegaret communicare sua bona, immo potius bona communia in hoc casu, graviter peccaret. Ad papam autem qui habet curam animarum omnium fidelium pertinet illos dirigere ad salutem, ipsos cohibendo a peccatis et ab illis revocando errantes, et praecipere quod unus erga alium faciat et ei exhibeat [120]

quod tenetur [121], ideo ad papam bene pertinet declarare casus in quibus subditi talia facere tenentur et ad faciendum compellere potest eos.

Verumtamen quia omnes ad quos commode potest haberi recursus in tali casu tenentur in solidum proportionaliter contribuere ad subveniendum tali necessitati et non debent aliqui particulariter totum damnum in [122] expensis portare si dispensetur cum talibus quod talia non restituant [123] debet ordinari per superiorem quod de bonis aliorum saltem in parte satisfiat illis a quibus talia bona iniuste sunt ablata ne ultra decentem proportionem aliqui [**Cod. R, fol. 220 V**a] specialiter graventur. Et quia si aliqui essent in hoc rebelles, peccarent ; ratione peccati possunt per papam compelli ad hoc faciendum et secundum hoc etiam posset imminere casus tantae necessitatis quod papa posset laicis indicere contributionem alicuius portionis bonorum suorum ad succurrendum Ecclesiae in tali necessitate.

Sed cum ipse papa non habeat ius in bonis saecularium [124] nec in proprio sive ut proprietarius, neque etiam in communi ut caput corporis cuius per se sint talia bona sicut contingit in bonis ecclesiasticis, ut dictum est ; et sic [125] etiam non est dispensator vel administrator illorum, sicut etiam respectu [126] bonorum Ecclesiae, ideo videtur quod extra casum necessitatis non potest absolvere raptores, usurarios et alios huiusmodi a restitutione male habitorum a personis saecularibus, nec etiam a solutione quorumcumque debitorum nisi forte propter peccatum ipsorum, utpote si fiant haeretici et adversarii Ecclesiae volentes eam per talia bona impugnare si haberent.

Est autem circa praemissa intelligendum quod quae dixi circa ius et dominium domini papae in bonis temporalibus sive ecclesiasticis sive [127] saecularibus, determinando sic [128] esse, non dixi nec volo illa esse dicta cum assertione, sed recitata secundum aliquam probabilem coniecturam ad declarandum quod etiam [129] si in bonis temporalibus non haberet ius et dominium nisi modo hic recitato, tamen cum illis de quibus quaeritur posset rationaliter dispensare. Si autem in bonis temporalibus amplius ac [130] plenius ius habeat, quod non nego, patet evidentius quod cum illis potest libere dispensare.

Et sic concludendo in quaestione, est dicendum quocumque modo intelligatur ius et dominium quod habet dominus papa generaliter in omnibus bonis temporalibus quod potest in tali casu licite dispensare.

Per praedicta patet responsio ad obiectum in contrarium : quia suppositis supponendis, non est contra iustitiam, immo iustitiae conveniens quod talia non restituantur.

[1] omnes V. — [2] erat C. — [3] ne cessitate V. — [4] erat C. — [5] *om.* Q : *deinde suppl.* — [6] celebratum — decimi] ultimum 1a *m.* V ; *del. et* celebratum — decimi *suprascrips.* 2a *m.* V. — [7] ademptus 1a *m.* Q ; adeptus *corr.* 2a *m.* Q. — [8] ipsum C. — [9] renuit C. — [10] pertinens C. — [11] posito — parochialis] *om.* R. — [12] fondum R. — [13] *om.* C. — [14] et pecorum *add.* Q ; *del. postea.* — [15] tenebatur R. — [16] qui R. — [17] sacra VCQ. — [18] vel

— restituatur] *om.* R. — [19] *del.* 2ª *m.* V. — [20] imminente *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [21] esset CRQ. — [22] poterint C. — [23] amissione C. — [24] auctoritate C. — [25] vel C. — [26] parum C. — [27] virtute C. — [28] continet quasi] continens C. — [29] *om.* C. — [30] ordinata — invicem] *om.* C. — [31] legitimum C. — [32] personae — alicuius] *om.* C. — [33] *om.* Q ; *suppl. postea.* — [34] tamen membra C. — [35] ipsam Q. — [36] autem Q. — [37] *om.* C ; unde Q. — [38] habent C ; aliquod Q. — [39] proprietatibus R. — [40] persona quaedam] quaedam persona Q. — [41] *om.* C. — [42] *om.* C ; autem est] est autem RQ. — [43] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [44] sic C. — [45] quia — communia] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [46] communitate Q. — [47] quod C. — [48] quae etiam hoc] aut etiam licet C. — [49] *om.* C. — [50] *om.* C. — [51] dispensator et] *om.* 1ª *m.* V ; *add. marg.* 2ª *m.* V. — [52] *om.* 1ª *m.* V ; *in marg. add.* 2ª *m.* V. — [53] *om.* C. — [54] *om.* Q. — [55] minus C. — [56] corporale Q. — [57] habent C. — [58] papa *add.* CRQ. — [59] *om.* Q. — [60] vel dispensator] *om.* S. — [61] licet C. — [62] secundum hoc] cum 1ª m. V ; *del. et* secundum hoc *in marg. scrips.* 2ª *m.* V. — [63] cum *add.* C ; cum etiam *add.* Q, *sed postea* cum *ras.* Q. — [64] nunc C. — [65] modo C. — [66] et C. — [67] sive R. — [68] in cunctum C. — [69] assidendo C. — [70] quia C. — [71] *om.* C. — [72] aliquo R. — [73] in — exemplo] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [74] secundum C. — [75] hoc RC. — [76] videtur RC. — [77] pos *add.* Q. — [78] possiderant R. — [79] immo — ecclesiastici] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [80] illud 1ª *m.* Q ; illum *corr.* 2ª *m.* Q. — [81] alius 1ª *m.* V ; *del et* eiusdem *in marg. scrips.* 2ª *m.* V. — [82] sic omnia *add.* Q ; *postea del.* — [83] *om.* C. — [84] intendat C. — [85] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [86] immediate *add.* V. — [87] ergo R. — [88] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [89] usus simplicis] simplicis usus Q. — [90] papa C. — [91] *om.* Q. — [92] a — ordinariorum] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [93] convenit R. — [94] ad *add.* C. — [95] dicit *add.* Q ; *del. postea.* — [96] intra C. — [97] venderentur Q. — [98] usum haberent] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [99] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [100] maxime *add.* Q ; *postea del.* — [101] quibus licet R. — [102] *om.* Q. — [103] afficiuntur Q. — [104] devi *add.* Q ; *postea del.* — [105] postquam — approbati] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [106] respectu ecclesiasticorum] ecclesiasticorum respectu R. — [107] et quantum — ecclesiastica] *om.* Q. — [108] habet etiam] etiam habet RQ. — [109] illos 1ae *m.* V *in* illorum *corr.* 2ª *m.* V. — [110] *om.* Q ; *deinde suppl.* — [111] decima RQ. — [112] reddant RQ. — [113] possent Q ; posset *corr.* 2ª *m.* Q. — [114] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [115] singularis Q. — [116] om. 1ª m. V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [117] restituent 1ae *m.* V *in* restituerent *corr.* 2ª *m.* V. — [118] iur *cum tractu supre litt.* r Q. — [119] intuitione Q. — [120] ei exhibeat] exhibeat ei R. — [121] et *add.* RQ. — [122] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg. alia m.* V. — [123] restuant 1ª *m.* Q ; restituant *corr.* 2ª *m.* Q. — [124] saecularibus R. — [125] et sic] ideo 1ª *m.* V ; *del. et* et sic *in marg. scrips.* 2ª *m.* V. — [126] etiam respectu] *om.* Q. — [127] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [128] esse *add.* Q ; *postea del.* — [129] *om.* Q ; *deinde suppl.* — [130] cal Q ; *del. et* ac *corr.* 2ª *m.* Q.

(1) Concilium Lugdunense, anno 1274 habitum, Gregorio X pontifice. — (2) Matth., XII, 1. — (3) *Glossa apud* Lyranum *super* Matth., XII, 1. (Antw. 1634, vol. V, p. 217-218, *in Calce*). Sententialiter. — (4) Nicholaus IV, Bulla : *Exiit qui seminat* (cfr. Sbaralea, I. H., *Bullarium franciscanum*, t. III, nº 127. Ed. 1763). — (5) Id., *ibid.* (loc. cit.). — (6) *Decretum* Gratiani, c. 1, Omnes, Dist. XXII (Friedberg, *Corpus Iuris Canonici*, P. I, col. 73). Sententialiter. — (7) *Decretum* Gratiani, c. 6, Cum ad verum, Dist. XCVI (*Ibid.*, I, col. 339). Partim de verbo ad verbum.

QUAESTIO VI

Utrum talis possit huiusmodi fructus retinere vel si forte illos transtulit in aliquod collegium religiosorum illi religiosi possint huiusmodi fructus retinere.

[**Cod. V, fol. 218 V**^{a}] Deinde ad secundum arguitur quod illud quod sic est receptum de fructibus talis ecclesiae a tali [1] clerico non est restituendum. Quia quod habet aliquis ut verus possessor vel a vero possessore non oportet restituere. Sed ita est in pro- [**Cod. Q, fol. 172 V**^{b}] posito quod talis clericus ab initio legitime fuit in tali ecclesia institutus [2] et illius habuit iustum titulum. Ergo quamdiu sic ab ecclesia toleratur, verus possessor talium bonorum videtur. Ergo illos potest retinere. Et ex eodem arguitur quod si illos in alios transtulit quod illi possunt ipsos etiam licite retinere.

Contra. Qui non habet ius in aliquo [3] beneficio nec habet ius in fructibus illius ; nec illos potest retinere ; et ex consequenti nec illi in quos illos forte transtulit. Sed ita est in proposito secundum illam novellam constitutionem **Gregorii decimi** (1) : Licet canon. Et cetera.

[1] a tali] *om.* Q. — [2] institutis 1ª *m.* Q ; institutus *corr.* 2ª *m.* Q. — [3] contra — aliquo] *in marg. scrips.* 2ª *m.* R.

(1) c. 14, Licet Canon, Sexto, I, VI. (Friedberg, *Corpus Iuris Canonici*, P. II. col. 953).

QUAESTIO VII

Utrum possit cum eis dispensare quod dispensative auctoritate ipsius episcopi illa retineant.

Deinde arguitur ad tertium articulum quod episcopus in tali casu non possit dispensare ; quia qui non habet potestatem dispensandi super aliquo principali ad quod consequitur aliquid annexum. non potest etiam dispensare in illo annexo. Sed episcopus in casu proposito non potest dispensare

cum tali clerico quod retineat beneficium [1]. Ergo nec quod retineat fructus [2]. Et ex hoc sequitur quod non potest dispen- [**Cod. R, fol. 220 V^b^**] sare quod illi in quos huiusmodi fructus [3] transtulit possint illos retinere.

Contra. Episcopus habet potestatem dispensandi in casibus in quibus papa dispensationem sibi non reservavit ; quia quod non est episcopis prohibitum, vel quod non est ipsi papae reservatum intelligitur episcopis concessum, ut dicitur **Extra** (1), *De Sententia excommunicationis* : A nobis. Sed non invenitur episcopis prohibitum dispensare in casu proposito. Ergo. Et cetera.

Responsio. Dicendum [4] ad primum quod, sicut personae de iure sunt inhabiles ad adipiscendum beneficia propter crimina quae reddunt eas indignas, ita etiam ex statuto Ecclesiae possunt fieri inhabiles ad beneficia propter defectus non culpabiles [5] aliquorum quae non sunt in hominis potestate, scilicet aetatis vel natalium. Similiter etiam ex statuto Ecclesiae potest quis reddi inhabilis ad retinendum beneficium adeptum propter aliquem defectum non culpabilem qui est in hominis potestate, puta : propter defectum ordinis quem [6] non vult suscipere sicut Ecclesia ordinavit. Sicut etiam aliquis propter culpam suam potest amoveri a beneficio, in quo aliquando iustum titulum habuit, per monitionem et iuris ordine servato et non est statim, commissa culpa, privatus ; ita potest fieri quod per statutum Ecclesiae aliquis ob culpam suam, illa commissa, absque aliqua monitione iure quod habuit sit privatus. Et similiter si incidat in aliquem defectum etiam non culpabilem [7] ortum ex statuto Ecclesiae, ex hoc potest sic esse inhabilis quod absque alia monitione sit beneficio de iure privatus.

Cum ergo per statutum concilii generalis (2) sit ordinatum quod qui admittitur ad ecclesiam parochialem faciat se infra annum ad sacerdotium promoveri, in eodem (3) etiam statutum est quod, si hoc non fecerit, sit inhabilis ad dictum beneficium retinendum, et statim cadat ab omni iure quod habuit in eodem absque alia monitione — constat autem quod qui non habet ius in [8] beneficio pro tempore illo etiam non potest habere ius in fructibus qui inde percipiuntur, ita autem est in proposito — patet quod talis huiusmodi fructus retinere non potest nec etiam illi in quos forte [9] illos transtulit.

Quantum ad secundum vero articulum praedictorum est dicendum quod huiusmodi fructus de iure communi deberent cedere ecclesiae illi determinatae a qua proveniunt convertendi in illius utilitatem [**Cod. V, fol. 218 V^b^**]. Sed, ut dictum est, cum bona Ecclesiae sint bona communia quorum praelati sunt principales dispensatores qui illa debent dispensare secundum quod viderint ecclesiae non tantum uni [**Cod. Q, fol. 173 R^a^**] determinatae sed universaliter omnibus quibus praesunt melius expedire et summus et universalis dispensator respectu omnium ecclesiarum est papa ; quilibet vero episcopus in diocaesi sua, quin ergo papa qui est [10] universalis dispensator

bonorum ecclesiae de talibus bonis quae de iure competunt dictae ecclesiae speciali sed illorum possessionem nondum habet, possit libere dispensare, non est dubium.

Sed aliqualiter dubium videretur aliquibus utrum hoc competat episcopo. Secundum illos enim qui dicerent, sed non bene, ut puto, quod potestas ecclesiastica a Christo immediate descendit in solum Petrum, et de [11] ipso in suos successores, scilicet summos pontifices, ut ipse quasi solus [12] sit praelatus [**Cod. R, fol. 221 Rª**] et pastor ordinarius, per Petrum autem transfusa est ulterius in alios apostolos et in eorum successores, id est in episcopos, ut sic quasi habeant potestatem eis a papa delegatam vel commissam, videretur quod episcopus in nullo casu habeat potestatem aliquid exercendi vel in aliquo casu dispensandi nisi in illo expresse sit ei concessum. Et quia in capitulo praecallegato (4) : Licet canon, ubi plures articuli continentur, quantum ad unum solum expresse conceditur episcopo potestas dispensandi, scilicet quantum ad residentiam faciendam ; de fructibus autem perceptis nulla fit mentio ; secundum hoc videretur quod episcopus non possit quantum ad fructus perceptos dispensare. Immo cum expresse prohibeatur [13] dispensare quantum ad retentionem beneficii quod est principale, videtur quod prohibitum sit ei in fructibus dispensare.

Sed melius videtur esse dicendum quod omnes apostoli suam potestatem et auctoritatem a Christo immediate susceperunt et in ipsis apostolis omnes episcopi et papa qui est supremus et aliquo modo [13] quasi universalis [14], licet sit specialiter episcopus romanus in Petro et alii episcopi in aliis apostolis. Unde episcopi non sunt praelati sub papa ab ipso ut a vicario Christi instituti et delegati ; sed [15] sunt ordinarii a Christo ut a principali domino immediate instituti, prout dicitur *Distinctione secunda* (5) : « In novo testamento Petrus ligandi solvendique potestatem primus accepit. Ceteri vero [16] apostoli cum eodem non dicitur ab eodem pari consortio honorem et potestatem acceperunt. » Et in collatione huiusmodi non posuit [17] Christus [18] aliquam restrictionem respectu apostolorum aliorum a Petro, nec ampliationem in Petro.

Sed tamen [19] secundum modum loquendi satis apparet quod Petrum volebat esse superiorem et principaliorem et quasi caput Ecclesiae propter unitatem Ecclesiae conservandam. Unde in praedicto *Capitulo* (7) dicitur quod Petrus primus, id est tanquam principalior inter alios et maior dignitate et auctoritate, huiusmodi potestatem suscepit.

Et hoc est sic intelligendum quod, licet quantum [20] ad primariam collationem potestatis factam apostolis et in hoc episcopis, quicquid poterat unus potuit alius, et quicquid potest papa potest quilibet episcopus simpliciter et absolute. Hoc tamen est sic restringendum quod potestas episcopi solum se extendit ad contentas in sua dioecesi, sed potestas papae ad omnes [21] generaliter.

Item papa huiusmodi potestatem quantum ad executionem et usum potest

5

restringere propter utilitatem Ecclesiae sibi casus aliquos reservando. Item non potest papa prohiberi [22] dispensare in quibuscumque statutis factis ab inferioribus episcopis, quia sua auctoritas tanquam maior in omnibus intelligitur excepta. Sed potest prohibere ne inferiores in his quae statuit dispensent. Si tamen aliqua statuat et aliquas sententias ferat et expresse non prohibeat inferioribus episcopis dispensare et [**Cod. V, fol. 219 R**[a]] absolvere in illis, episcopi poterunt dispensare [**Cod. Q, fol. 173 R**[b]] cum suis subditis [23] et eos [24] absolvere secundum quod communius tenent meliores [25] iuristae.

Quia ergo circa casum propositum solum interdicitur episcopis dispensare quantum ad defectum aetatis vel quantum ad ordines [26] non suscipiendos, videtur dicendum quod possunt episcopi de fructibus dispensare ; non quidem quod non obstante quod talis clericus non habeat ius in beneficio, fructus nihilominus percipiat, sic enim peccatum peccato adderetur ; sed quod ecclesia dimissa fructus per- [**Cod. R, fol. 221 R**[b]] ceptos non restituat ecclesiae cui [27] erant de iure communi debiti, si hoc episcopus viderit expedire. Quamvis enim in praedicto *Capitulo* (8) expresse concedat papa episcopis hoc solum quod possint dispensare quantum ad residentiam faciendam et sic de aliis videtur prohibere, dicendum quod verum est quantum ad illa quae in dicta constitutione continentur, videlicet quantum ad ordines et aetatem. De fructibus autem perceptis nulla mentio fit ibidem.

Si dicatur quod immo implicite in quantum enim prohibetur episcopus ne dispenset in hoc quod non obstante quod non promovetur, nihilominus retineat beneficium, videtur prohibere quod non dispenset in hoc quod etiam non obstante quod non promovetur, possit fructus perceptos retinere ; dicendum quod, ut dictum est, hoc est verum [28], quod sicut episcopus non potest dispensare quod beneficium sic retineat nec potest dispensare [29] in hoc quod talis fructus huiusmodi recipiat, vel quod receptos retineat eius praetextu sive ex eo quod sibi ex illo beneficio proveniunt, sed sicut episcopus si tales fructus sibi essent a tali clerico restituti ut de illis disponeret convenienter secundum quod incumbit officio suo vel restituendo ecclesiae de qua sumpti sunt vel aliter de illis [30] disponendo posset illos dare in pios usus, praecipue si ecclesia de qua recepti fuerunt non multum indigeret. Ita etiam si talis clericus sit poenitens et sit [31] habilis ad faciendum magnum fructum in Ecclesia, sed hoc [32] non posset facere si tales fructus restitueret, potest episcopus facere quod illos retineat, non iure sibi ex eo quod dictam ecclesiam tenuit acquisito quia nullum ius ex hoc acquisivit, sed nova et gratuita collatione.

Similiter etiam si talis clericus tales fructus religiosis aliquibus [33] contulit et episcopus videat quod ecclesia de qua recepti sunt non multum indigeat, illi vero religiosi sunt indigentes et in ecclesia fructuosi vel praedicationibus vel orationibus vel aliis bonis operibus, potest etiam episcopus dispensare quod illos retineant, cum [34] etiam episcopus possit portionem fruc-

tuum alicuius ecclesiae abundantis religiosis honestis conferre in perpetuum saltem de consensu capituli, ut dicitur **Extra** (8) : de his quae fiunt a praelato sine consensu capituli pastoralis.

Per praedicta patet responsio ad obiecta. Ad primum enim est dicendum quod, licet talis clericus sit verus possessor talium bonorum, non est tamen iustus possessor ; quia non tenet nec possidet ea de iure sed de facto solum. Et ideo ex dono eius non potest aliquis consequi iustum titulum. Nec tolerantia Ecclesiae quae talem non amovit ab Ecclesia statim quando vocavit de iure dat ei aliquod ius in Ecclesia vel in ipsis fructibus. Ecclesia enim [35] tolerat multa mala non corrigendo illa, licet non toleret aliqua mala approbando.

Ad aliud est dicendum quod, sicut [36] episcopus non potest dispensare cum tali clerico quantum ad principale, scilicet quod illam ecclesiam retineat et ad ordines non [37] promoveatur, ita non [**Cod. Q, fol. 173 V^a**] potest dispensare quod non promotus fructus recipiat vel quod illos retineat praetextu beneficii habiti ; sed [38] potest [39] per viam aliam dispensare, ut dictum est.

[1] modo potest usque ad septem annos secundum Constitutionem Bonifacii papae octavi *add. in marg.* 3ª m. VR. — [2] et ex hoc sequitur quod non potest dispensare cum tali clerico quod retineat beneficium ; ergo nec quod retineat fructus *add.* R. — [3] fructos 1ª *m.* Q ; fructus *corr.* 2ª *m.* Q. — [4] quod *add.* Q ; *postea del.* — [5] sed propter defectum *add.* RQ. — [6] quod Q. — [7] etiam — culpabilem] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [8] ut Q. — [9] *om.* QR. — [10] *om.* Q. — [11] in 1ªᵉ *m.* V. *del et* de *in marg. scrips.* 2ª *m.* V. — [12] *om.* Q. — [13] aliquo modo] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [14] sic *add.* R ; *postea del.* — [15] non *add.* Q. — [16] *om.* Q ; *postea suppl.* — [17] possuit Q. — [18] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [19] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [20] *om.* R. — [21] gen. *add.* Q. — [22] ad haberi 1ªᵉ *m.* V. pro *in marg. add.* 2ª *m.* V. — [23] suis subditis] subditis suis Q. — [24] cum — eos] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [25] *om.* 1ª *m.* V ; *suprascrips.* 2ª *m.* V. — [26] ordinis R ; ordines *corr.* R. — [27] qui R. — [28] est verum] verum est R. — [29] quod — dispensare] *om.* R. — [30] lius 1ªᵉ *m.* Q ; illis *corr.* 2ª *m.* Q. — [31] sic Q. — [32] *om.* Q ; *postea suppl.* — [33] religiosis aliquibus] aliquibus religiosis R. — [34] non Q. — [35] autem 1ªᵉ *m.* V, *del. et* enim *in marg. scrips.* 2ª *m.* V. — [36] *om.* Q. — [37] *om.* 1ª *m.* V ; *in marg. add.* 2ª *m.* V. — [38] non *add.* Q. — [39] *om.* Q ; *suppl. postea.*

(1) c. 19, Nuper a nobis, EXTRA, V, 39, *De sententia excommunicationis* (op. cit., II, col. 900). — (2) *Concilium Lugdunense, anno* 1274 *habitum.* Cfr. c. 14. Licet canon, SEXTO, I, VI (op. cit., II, col. 953). — (3) *Id., ibid.* (loc. cit., col. 954). — (4) *Id., ibid.* (loc. cit., col. 954). — (5) *Id., ibid.* (loc. cit.). — (6) *Decretum* Gratiani. P. I. c. 2. In novo Testamento, Dist., XXI (*op. cit.*, I, col. 69). Litteraliter. — (7) *Id., ibid.* (loc. cit.). — (8) c. 14, Licet Canon, SEXTO, I, VI, *De Electione* (*op. cit.*, II. 953-954). — (9) c. IX. Pastoralis officii, EXTRA, III, 10 (*op. cit.*, II, col. 505).

QUAESTIO VIII

Utrum curatus aliquis habens bona in parochia alterius de quibus ei solvit decimas teneatur ab illo sacramenta ecclesiastica suscipere.

[**Cod. V, fol. 219 R^b ; — Cod. P, fol. 318 R^b**] Ab quartum arguitur quod talis sacerdos debeat suscipere sacramenta ab alio sacerdote, quia decimae institutae sunt pro sustentatione [1] praelatorum non nisi quia tenentur suis subditis ministrare sacramenta. Ergo ille cui dantur decimae de iure debet danti decimas [2] ministrare sacramenta [3] et dans decimas habet ius recipiendi sacramenta [4] ab illo cui decimas dat. Sed dictus sacerdos alteri sacerdoti dat decimas [5]. Ergo. Et cetera.

Contra. Tales sacerdotes [6] respectu administrationis sacramentorum sunt pares. Ergo unus non tenetur alteri [**Cod. P, fol. 318 V^a**] sacramenta ministrare ; nec unus ea tenetur ab [7] altero [8] recipere. Item hoc [9] potest aliter sic ostendi : subditus non habet ius recipiendi sacramenta [10] a praelato nisi sicut praelatus habet ius recipiendi [11] temporalia a subditis. Sed praelati nullum ius habent in bonis subditorum, sed solum licentiam quandam ad petendum illa, ut videtur dicere quaedam *Glossa* (1), *Prima Corinthiorum* (2), nono. Ergo. Et cetera.

Responsio. Ad evidentiam quaestionis est considerandum qualis est habitudo inter praelatum qui habet sacramenta subdito dispensare et subditum qui habet illa a praelato suscipere ; et qualis est obligatio praelati ad subditum ad talia spiritualia ministrandum [12] ; et qualis est obligatio subditi ad praelatum et quae ei tenetur quantum ad temporalia exhibere ratione bonorum spiritualium quae ab ipso habet recipere.

Et quia apostoli fuerunt primi et principales praelati in Ecclesia, non possunt haec declarari nisi ostendatur quomodo habuerunt vel non habuerunt ius in bonis temporalibus subditorum. Et quia ipsi tenuerunt perfectissime paupertatem evangelicam quae, secundum aliquos [13], videtur includere abdicationem omnimodam temporalium quantum ad ius et dominium, et in speciali et in communi, talia autem non possunt bene tractari quin aliquo modo tangi [14] videantur ea quae scribuntur in constitutione Domini **Nicholai** (3) papae [15] edita super declaratione regulae fratrum minorum, in qua constitutione innuitur quod apostoli omnino nihil habuerunt ; quod periculosum reputo propter [16] periculum excommunicationis latae sententiae et aliarum poenarum in fine dictae constitutionis comminatarum contra illos qui contenta in dicta constitutione exponunt aliter quam gram-

maticaliter et qui dicunt contra illa quae ibidem sunt contenta; et [17] ideo quia in quaestione praesenti et in quibusdam aliis aliqualiter oportebit tangere aliquid quod [Cod. P, fol. 318 V^b] potest ad materiam dictae constitutionis aliquo modo pertinere, protestor quod ea quae [18] in dicta constitutione continentur [19] non [20] intendo exponere nec dicere aliquid contra contenta in eadem ex deliberatione et certa scientia.

Est ergo, istis praemissis, ad quaestionem dicendum quod de iure naturae est quod in omni communitate sit principans et subiectum et quod sit quaedam habitudo mutua et obligatio unius ad alterum. Et secundum hoc, ad hoc quod communitas Ecclesiae convenienter existat et conservetur, proficiat et promoveatur, oportet quod in ea sint subditi qui regantur et praelati qui regant. Et est quaedam habitudo et obligatio de iure naturae et essentialis inter istos talis quod praelatus, in quantum praelatus, ratione sui status et officii est obligatus subditis in his quae ad salutem ipsorum pertinent ut scilicet per doctrinam et praedicationem, per [Cod. Q, fol. 173 V^b] visitationem et correctionem, per sacramentorum dispensationem, per orationum suffragia et sic de aliis [21] [Cod. R, fol. 221 V^b] salutem eorum procuret. Unde ad hoc tenetur non solum ex virtute caritatis [22] ipsum ad talia ex amicitia et honestate [23] incli- [Cod. V, fol. 219 V^a] nantis, sed virtute iustitiae etiam proprie dictae [24] ipsum ad hoc ratione sui officii ex necessitate [25] obligantis. Subditi vero obligantur praelatis tanquam patribus spiritualibus ad obedientiam, reverentiam et honorem et ad necessariorum ministrationem; quia, ut dicitur, *Prima* Timotheum (4), quinto: qui bene praesunt presbyteri duplici honore digni habeantur. *Glossa* (5): ut eis etiam exteriora ministrent sicut etiam filii carnales suis parentibus corporalibus obligantur.

Unde sicut praelatus manens praelatus non potest absolvi ab hac obligatione et ab hoc debito, quin scilicet praedicta [26] debeat suis subditis exhibere — ad hoc enim se in susceptione curae obligavit, et quilibet subditus habet ius [Cod. P, fol. 319 R^a] talia a suo praelato tempore et loco exigendi — ita etiam subditi sic ad exhibendum [27] praedicta sunt praelato sic [28] obligati quod ipso manente praelato de iure non possunt talia denegare; et ipse praelatus habet ius talia exigendi et non solum licentiam petendi. Nec huic iuri et potestati praelatus manens praelatus potest renuntiare, licet possit huiusmodi potestate [29] aliquando ex causa non uti.

Quod enim praelatus sit subditis obligatus et ipsi ius habeant in praedictis eis per praelatum exhibendis, quae praelatus non potest eis denegare; praelatus autem in quantum praelatus nullum ius proprie dictum habeat in bonis subditorum, nec ipsi subditi sint praelato in quantum est praelatus in aliquo obligati, sed si ab [30] eis temporalia petunt praelati sine iniuria possunt denegare, quod contingit si praelati non habent ius exigendi sed solum licentiam humiliter petendi; hoc est omnino irrationabile et hoc dicere est [31]

destruere naturalem et essentialem habitudinem quae debet esse in ecclesiastica politia.

Dicere etiam quod praelati non [32] habent ius in aliquibus bonis nisi sint eis gratuite oblata, et non habent ius exigendi aliqua tanquam eis de iure debita, includit quod in decimis Ecclesia non habet ius nec decimarum solutio pertinet ad praecepta moralia, cum [33] tamen hactenus [34] sit suppositum quod solutio decimarum — accipiendo pro decima bona subditorum non quantum ad talem determinatam quotam, sed quantum sufficit ad decentem sustentationem praelatorum — sit de iure naturae et divino, et non ex statuto Ecclesiae nec ex voluntaria vel voluntarie facta obligatione.

Quod enim subditus sit certus quod praelatus de iure ministrabit ei spiritualia, et si praelatus denegaret [35], subditus [**Cod. P, fol. 319 R**^{b}] de iure posset agere contra ipsum, quia ad hoc in susceptione curae se obligavit [36]; et praelatus non sit certus quod subditus ei vitae necessaria ministrabit nec ea de iure exigere possit, sed per mendicitatem, solum habendo licentiam petendi necessaria, sibi provideat de necessariis, est irrationabile; quia secundum hoc non esset differentia inter ipsos et quascumque alias [37] communes personas indigentes quantum ad necessaria vitae habenda. Et inordinata esset inaequalitas [**Cod. R, fol. 222 R**^{a}] inter ipsos et subditos, si sic praelati essent subditis obligati, non autem e converso.

Quod autem ita sit, scilicet quod talis sit habitudo inter subditos et praelatos [38] et quod praelati ius habent in bonis subditorum et potestatem illa petendi et exigendi etiam de rigore iustitiae vere et proprie dictae, hoc patet per textum sacrae scripturae et per glossas, et non solum naturali ratione.

Per exempla enim in quibus apparet huiusmodi obligatio esse naturalis ad tale ius [**Cod. Q, fol. 174 R**^{a}], hoc declarat **Apostolus** (6), *Prima Corinthiorum*, nono. Ibi enim dicit sic : Numquid non habemus potestatem manducandi et bibendi. Nostra *Glossa* (7) ; id est : vivendi de stipendiis nostris ; quasi dicens : utique habemus potestatem. Infra (8) : quis militat stipendiis suis? nunquam quis plantat vineam et de fructu eius non edit? quis pascit gregem et de lacte gregis non manducat? Quasi diceret : per ista exempla [**Cod. V, fol. 219 V**^{b}] manifesta in quibus invenitur ex una parte vere debitum tribuendi et ex alia ius petendi et recipiendi, evidenter patet quod si aliquis ratione sui officii obligatur ad talia opera et illa facit de iure, debitum est quod etiam ei [39] talia tribuantur et fiant.

Immo quia talia exempla generalia sunt per quae innuitur [40] esse obligatio naturalis subditorum ad praelatos ad hoc [**Cod. P, fol. 319 V**^{a}] quod eis tribuant vitae necessaria, quia etiam ipsi praelati tribuunt eis maiora bona quae ad regimen eorum pertinent — etenim per ista ita arguitur [41], et non aliter de saecularibus principibus per se, in quantum scilicet sunt principes vel praelati, quod eadem ratione ius [42] habent in bonis subditorum — patet quod necessario concludunt in praelatis ecclesiasticis [43] etiam magis

evidenter quem in praelatis saecularibus qui non exhibent tanta bona sicut ecclesiastici. Hoc etiam, ut dicitur in *Glossa* (9), arguit ulterius ratione. Quod ostendit praedictis exemplis [44] cum dicit infra (10) : Si nos vobis spiritualia seminamus, magnum non est si vestra carnalia nos metamus [46] ; sed non usi sumus hac potestate. Et infra (11) : Nescitis quoniam qui in sacrario. *Glossa* (12) : id est : in templo ; operantur ; *Glossa* (13) : ut artifices : quae de sacrario sunt, edunt [47] (14). Ita et dominus ordinavit [48] his qui evangelium annuntiant de evangelio vivere (15). *Glossa* (16) : naturalis etiam ratio hoc habet ut quis vivat inde ubi laborat, praecipue ex debito, et qui ad hoc ratione officii obligatur. Hac ergo ratione probat se potestatem habere accipiendi.

Item **Matthaei** (17) decimo : Nolite possidere aurum neque argentum neque pecuniam in zonis vestris, non peram in via ; et cetera. Dignus est enim operarius cibo suo. *Glossa* (18) : ecce quod praecepit nihil ferre, quia omnia debentur eis.

Item *Glossa* (19) dicit : Magister dicit non nisi virgam : « Quo nomine significatur potestas recipiendi necessaria, de qua dicit hic : dignus est operarius cibo suo. Qua [49] non uti possunt [50] nec tamen [51] inobedienter sunt qui de suo iure cedunt. »

Ista enim inseparabiliter ad invicem referri videntur : debitum tribuendi ex parte unius et ius recipiendi et exigendi ex parte alterius. Unde sicut aliquis [52] volunta- [**Cod. P, fol. 319 V^b^**] rio [53] remittens [54] alicui illud quod de iure iam sibi est debitum [**Cod. R, fol. 222 R^b^**], ex tunc nihil iuris habet in illo nec ille in aliquo sibi tenetur nec est ei ex tunc in aliquo obligatus, ita etiam potest [55] aliquis uno actu voluntatis renuntiare [56] iuri omni quod sibi posset competere in quibuscumque bonis ex quacumque causa ; et illi nullus videretur posse esse in aliquo obligatus, quia obligatio illa per talem actum praecedentem totaliter tolleretur. Si ergo non potest negari quin ex parte subditorum sit ius et debitum tribuendi necessaria vitae praelatis, non potest negari quin ipsi [57] praelati habeant ius in bonis subditorum et illa iure suo exigere possunt.

Item super [58] hoc (20) : Nolite possidere, **Chrysostomus** (21) : ut non dicant apostoli mendicantes ergo nos iubes [59] vivere [60] et in hoc verecundarentur, monstrat hoc eis debitum esse, operarios eos vocans : et quod datur, mercedem appellans, quia quod ab [61] aliis eis datur debitum est.

Item **Augustinus** (22), secundo [62] *De Concordia Evangelistarum*, exponens ista verba : Nolite pos- [**Cod. Q, fol. 174 R^b^**] sidere aurum, et cetera, satis ostendit cur hoc eos possidere aut [63] ferre noluerit [64] : non quod [65] necessaria non sint sustentationi huius vitae ; sed quia sic [66] eos mittebat ut eis hoc deberi demonstraret ab illis quibus evangelium annuntiarent tanquam stipendia militantibus : hoc tamen non ita praecepit Deus quod evangelistae aliunde [67] vivere non possent nisi de his quae [68] praeberent quibus

evangelizarent alioquin contra hoc praeceptum fecit **Paulus Apostolus** qui victum de manuum suarum laboribus, [**Cod. V, fol. 220 R^a^**] transigebat. Sed apparet potestatem dedisse Dominum apostolis in qua scirent sibi ista deberi. Cum autem potestas datur, licet cuique non uti et [69] tanquam de iure suo cedere [70].

Sed non obstantibus rationibus et exemplis [**Cod. P, fol. 320 R^a^**] tam evidentibus ac auctoritatibus tam manifestis quidam nituntur ostendere contrarium dicentes quod praelatus in quantum praelatus nullum ius et nullam potestatem proprie dictam sive auctoritatem habet in bonis subditorum, nec de iure potest praelatus exigere aliquid a subditis nec aliquo modo compellere eos ad aliquid tribuendum eis ; sed tantum habent licentiam petendi humiliter necessaria vitae a subditis [71]. Et hoc ostendunt de apostolis qui primi et verissimi praelati Ecclesiae fuerunt, hoc primo persuadentes auctoritate, quia qui omnia relinquerunt nihil iuris in rebus retinere potuerunt ; quia qui omnia dicit, nihil excipit. Sed apostoli omnia relinquerunt, ut patet **Matthaei** (23) decimo nono, ubi dixit **Petrus** : Ecce nos relinquimus omnia ; et cetera.

Praeterea hoc arguitur ratione : qui habet ius et potestatem super aliquo, frustra hoc habet nisi etiam habeat potestatem compellendi ut illi qui ad talia tenentur illa tradant. Sed apostoli non videntur habuisse potestatem compellendi subditos ad ministrandum necessaria ; nam cum dixisset Dominus, **Matthaei** (24) decimo : dignus est operarius cibo suo, et subiunxisset : quicumque non receperit vos [72], ministrando scilicet vobis [73] cibum, non addidit : illum compellite vel excommunicate ; sed exeuntes foras de domo excutite pulverem de pedibus vestris. Ergo. Et cetera.

Item hoc aliter ostendunt sic : aliquis potest esse verus episcopus et verus praelatus qui nullum ius habet in bonis suorum subditorum. Ergo habere ius in bonis subditorum [**Cod. R, fol. 222 V^a^**] non pertinet per se ad statum praelatorum. Assumptum probatur : quia [74] posset fieri frater minor episcopus cui non deputarentur aliqui subditi nisi fratres minores ; constat autem quod talis nullum ius haberet in bonis subditorum, quia illi nihil habent. Ergo. Et cetera.

Auctoritates etiam quantumcumque sint manifestae et expressae exponunt [75] **Cod. P, fol. 320 R^b^**] sic dicendo quod, licet inveniatur scriptum quod habuerunt ius vel potestatem in bonis subditorum, per illa [76] tamen non debet intelligi quod huiusmodi ius et potestas ut proprie dicta [77] accipiantur, sed magis ut improprie sunt dicta ; quia dicunt quod per omnia talia non intelligitur nisi quod habuerunt licentiam vel meritum vel dignitatem ad recipiendum. Ista autem non important ius proprie dictum vel potestatem exigendi tanquam debitum, sed solum quod licitum erat eis talia petere humiliter et recipere ; et quod erant personae sic dignae [78] et sic bene meritae [79] quod, licet ex debito rigoris et iustitiae talia non possent exigere

nec debitum erat eis talia exhiberi, tamen ex quadam honestatis decentia eis talia debebantur.

Quod autem per tale ius vel per talem auctoritatem vel potestatem quam habuerunt apostoli et quam nunc habent episcopi in quantum praelati quaedam licentia vel concessio intelligatur, declarant per hoc quod dicitur in *Glossa* (25) super illud *prima Corinthiorum*, nono (26) : quis militat suis stipendiis? per similitudines humanas probat **Apostolus** [**Cod. Q, fol. 174 V**[a]] sibi licere vivere de evangelio, id est de receptis ab his quibus evangelizabat [80]. Et infra *Glossa* (27) : manifestum est quod licet nobis accipere. Sed tamen non sumus usi hac potestate. Et infra, *Glossa* (28) : quam licentiam dedit eis dominus quando misit eos ad praedicandum dicens, **Lucae** (29) decimo : Ecce ego mitto vos [81]. Et paulo post : in quamcumque [82] domum intraveritis in eadem domo manete [83] edentes et bibentes quae apud illos sunt : dignus est operarius mercede sua. Ubi [84] dicit *Glossa* (30) : ecce qui [**Cod. V, fol. 220 R**[b]] saccum [85] et peram prohibuit, sumptus ex praedicatione concedit.

Ex [86] his ergo et consimilibus praedicti arguunt quod talis potestas vivendi de evangelio non fuit nisi quaedam concessio vel [**Cod. P, fol. 320 V**[a]] licentia. Sed rationes ab istis inductae non valent. Auctoritates etiam praedictae ab eis male exponuntur. Quod enim dicitur quod apostoli omnia relinquerunt, verum est quantum ad ea quae sub potestate sua propria et ut personae singulares [87] habere poterant ; talia enim relinquere poterant [88]. Sed ea quae inseparabiliter annexa erant statui suo, in quantum scilicet erant praelati et personae publicae ad regimen communitatis deputati et instituti, manente tali statu, relinquere non potuerunt [89], scilicet ius habere [90] in bonis subditorum et [91] auctoritatem et potestatem proprie dictam [92] exigendi et accipiendi vitae necessaria. Nec hoc erat aliquid imperfectionis in eis, cum esset suo statui, qui est status perfectionis, annexum. Unde sicut frater minor, in quantum est persona ecclesiastica, non potest sic renuntiare iuri quod sibi in re aliqua [93] acquirere posset labore manuum vel [94] ex dono alterius quin Ecclesia universalis, sive in communi [95] modo in alia quaestione declarato, et in hoc etiam ipse frater, aliquo modo sane intelligendo ut est persona ecclesiastica et [96] pars totius universalis Ecclesiae [97], cum non videatur se habere talis frater ad Ecclesiam universalem, cuius papa est caput [98], omnino proprie sicut servus ad dominum sed aliquo modo sicut monachus ad monasterium [99] [**Cod. R, fol. 222 V**[b]], ius in illa acquirat, licet ipse frater ut est persona singularis et etiam ut est pars talis collegii vel ordinis determinati ; aut etiam tale collegium vel talis ordo ut ab aliis distinguitur [100] nullum ius in hoc habeat personale [101] propter votum speciale ; ita etiam praelatus manens praelatus per votum vel alio modo non potest renuntiare iuri quod sibi competit in bonis temporalibus subditorum. Et ideo licet praelatus in sta- [**Cod. P, fol. 320 V**[b]] tu praelati possit habere

illud perfectionis quod potest esse in omnimoda abdicatione ex desiderio et voluntate, in quantum hoc eligeret si status permitteret, tamen [102] in usu non potest illam perfectionem servare, quia hoc non [103] patitur status eius, quia [104] ex hoc nihil contrahit imperfectionis, respiciendo ad illa in quibus per se et essentialiter perfectio consistit.

Cum etiam non negetur de papa quin habeat huiusmodi ius in [105] bonis Ecclesiae sine perfectionis derogatione, qui tamen debet esse perfectissimus, mirum est quod non conceditur aliis episcopis, cum tamen hoc non conveniat papae nisi in quantum praelatus et alii episcopi ita vere etiam sunt praelati, licet non ita universales neque tantum nec ita generalem in omnibus potestatem habentes. Immo secundum quod papa debet [106] esse ceteris episcopis perfectior magis debet esse ab eo exclusum ratione status, quicquid potest ad imperfectionem saltem pertinere [107] per se.

Si ergo praelati in quantum praelati non habent ius in bonis temporalibus subditorum, oportet dicere quod papa in quantum papa [109] etiam ius non habeat. Ergo licet sit in Ecclesia quasi caput et aliquo [**Cod. Q, fol. 174 V**[b]] modo fontale principium, et non solum respectu spiritualium bonorum, sed etiam respectu temporalium, hoc est in his quae ad Ecclesiam pertinent sive in quibus ius habet Ecclesia. Si ergo Ecclesia non habet ius in aliquibus bonis nisi quae gratuite offeruntur, quod sane potest dici si hoc intelligatur de iure quo in Ecclesiam talia transferuntur pleno iure, quod includit plenam proprietatem et domnium et possessionem, prout infra tangetur, et respectu istorum bonorum non habet papa ius nisi in quantum etiam aliae personae ecclesiasticae quibus immediate et praetextu quorum talia conferuntur, cuiusmodi non sunt bona decimarum, sed alia ; non repugnat etiam [110] perfectioni aliorum praelatorum [**Cod. P, fol. 321 R**[a]], immo etiam quarumcumque personarum habere etiam ius in talibus bonis secundum quod sunt bona communia.

Sicut ergo pertinet ad episcopos per se non habere vel habere ius, ita ad papam, et e converso. Unde, cum et ipse Petrus tanquam principalior inter alios dixerit praedicta [111] verba pro se et pro aliis, scilicet : Ecce [112] nos relinquimus omnia (31) ; et cetera ; per hoc non minus, immo efficacius debet argui quod Petrus nullum ius habuerit in talibus bonis quam quod [113] alii nullum ius haberent. Et ex consequenti magis efficaciter deberet argui quod papa, qui est successor Petri, in quantum praelatus et Petri successor, nullum ius habeat [114] [**Cod. V, fol. 220 V**[a]] quam quod alii episcopi qui succedunt aliis apostolis nullum ius habeant.

Et circa hoc est intelligendum quod [115] hoc videtur tenendum communiter de papa et de omnibus aliis praelatis ad regimen populi necessariis quod ipsi in quantum praelati solum habent per se et primo ius et potestatem ex naturali obligatione in bonis subditorum quantum sufficit ad eorum decentem sustentationem. In aliis autem non videntur ius habere nisi eis gra-

tuite conferantur. De papa tamen [Cod. R, fol. 223 R^a], quantum ad istam materiam, nihil assertive vel diffinitive determino [116], sicut dixi etiam in alia quaestione (32).

Quod etiam arguunt secundo non valet. Quia, ut patet per *Glossam* (33) ibidem, per talia verba non habetur [117], quod non haberent potestatem et ius recipiendi et etiam compellendi, sed [118] quod pro tempore illo non decebat [119] nec expediebat quod illa potestate [120] uterentur, quia etiam non bene tunc habuisset effectum compulsio [121] per excommunicationem, cum adhuc [122] fidem non suscepissent.

Item [123] quia [124] principaliter quaerebant personas non res ipsarum [125], non decebat quod ubi non recipiebatur praedicatio eorum quod reciperent victualia etiam [126] si illa commode a talibus habere potuissent. Unde ibi, scilicet **Matthaei** (34) decimo additur : neque [127] audie- [Cod. P, fol. 321 R^b] rint sermones vestros, id est non receperint praedicationem evangelii, quod principaliter intendebant et propter quod principaliter temporalia debebantur. Per hoc autem [128] non probatur quod non habuerint potestatem contradictores compellendi et excommunicandi, sed quod ad convincendam malitiam eorum aliter tunc erat agendum. Unde *Glossa* (35) super illud : Excutite pulverem (36) : excutere iubet vel ad contestationem terreni laboris quem pro eis inaniter susceperant vel ut ostendant usque adeo se ab ipsis nihil terrenum quaerere, etiam ut pulverem de terra eorum non sibi patiantur inhaerere. Ipsi enim in hoc ostendebant quod non quaerebant sua eos ; et cetera.

Item si non habebant potestatem compellendi per excommunicationem, unde modo illam habent? Si dicatur quod alii episcopi habent illam a papa, quaeratur a quo habet papa? Si dicatur quod ex successione qua succedit Christo tanquam eius vicarius, hoc verum est. Sed succedit Christo mediate, quia Petrus fuit primus summus pontifex. Sed nec Petrus nec papa eius successor, habet potestatem excommunicandi nisi secundum quod a Christo est tradita. Sed constat quod in traditione talis [Cod. Q, fol. 175 R^a] potestatis non sic tradidit eam Christus quod primo soli Petro [129] et per Petrum aliis apostolis. Immo immediate illam tradidit omnibus simul, ut patet **Matthaei** (37) decimo octavo, ubi dicitur : Si peccaverit in te frater tuus, et cetera, dic Ecclesiae ; si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Amen dico vobis quaecumque alligaveritis [130] super terram, erunt [131] ligata et in caelis ; et cetera. Ubi dicit *Glossa* (38) : « Potestatem tribuit apostolis ut sciant qui a talibus damnantur humanam sententiam divina sententia corroborari » [Cod. P, fol. 321 V^a].

Praeterea ex quo conceditur quod papa illam habet potestatem, habet principali auctoritate inter homines, et alii episcopi illam habent a papa, oportet concedere quod saltem Petrus etiam illam habuit [132], etiam si eam alii apostoli non habuissent. Et tamen verba praemissa : excutite, et cetera,

ita diriguntur ad Petrum sicut ad alios apostolos. Arguere ergo ex illis ad propositum parum valet.

Quod dicitur quod potest esse episcopus qui nullum [133] habet ius, et cetera, statim potest dici et replicari contra illos [134] quod etiam talis episcopus non habet licentiam de qua isti dicunt respectu talium subditorum ; sed dicendum quod officio et statui episcopi est sic inseparabiliter annexum ius habendi [135] in bonis subditorum quod non potest esse quod aliquis episcopus habeat subditos qui habeant aliqua bona quin episcopus ius habeat in illis quantum ad suam sustentationem. Et semper est haec habitudo inter praelatum et subditum virtualiter et condicionaliter. Sed verum est quod aliquando contingit [**Cod. V, fol 220 V**[b]] quod deficit in usu et quantum ad actum [**Cod. R, fol. 223 R**[b]] exteriorem impossibilem propter inopiam debitoris. Constat enim quod episcopus bene habet [136] subditos aliquos qui omnino nihil habent ; sed oportet quod de bonis aliorum sustentetur [137]. In bonis ergo illorum episcopus ius non habet in actu, sed sic in virtute quod si contingeret [138] illos venire [139] ad pinguiorem fortunam, in bonis eorum ius haberet. Et ex hoc contingit quod talis subditus nihil [140] habens in bonis temporalibus, habet nihilominus ius in suo praelato exigendi sacramenta ab ipso, qui tenetur ei ministrare eo quod etiam talis nihil habens est sibi obligatus ad tribuendum necessaria vitae si illa haberet ; et ideo non removetur propter [141] huiusmodi accidentalem paupertatem naturalis obligatio. Ita etiam in proposito. Si fratres minores subditi mutarent statum suum sic quod possent habere bona temporalia, episcopus eorum in illis etiam [142] ius haberet ; sufficit [**Cod. P, fol. 321 V**[b]] autem episcopo si ius habeat [143] in bonis subditorum in quibus et ipsi ius habent ; aliter enim non est possibile.

Item [144] praedicta [145] expositio est irrationabilis. Si enim licentia respiciat [146] praeceptum negativum, ut scilicet de illicito propter prohibitionem fiat licitum per licentiam vel concessionem faciendi aliquid quod [147] erat malum et prohibitum, et sic per licentiam excludatur obligatio praecepti negativi, si aliquod super hoc sit factum vel importet rem talem esse sic licitam solum eo quod non cadit sub aliquo praecepto negativo quo praecipitur contrarium, male dicitur. Non enim evangelium annuntiantibus [148] est licitum factum quod evangelizantes indigentes [149] necessariis, illa petere possint [150] per hoc quod licentia data est super hoc a Deo, ac si esset aliquo praecepto hoc prohibitum [151]. Immo de iure naturae unusquisque indigens habet licentiam petendi necessaria ab aliis potentibus tribuere. Sed ad talem licentiam [152] non sequitur ius exigendi ex parte indigentium vel petentium, nec debitum iustitiae tribuendi ex parte tribuere potentium. Sic autem non potest dici quod per potestatem et per ius praelatorum intelligatur licentia talis. Ex hac enim licentia nihil esset eis datum vel acquisitum ; quia hoc convenit eis, immo unicuique indigenti de iure naturae et ex [153] hoc nullum debitum causaretur in subditis. Et secundum hoc praelati, in quantum prae-

lati, viventes de bonis [Cod. Q, fol. 175 Rb] subditorum viverent de illis sicut alii pauperes mendicantes sive saeculares sive religiosi nullum ius [154] in talibus habentes. Qui etiam fidelibus non sunt obligati ex debito officii ad aliqua ministrandum, quod est inconveniens manifestum et a **Chrysostomo** (39) ubi supra et ab **Augustino** *Super Psalmis* [155] et in pluribus aliis locis reprobatum. Dicit enim *Super Psalmum CIII* [156] (40) : quia [157] Dominus dixit : qui [158] evangelium annuntiant, de [Cod. P, fol. 322 Ra] evangelio vivant, dicens : quae apponuntur vobis, manducate ; ne illi, scilicet apostoli, dicerent : improbi ergo erimus ad mensas alienas [159] *cum* [160] indigebimus, vis nos esse ita frontosos [161]? Non, inquit, non illa est donatio illorum [162], sed merces vestra. Et [163] infra (41) : quaere [164] ne quis, scilicet cuius est ex officio evangelizare, indigeat ; et noli dicere : si petierit, dabo. Sic pascis bovem Dei quomodo mendicum transeuntem? spiritualia accipis, redde carnalia. Debita sunt militi ; militi [165] reddes.

Sic autem licentia [166] respiciat praeceptum [167] affirmativum ut dicatur aliquid licere, quod scilicet fiat vel non fiat, quia sic est licitum fieri quod quantocumque iure hoc possit fieri, tamen [Cod. R, fol. 223 Va] non est praeceptum quod fiat, sic intelligitur licentia in proposito. Sed talis licentia non excludit ius et potestatem accipiendi necessaria, sed magis hoc includit. Nam apostoli sic habebant ius et potestatem petendi et recipiendi necessaria quod illa [168] [Cod. V, fol. 221 Ra] petere et de illis vivere poterant, et quod subditi negare non poterant de iure si peterentur. Sed non erat apostolis praeceptum quod semper uterentur illo iure suo, sed poterant aliquando, non quidem renuntiare iuri, ut scilicet ius tale non haberent, sed de illo iure suo cedere poterant quantum ad usum ita quod aliquando illo in actu non uterentur, sed labore manuum suarum necessaria sibi acquirere poterant, sicut fecit Paulus. Unde dicit *Glossa* (42) super illud *Prima Corinthios*, nono (43) : numquid non habemus potestatem : permisit [169] enim apostoli, sed non iussit apostolos recipere a subditis ut quisquis vellet uteretur eo [170] iure quod sibi liceret ex domini constitutione, immo etiam talis constitutio fundatur in iure naturae. Deinde subditur (44) : si quis vero uti vellet non contra iussum faceret, sed de suo iure cederet. Sicut etiam operarius conductitius habet ius petendi mercedem et de iure naturae et ex pacto habito cum eo in cuius vinea est operatus ; et tamen non est ei praeceptum vel iussum quod illam [171] mercedem [172] petat vel recipiat, sed habet licentiam petendi [Cod. P, fol. 322 Rb], quia sic habet ius hoc faciendi quod [173] huic iuri suo quantum ad usum [174] potest cedere si vult. Qui etiam mutuavit alicui certam summam pecuniae, ius habet repetendi et recipiendi ; et ille omnino tenetur reddere si repetatur : tamen habens hoc [175] ius sic habet illud quod potest ei cedere et potest non repetere ; et pro tanto dicitur cadere non sub praecepto, sed sub licentia repetere. Sed nihilominus in talibus est verum ius et potestas propriissime dicta sine glossa [176] necessaria.

Item si solum habebant licentiam apostoli sic dictam [177], unde poterat tantum gloriari **Apostolus** (45) qui dicit *Prima Corinthios,* nono : bonum est mihi magis mori quam ut gloriam meam quis evacuet. Ubi dicit *Glossa* (46) : quisquis enim eo quod sibi debetur uti non vult, amplius impendit ecclesiae. Maximam ergo habebat gloriam Apostolus apud Deum non exigendo stipendium debitum ab infirmis. Non est enim magnum nec multum gloriosum non petere vel non recipere aliquid in quo quis non habet ius et quod alius potest sine iniuria denegare. In hoc etiam non videtur aliquis impendere aliquid de suo. Et cetera. Et ideo [178] dicendum est quod non debet proprie dici [**Cod. Q, fol. 175 Vª**] quod habuerunt licentiam proprie dictam in recipiendo. Immo in hoc auctoritatem et ius et potestatem proprie dictam habebant. Quia enim per modum praecepti dictum erat eis quod nihil secum ferrent quia, ut dicit *Glossa* (57) super illud **Matthaei** (48) decimo : Nolite possidere aurum ; et cetera ; praecepit nihil ferre quia omnia debentur eis ; et prout dicitur **Lucae** (49) decimo, mandavit uti bonis subditorum dicens : « edentes et bibentes quae apud illos sunt », ne forte crederetur quod aliunde non possent victum sumere, sed oporteret eos uti hoc iure et hac potestate — quod tamen non fecit Paulus — ideo est intelligendum quod sic habuerunt potestatem et [179] ius recipiendi a subditis. Quia [180] tamen non habuerunt in [**Cod. P, fol. 322 Vª**] praecepto semper recipere, sed habuerunt licentiam non recipiendi ita quod utendo nomine licentiae magis proprie videtur quod debeat [181] dici quod habuerunt [182] licentiam [**Cod. R, fol. 223 Vᵇ**] respectu huius quod est non accipere et non petere quam [183] respectu eius quod est petere et accipere, respiciendo ad modum loquendi scripturae evangelicae, quae per modum praecepti loquitur in materia ista. Dicitur enim **Matthaei** (50) decimo : hos duodecim misit Iesus praedicare praecipiens et dicens : In viam gentium ne abieritis ; et cetera. Et ibidem (51) scribuntur praedicta verba : Nolite possidere aurum ; et cetera. **Chrysostomus** (52) autem illa exponens dicit : potestate sua non uti potuerunt, nec tamen inobedientes erant si de suo iure cedebant [184].

Sed quantum ad religiosos qui potentes labore manuum acquirere vitae necessaria non laborant, sed vivunt de bonis ab aliis per mendicationem acquisitis videtur esse dicendum quod, cum non habeant potestatem [185] et ius petendi vitae necessaria [186] ab aliis, habent tamen ad hoc licentiam proprie sumptam ; nam cum non habentes vitae necessaria ex praecepto et quasi de iure teneantur illa acquirere labore manuum, prout scribit **Apostolus** [187] (53) his qui nihil habent, *Prima* [188] *Thessalonicensium,* quarto : Rogamus vos, fratres, ut operemini manibus vestris sicut praecipimus vobis, et cetera ; non videntur posse ab aliis talia [188] petere nisi per quandam indulgentiam vel [189] licentiam, hoc eis intelligatur concessum [190].

Si autem quaeratur quale ius est istud [191] quod praelati et ecclesia ha-

bent in bonis temporalibus supradictis [192] utrum scilicet ratione talis iuris ecclesia [Cod. V, fol. 221 R^b] possit dici habere proprietatem et dominium in talibus bonis, dicendum quod per talia bona intelligimus ea quae spectant ad sustentationem vitae praelatorum Ecclesiae [Cod. P, fol. 322 V^b] et aliarum personarum quae in communitate Ecclesiae ad regimen populi in spiritualibus de necessitate [193] requiruntur et quae officium habent in Ecclesia ad talia quae ad salutem pertinent facienda. Sed ultra haec sunt in Ecclesia multa alia bona ecclesiastica in magna abundantia et apud clericos et apud religiosos tam praelatos quam non praelatos [194]. Et est dicendum quod ecclesia respectu bonorum primorum habet ius aliquo modo magis efficaciter quam respectu aliorum in quantum tale ius est et naturale sive naturalem obligationem inseparabiliter consequens, et in quantum est etiam [195] ex divina institutione, et in quantum sine illis nec ordo ecclesiae nec bonum [196] commune quod in bono regimine [197] attenditur, potest consistere; secus autem est quantum ad alia quae ex gratuita oblatione fidelium vel modis aliis proveniunt. Et ex hoc contingit quod respectu talium habet Ecclesia ius magis liberum et potestatem liberiorem. Quia enim sine illis potest Ecclesia, quantum ad ea quae sunt necessitatis, consistere et sic potest illa non recipere, ita [Cod. Q, fol. 175 V^b] etiam iam habita saltem ex causa potest alienare ; non sic autem quantum ad [198] prima. Unde non potest papa vel Ecclesia absolvere laicos a iure et debito solvendi decimas, prout per decimas intelligimus bona laicorum quantum ad portionem quae sufficere potest ad convenientem sustentationem praedictarum [199] personarum ecclesiasticarum. Nec potest ecclesia huic iuri renuntiare. Sed haec possunt [200] fieri respectu aliorum [201].

Cum ergo quaeritur quale ius est istud, dicendum quod cum in rebus quibus utimur attendantur ista, videlicet simplex usus facti, item ius utendi, item usus fructus, item possessio, item proprietas, respectu nullorum praedictorum bonorum habet Ecclesia sic proprietatem quod aliquis de Ecclesia, nec papa nec alius, habeat ius in illis sicut in bonis propriis dicitur aliquis sic [202] ius habere [203] quod respectu [Cod. R, fol. 224 R^a] illorum potest [Cod. P, fol. 323 R^a] dici vere proprietarius. Sed nullum ius habet persona quaecumque in ecclesia respectu talium bonorum nisi in quantum est aliqua pars communitatis [204] Ecclesiae, quae per se habet ius in illis.

Sed ipsa communitas Ecclesiae respectu praedictorum bonorum potest dici habere ius aliter et aliter quia respectu secundorum sic habet ius quod habet et proprietatem et possessionem et omnia consequentia ad hoc, quia et illa habet titulo pleni iuris, sicut quaecumque aliae personae singulares habent quaecumque sua bona. Unde et illa possunt pro utilitate Ecclesiae cuius sunt alienari et pro bonis aliis commutari, prout est secundum instituta ecclesiastica ordinatum. Et hoc quia, ut dictum est, talia bona non sunt

omnino necessaria ecclesiasticis personis in quantum ad regimen populi ex mera necessitate requiruntur.

Sed respectu aliorum non habent [205] huiusmodi proprietatem [206] quod sic scilicet possint de illis disponere, sicut possunt de aliis. Sed verum est quod non solum habent in illis usum facti simplicis, sed habent ius non solum utendi illis cum eis sunt tradita, sicut mendicus in eleemosyna sibi data ; sed etiam habent ius exigendi et recipiendi illa ut eis de iure vero debita, non obstante quod in bonis de quibus sic habent praelati ius sumendi necessaria, alii habent etiam ius quia et possessionem et proprietatem in illis habent. Ista enim bene stant simul, sicut videmus quod aliqui in aliquo nemore, cuius possessio et proprietas ad alium pertinet, habent ius quo dicuntur usurarii respectu illius nemoris, in quantum ius habent recipiendi in illo necessaria ad aedificia vel ad ignem ; nec potest dominus talis nemoris illud alienare vel in alium transferre quin transeat **[Cod. V, fol. 221 Va]** cum onere quod alii habent in illo.

Est etiam [207] intelligendum quod ea quae ad manus praelatorum veniunt de talibus bonis subditorum in quibus prius habebant ius modo praedicto, ulterius transeunt in proprietatem et dominium ipsorum **[Cod. P, fol. 323 Rb]** praelatorum aut in nullius bonis talia remanerent. Propter quod etiam non est inconveniens dicere quod in his quae in loculis reponebantur Christus et apostoli proprietatem et dominium habuerunt.

Per praedicta patet quid dicendum ad quaestionem. Quia ratione praedictae obligationis [et] naturalis et ex divina ordinatione statutae, sacerdos ille in cuius parochia [208] alius moratur habet ius in decimis contentis [209] infra limites parochiae suae, eo quod ipse ratione officii sui est obligatus ad exhibendum, quantum in se est [210] infra [211] dictos terminos omnibus commorantibus et bona temporalia ibidem habentibus, sacramenta et alia spiritualia. Unde licet aliqui in eius parochia bona possidentes non recipiant talia ab illo sacerdote, quia ibi non morantur [212] vel quia aliter [213] est eis provisum, quia huiusmodi sacramenta aliter possunt [214] habere, non propter hoc privatur talis sacerdos talibus [215] bonis ; quia nec obligatio qua obligatus **[Cod. Q, fol. 176 Ra]** est talibus ad praemissa [216] tollitur [217], sed semper remanet [218] in virtute [219], et [220] tenetur [221] sacerdos semper [222] ad praedicta [223] et sub condicione, cum etiam intelligi debeat quod si possidens talia bona sacramentis indigeret nec ei per alium [224] provisum esset, talis sacerdos ei teneretur ministrare. Si ergo alius sacerdos habens **[Cod. R, fol. 224 Rb]** curam alterius parochiae officium curae [225] non exerceat in illa alia parochia nec ad illam accedat, debet sacramenta recipere ab illo in cuius parochia moratur. Si autem officium suum personaliter exerceat, cum ex institutione Ecclesiae parochias [226] distinguentis eo quod habet missam [227] dicere in alia parochia ibi habet etiam sacramentum eucharistiae recipere, alia vero sacramenta habet recipere ab illo a quo sacerdotes curati [228] suum officium exer-

centes recipere consueverunt; et etiam sacramentum eucharistiae si esset in aegritudine constitutus recipere deberet ab illo a [Cod. P, fol. 233 Va] quo sacerdotes officium curae [229] sibi commissae personaliter [230] exercentes recipere consueverunt.

Per praedicta patet responsio ad obiecta. Quia verum est quod sacerdos in cuius [231] parochia alius moratur simpliciter et absolute est obligatus ad ministrandum sacramenta illi sacerdoti, et illa ei ministraret si ille suam aliam ecclesiam non officiaret aut si alias indigeret et peteret; et hoc sufficit ad hoc quod sic possit decimas ab illo recipere, verum est etiam quod ille sacerdos in quantum habet curam et illam exercet et per hoc aliter provisum est [232] sibi de sacramentis, quia [233] eodem modo quantum ad hoc sicut sacerdoti in cuius parochia moratur, secundum hoc non tenetur ab illo recipere sacramenta.

[1] pro sustentatione] per sustentationem P. — [2] deci Q. — [3] ergo — sacramenta] *om.* P. — [4] sacamenta 1ae *m.* Q *in* sacramenta *corr.* 2a *m.* Q. — [5] sed — decimas] *om.* P. — [6] sacerdotes *add.* Q. — [7] *om.* Q; *deinde suppl.* — [8] tenetur ab altero] ab altero tenetur Q. — [9] *om.* Q; *deinde suppl.* — [10] sacra Q. — [11] sacramenta — recipiendi] *om.* R. — [12] ministranda P. — [13] secundum aliquos] *om.* 1a *m.* V, *add. in marg.* 2a *m.* V. — [14] tangere V. — [15] proprie P. — [16] quod *add.* R; quod aliqui huiusmodi constitutionem Noli me tangere nuncupant, non in contemptum vel despectum eius vel regulae quam exponunt, sed propter periculum quod tangenti materiam quae in illa constitutione continetur imminet, scilicet propter *add.* V. — [17] *om.* PR. — [18] ea quae] nihil 1a *m.* V; *del. et* ea quae *in marg. scrips.* 2a *m.* V. — [19] continetur 1ae *m.* V *in* continentur *corr.* 2a *m.* V. — [20] *om.* V; *add.* 2a *m.* V. — [21] sie de aliis] de aliis sic Q. — [22] claritatis Q; — virtute charitatis] virtutes claritatis R. — [23] honeste RQ. — [24] dictam P. — [25] necessitatis 1ae *m.* R *in* necessitate *corr.* 2a *m.* R. — [26] debita R; *litt.* debi *del. et* praedic *in marg. scrips.* 2a *m.* R. — [27] *om.* 1a *m.* V; *add. in marg.* 2a *m.* V; — ad exhibendum] adhibendum RQ. — [28] *om.* V. — [29] potestatem R. — [30] in RQ. — [31] dicere est] est dicere Q. — [32] habent *add.* Q; *postea del.* — [33] *om.* P. — [34] accthenus R. — [35] ei *add.* PRQ. — [36] obligant P. — [37] quoscumque alios 1ae *m.* V. *in* quascumque alias *corr.* 2a *m.* V. — [38] praelati R. — [39] etiam ei] ei etiam PR. — [40] innuuitur 1ae *m.* R *in* innuitur *corr.* 2a *m.* R. — [41] arguit P. — [42] *om.* Q; *postea suppl.* — [43] etiam *add.* Q; *deinde del.* — [44] ratione — exemplis] *om.* P. — [45] et *add.* V. — [46] metamur R. — [47] hoc scribere edunt et dominus edunt *add.* Q; — ita et dominus *add.* R. — [48] ordinavis P. — [49] quare P; quia RQ. — [50] posset P. — [51] in *add.* Q; *postea del.* — [52] voluntarie *add.* Q. — [53] voluntare 1ae *m.* Q *in* voluntarie *corr.* 2a *m.* Q. — [54] remittere 1ae *m.* Q *in* remittens *corr.* 2a *m.* Q. — [55] esset *add.* Q; *del. postea.* — [56] in *add.* Q: *postea del.* — [57] ipsis R. — [58] item super] insuper R. — [59] viles P. — [60] nos iubes vivere] iubes vivere nos Q. — [61] *om.* 1a *m.* V: *in marg. add.* 2a *m.* V. — [62] libro V. — [63] autem P. — [64] noluerunt 1ae *m.* Q *in* noluerit *corr.* 2a *m.* Q. — [65] quo VPRQ. — [66] *om.* P. — [67] abunde P. — [68] *om.* R. — [69] *om.* 1a *m.* V; *suprascrips.* 2a *m.* V. — [70] recedere PRQ. — [71] sed — subditis] *om.* 1a *m.* V: *add. in marg.* 2a *m.* V. — [72] nos R. — [73] nobis R. — [74] quod V. — [75] ponunt Q. — [76] illam 1ae *m.* Q *in* illa *corr.* 2a *m.* Q. — [77] *om.* 1a *m.* V; *add. in marg.* 2a *m.* V. — [78] erant personae sic dignae] erat petere sic digne P. — [79] bene meritae] bene unde P. — [80] evangelizatur V. — [81] sicut oves inter lupos do *add.* R; *deinde expunxit.* — [82] et paulo —

quamcumque] *om.* R ; *in marg. scrips. alia m.* R. — [83] manente Q. — [84] ibi V. — [85] sartum Q. — [86] h *add.* Q ; *postea del.* — [87] singula 1ae *m.* V *in* singulares *corr.* 2a *m.* V ; — saeculares *add.* Q ; *postea del.* — [88] talia — poterant] *om.* P. — [89] poterunt VR. — [90] ius habere] habere ius P. — [91] auditorum *add.* Q. — [92] *om.* RQ. — [93] re aliqua] reliqua Q. — [94] et PR. — [95] consequenti P. — [96] *om.* P. — [97] universalis ecclesiae] ecclesiae unis versalis RQ. — [98] caput *add.* Q. — [99] universalis sive in — monasterium] *om.* 1a *m.* V ; *add. in marg.* 2a *m.* V. — [100] ut est persona singulari — distinguitur] *om.* 1a *m.* V ; *add. in marg.* 2a *m.* V. — [101] *om.* PRQ. — [102] etiam non 1ae *m.* V *del. et* tamen *in marg. scrips.* 2a *m.* V. — [103] om. RQ. — [104] qui V. — [105] etiam 1ae *m.* V *del. et* in *in marg. scrips.* 2a *m.* V. — [106] potest 1ae *m.* V *del. et* debet *in marg. scrips.* 2a *m.* V. — [107] saltem pertinere] pertinere saltem P. — [108] in — praelati] om. PRQ. — [109] in quantum papa] *om.* PRQ. — [110] et Q. — [111] per dicta Q. — [112] ecclesiae PR. — [113] *om.* Q ; *deinde suppl.* — [114] nullum — habeat] *om.* Q. — [115] circa hoc — quod] *om.* 1a *m.* V ; *add. in marg.* 2a *m.* V. — [116] desimo Q. — [117] habet RQ. — [118] secundum 1ae *m.* V *in* sed *corr.* 2a *m.* V. — [119] decebant 1ae *m.* R *in* decebat *corr.* 2a *m.* R. — [120] potestatem R. — [121] expulsio 1ae *m.* R *in* compulsio *corr. alia m.* R. — [122] ad hoc 1a *m.* Q ; hoc *del. et* huc *in marg. scrips.* 2a *m.* Q. — [123] iterum P. — [124] *om.* Q. — [125] personarum P ; res ipsarum *add.* R. — [126] et P — [127] nec R. — [128] etiam PRQ. — [129] soli petro *add.* Q. — [130] allegaveritis Q. — [131] erit P. — [132] habuerit P. — [133] nulliu Q. — [134] et — illos] *om.* 1a *m.* V ; *in marg. scrips.* 2a *m.* V. — [135] habere PRQ. — [136] sib *add.* Q ; *postea del.* — [137] sustententur PR *et* 1a *m.* V ; sustentetur *corr. in marg.* 2a *m.* V ; sustentatur 1ae *m.* Q *in* sustentetur *corr.* 2a *m.* Q. — [138] quod si contengeret] *om.* Q. — [139] de iure R. — [140] contingit — nihil] *om.* Q. — [141] papa P. — [142] *om.* P. — [143] huiusmodi Q. — [144] quod *add.* Q ; *deinde del.* — [145] positio *add.* R ; *postea del.* — [146] respiticiat 1ae *m.* Q *in* respiciat *corr.* 2a *m.* Q. — [147] *om.* 1a *m.* V ; *add. in marg.* 2a *m.* V. — [148] enunciantibus R. — [149] ingdigentes 1ae *m.* Q *in* indigentes *corr.* 2a *m.* Q. — [150] possunt R. — [151] per habitum P. — [152] necessaria — licentiam] *om.* 1a *m.* V ; *in marg. scrips.* 2a *m.* V. — [153] *om.* Q ; *suppl. postea.* — [154] ius *add.* Q. — [155] psalmum RQ. — [156] psalmum CIII] psalmis capitulo tertio VPQ. — [157] quod 1a *m.* R ; *del et* quia *in marg. scrips.* 2a *m.* R. — [158] *om.* VP. — [159] alcienas 1ae *m.* Q *in* alienas *corr.* 2a *m.* Q. — [160] *om.* VPRQ. — [161] frontoso RQ. — [162] eorum RQ. — [163] *om.* P. — [164] quare P. — [165] *om.* RQ. — [166] litiat Q. — [167] praeceptum *add.* Q. — [168] *om.* Q ; *postea suppl.* — [169] promisit P. — [170] de *add.* R. — [171] illa RQ. — [172] et de iure — mercedem] *om.* P. — [173] quia R. — [174] quantum ad usum] *om.* PRQ. — [175] *om.* P. — [176] gloria V. — [177] sicut isti exponunt *add.* P. — [178] etiam *add.* Q. — [179] ius *add.* Q ; *deinde del.* — [180] quod RQ. — [181] debebat R. — [182] habuerint P. — [183] quia P. — [184] debebant Q. — [185] *om.* Q. — [186] vitae necessaria] necessaria vitae Q. — [187] *om.* V. — [188] ita ad P. — [188] ab aliis talia] talia ab aliis V. — [189] et 1ae *m.* Q *in* vel *corr.* 2a *m.* Q. — [190] sed quantum ad religiosos — intelligatur concessum] *om.* 1a *m.* V ; *add. in marg.* 2a *m.* V. — [191] illud PRQ. — [192] quod praelati — supradictis] *om.* VRQ. — [193] de necessitate] *om.* Q. — [194] quam — praelatos] *om.* Q. — [195] est etiam] etiam est P. — [196] ecclesiae *add.* RQ. — [197] regemine Q. — [198] ex 1ae *m.* Q. *in* ad *corr.* 2a *m.* Q. — [199] praedactarum 1ae *m.* Q *in* praedictarum *corr.* 2a *m.* Q. — [200] haec possunt] hoc posset P. — [201] bonorum *add.* P. — [202] nec RQ. — [203] respectu ad *add.* Q ; *deinde del.* — [204] *om.* P. — [205] ius et *add.* P. — [206] huiusmodi proprietatem] proprietatem huiusmodi P. — [207] *om.* P. — [208] paroychia 1ae *m.* Q *in* parochia *corr.* 2a *m.* Q. — [209] et *add.* Q. — [210] et Q. — [211] ita PQ. — [212] moretur Q. — [213] alter P. — [214] posset P. — [215] talis Q. — [216] qua obligatus — praemissa] *om.* 1a *m.* V ; *in marg. scrips.* 2a *m.* V ; — totaliter *add.* R. — [217] in virtute *add.* R. — [218] sed semper remanet]*om.* 1a *m.* V ; *in marg. add.* 2a *m.* V. — [219] in virtute] *om.* 1a *m.* R ; *in marg. scrips.* 2a *m.* R. — [220] *om.* P. — [221] sacerdos *add.* Q ; *postea del.* — [222] *om.* R. — [223] et — praedicta] *om.* 1a *m.* V ; *add. in marg.*

2a *m.* V. — 224 alium P. — 225 illius *add.* R. — 226 in *add.* Q. — 227 nullam P. — 228 *om.* V. — 229 iure P. — 230 principaliter P. — 231 in cuius] intus PR. — 232 *om.* P. — 233 in *add.* Q.

(1) *Glossa ordinaria* (Antwerpiae 1634, vol. VI, col. 265 sunt verba BEDAE. (2) I *Cor.*, IX, 4 et 7. — (3) NICOLAI *papae* IV Bulla : *Exiit qui seminat* (1279). (Apud SBARALEA, *Bullarium franciscanum*, t. III, p. 404-417. Ed. 1765). — (4) I *Tim.*, V, 17. — 5) *Glossa ordinaria* (op. cit., vol. VI, 715-716). — (6) I *Cor.*, IX, 4. — (7) *Glossa ord.* (op. cit., loc. cit., 265-266). — (8) I *Cor.*, IX, 7. — (9) *Glossa ordin.* (op. cit., loc. cit., col. 267, d. CHRYSOSTOMUS). — (10) I *Cor.* IX, 11. — (11) I *Cor.*, IX, 13. — (12) *Glossa ordin.* (op. cit., loc. cit., col. 267-268). — (13) *Id.*, *ibid.* (loc. cit.). — (14) I *Cor.*, IX, 13. — (15) I *Cor.*, IX, 14. — (16) *Glossa ordin.* (op. cit., loc. cit., col. 268, g. Nescitis). — (17) MATTH., X, 9-10. — (18) *Glossa ordin.* (op. cit., t. V, col. 191-192). Litteraliter. — (19) *Glossa ordin.* (ibid., loc. cit., col. 191, AB). Litteraliter. — (20) MATTH., X, 9-10. — (21) SANCTUS IOHANNES CHRYSOSTOMUS, *In Matth. evang.*, *Homilia* XXXII [al. XXXIII] (PG., t. 57, col. 382, 5). — (22) SANCTUS AUGUSTINUS, *De Consensu Evangelistarum*, l. II, c. 30 (PL., t. 34, col. 1115, 73). Litteraliter. — (23) MATTH., XIX, 27. — (24) MATTH., X, 10. — (25) *Glossa ordin.* (op. cit., vol. VI, col. 265-266). — (26) I *Cor.*, X, 7. — (27) *Glossa ordin.* op. cit., loc. cit., col. 267-268). — (28) *Id.*, *ibid.* (loc. cit.). — (29) LUCAE *Evang.*, X, 13. — 30) *Glossa ordin.*, Lucae evang. X, 3-7 (op. cit., vol. V, col. 828, c. *In eadem autem domo*). — (31) MATTH., XIX, 27. — (32) *Quodl.* XII, q. 20, p. 164. — (33) *Glossa ordin. In* LUC. *evang.*, X, 3-7 (op. cit., t. V, col. 878 c). — (34) MATTH., X, 14. — (35) *Glossa ordin.* MATTH., X, 14 (op. cit., vol. V, col. 193, A). — (36) MATTH., X, 15. — (37) MATTH., XVIII. 15-18. — (38) *Glossa ordin.*, (op. cit., t. V, col. 306). Litteraliter. — (39) SANCTUS IOHANNES CHRYSOSTOMUS, *In* MATTH. *evang.*, *Homilia* XXXII [al. XXXIII] (PG., t. 57, col. 382, 5). — (40) SANCTUS AUGUSTINUS, *Enarratio in Psalmis* (PL, t. 37, col. 1365). Ad litteram. — (41) *Id.*, IBID. (op. cit., loc. cit., col. 1367). De verbo ad verbum. — (42) *Glossa ordin.* (op. cit., t. VI. col. 265). Sunt verba BEDAE fere litteraliter resumpta. — (43) I *Cor.*, IX, 4. — (44) *Id.*, *ibid.* (loc. cit). — (45) I *Cor.*, IX, 15. — (46) *Glossa ordin.* (op. cit., loc. cit., col. 269). Ad litteram. — (47) *Id.*, *ibid.* (op. cit., loc. cit., t. VI, col. 191-192). — (48) MATTH., X, 10. — (49) LUCAE *Evang.*, X, 7. — (50) MATTH., X, 5. — (51) *Id.*, *ibid.*, X, 9-10. — (52) Locum non inveni. — (53) I *Thess.*, IV, 10-11.

QUAESTIO IX

Utrum laudabilius sit quod homo se habeat in prosperis quam in adversis.

Deinde circa pertinentia ad homines generaliter quaerebantur quaedam [1] pertinentia ad actus virtuosos quibus homo moraliter perficitur et quaedam pertinentia ad praecepta per quae ad faciendum bonum quantum ad affirmativa et ad declinandum a malo quantum ad negativa obligatur. Circa primum quaerebantur duo. Primum est utrum laudabilius sit quod

homo bene se habeat in prosperis quam in adversis. Secundum est utrum vivere de receptis ab aliis sit perfectionis moralis vel infirmitatis.

Ad primum arguitur quod laudabilius sit homini quod bene se habeat in prosperis, quia laudabilius est quod aliquis bene se habeat in eo quod magis est timendum quam in eo quod minus est timendum. Sed prospera magis sunt homini timenda quam adversa ; quia dicit **Boethius** (1) secundo *De Consolatione*, quod cum omnis fortuna sit timenda magis tamen prospera quam adversa [**Cod. V, fol. 221 V**[b]].

Contra. Magis est laudandus qui pro Deo plura patitur quam ille qui pauciora. Sed talis est qui bene se habet in adversis [2] respectu illius qui bene se habet in prosperis. Ergo. Et cetera [3].

Responsio. Dicendum quod large loquendo de bonis fortunae [4], sub bonis fortunae quae dicuntur prospera comprehenduntur exteriora bona, ut divitiae, honores et delectabilia. Item quaedam interiora, scilicet pulchritudo, fortitudo et sanitas corporalis et alia huiusmodi, quae [5] proprie dicuntur bona naturae [6]. Quae [7] autem sunt his contraria comprehenduntur sub malis fortunae et dicuntur adversa, et habent ista cum sunt in abundantia rationem extremorum quorum unum est bonum non moris sed commodum, aliud autem est malum etiam non moris vel culpae sed poenae ; quae sic se [8] habent ad virtutem quod utrumque est aliquo modo impeditivum virtutis. Et ideo utrumque est fugiendum. Et quia non est aliquid fugiendum [**Cod. R, fol. 224 V**[a]] nisi malum vel sub ratione mali, prospera autem non sunt mala secundum se quia nec culpae nec poenae, sed sunt mala in genere [**Cod. Q, fol 176 R**[b]] moris per accidens, in quantum scilicet impeditiva virtutis non per se et ex natura sua secundum se, sed in comparatione ad infirmitatem volentis agere virtuose ; adversa autem sunt mala secundum se, scilicet poenae et etiam sunt mala moris per accidens in quantum sunt impetiva virtutis etiam in comparatione ad infirmitatem volentis [9] agere virtuose ; ex hoc apparet quod adversa magis sunt fugienda tanquam magis mala quam prospera.

Cum ergo utrumque istorum extremorum sit fugiendum volenti vivere virtuose, quia aliquo modo possunt esse impeditiva virtutum vel usus ipsarum ; medium in istis est per se eligendum, prout dicitur *Proverbiis* (2), trigesimo : « Mendicitatem et divitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo [10] necessaria ne forte satiatus illiciar ad negandum et dicam quis est dominus et egestate compulsus furer et periurem nomen Dei mei. » Et sicut dicitur hoc circa materiam divitiarum, ita etiam est intelligendum in aliis quae ad prosperitatem et [11] eius contrarium [12] pertinent. Et secundum hoc etiam dicit **Philosophus** (3) quarto *Politicorum* quod bene fortuitorum [13] possessio quae media omnia [14] optima. Et hoc etiam ostendit per hoc quod illud secundum quod homo magis et facilius est natus oboedire rationi est melius ; sed mediocritas in talibus est huiusmodi, quia super-

pulchrum aut superforte [15] aut superingenuum aut superdives aut contraria his : superegenum aut superdebile aut valde vile difficile rationem sequi. Fiunt enim hi quidem iniuriosi et in magnis nequam magis ; hi autem astuti et in parvis nequam valde.

Sed considerandum quid horum difficilius et magis fugiendum. Et est dicendum quod loquendo de difficultate quae est ex parte operis quam per se respicit virtus quae est circa difficile, sic difficiliora sunt adversa [16] quam prospera et ideo unicuique secundum se magis fugienda. Et [17] ex hoc sequitur quod laudabilius est per se, quia virtuosius, quod aliquis bene se habeat in adversis [18]. Etenim magis vituperatur et minus est venia dignus qui male se habet in prosperis quam in adversis, quia quod aliquis male se habeat circa illa non est propter malum sive poenae sive culpae quod per se efficiant, sed solum per accidens ; et hoc in male disposito, in hoc quod caret non aliquo sibi inpossibili et non imputabili, sed aliquo sibi possibili et debiti inesse, quo habito facile sibi esset huiusmodi bonas fortunas bene ferre. Et ideo quoniam [19] respectu talium male se [20] habet, merito est culpandus, quia huiusmodi malum quod ex eis contingit oritur ex malitia sive mala dispositione habentis talia bona. Unde virtuoso facilius est quod bene se habeat in prosperis quam in adversis, quia per bonum virtutis faciliter talibus quae secundum se [Cod. V, fol. 222 Ra] sunt quaedam bona, potest bene uti ; sed non obstante bono virtutis, ita vere sunt adversa sibi mala quantum ad malum poenae, quia ipsum loedunt sicut sunt ipsi malo. Et sic patet quod difficultas quae contingit ad hoc quod aliquis bene se habeat in prosperis est ex infirmitate operantis, non ex parte ma- [Cod. R, fol. 224 Vb] teriae. Sed e contra [21], difficultas quae contingit ad hoc quod aliquis bene se habeat in adversis oritur ex parte materiae principaliter. Cum enim, ut dictum est, mediocritas, id est sufficientia in talibus sit per se quaerenda, et illud est id [22] secundum quod homo facilius bene se habet respectu talium bonorum, illud per quod magis receditur a tali medio simpliciter est peius et difficilius ad hoc quod homo bene se habeat circa illud. Sed per adversitatem totaliter tollitur illud medium secundum rem [Cod. Q, fol. 176 Va], tanquam per contrarium realiter. Per abundantiam non tollitur, quia abundantia alicuius boni illud bonum non tollit, sed includit cum additamento. Unde non se habet sicut contrarium vel privatio ad tale medium, sed sicut [23] magis sive maius ad minus. Maius malum autem est exclusio talis medii tali modo, scilicet per contrarietatem qua perimitur realiter, quam exclusio eius non secundum esse reale, sed quantum ad determinatum gradum et sub ratione praecisa medii propter appositionem ad illud alicuius gradus in quo gradus medius secundum rem etiam [24] continetur ; et ideo difficilius est bene se habere in adversis quam prosperis. Unde qui vult experiri virtutem alicuius et qui vult aliquem avertere ab aliquo cui firmiter inhaeret sive sit bonum sive malum, magis hoc facit per adversa quam prospera.

Item difficilius est bene se habere in his quae nata sunt virum perfectum a bono virtutis impedire et etiam a virtute deicere, et ad cuius tolerantiam perfectior virtus requiritur et ubi magis relucet excellentia virtutis, quam illa quae non sunt talia, sed magis sunt nata in pluribus iuvare virtuosum, ut quaedam instrumenta [25] bona per se in genere instrumentorum, prout autem dicit **Philosophus** (4) primo *Ethicorum* : perfectus in virtutibus fortunas feret optime ; multis autem factis secundum fortunam differentibus magnitudine et parvitate ; parva autem prosperitatum, similiter autem et oppositorum non faciunt mutationem vitae ; magna autem facta et multa facta quidem bene beatiorem vitam faciunt ; etenim cum decorare [26] nata sunt et usus eorum bonus et studiosus fit ; e converso autem facta tribulant et conturbant beatum ; tristitias enim inferunt et impediunt multis operationibus ; verumtamen et in his refulget bonum, quia utique feret quis faciliter et magna infortunia, non propter doloris insensibilitatem, sed virilis existens et magnanimus. **Commentator** (5) : in his bonum refulget, quando aliquis ex stabilitate in virtute fert magna infortunia.

Item infra in eodem [27], **Philosophus** (6) : felix non est facile transmutabilis a felicitate et virtute neque a contingentibus infortuniis, sed multis et magnis. Item quarto *Ethicorum* (7) : sine virtute non facile moderate ferre bonas fortunas. **Commentator** (8) : quoniam neque aegrotanti talia conferunt sana sed sano ; et sicut iustus omnibus bene utitur tam prosperis quam adversis, ita etiam iniustus male. Unde per prospera efficitur despector [28] et iniuriator, et cetera ; per adversa fur, mendax et blasphemus et cetera. Unde malo sunt mala omnia, et quae de natura sua mala sunt, scilicet adversa, et quae de se bona sunt, scilicet prospera. Propter quod dicit **Philosophus** (9) quinto *Ethicorum* : bona [**Cod. R, fol. 225 Ra**] circa quae fortunia [29] et infortunia [30] sunt simpliciter [**Cod. V, fol. 222 Rb**] semper bona ; alicui autem non semper.

Per praedicta patet quid dicendum est ad quaestionem ; quia simpliciter laudabilius est et magis virtuosum quod aliquis bene se habeat in adversitate quam in prosperitate. Et e converso, simpliciter vituperabilius et magis vitiosum est quod aliquis male se habeat in prosperitate quam in adversitate.

Si autem quaeratur quid est melius et eligibilius esse in adversis vel prosperis, dicendum quod, cum in adversis non sit aliquid per se bonum, non est ibi aliquid per se eligibile. In prosperis autem non est aliquid per se malum, ideo etiam illa per se non sunt fugienda. Si ergo aliquis sit bene dispositus secundum virtutes, cum ea quae secundum naturam suam sunt bona, sint ei etiam bona, scilicet prospera ; quia virtuose et bene illis utitur ; quae autem secundum naturam suam sunt mala, scilicet adversa, et [31] sunt ei mala [32] [**Cod. Q, fol. 176 Vb**] poenae, sed non sunt ei mala malitia moris ; nec etiam sunt ei bona per se bonitate moris, sed per accidens et per occa-

sionem, in quantum scilicet illa patienter sic tolerat quod non recedit a bono virtutis, magis bonum est simpliciter et [33] magis eligibile viro iusto esse in prosperis quam in adversis.

Sed si arguitur quod laudabilius est quod aliquis [34] bene se habeat in adversis et sic est melius et virtuosius, ergo magis eligendum, dicendum quod illud quod de se est melius et laudabilius est eligibilius quam illud quod non est tale ; sed non oportet quod illud quod per accidens et ex bonitate agentis est melius ipsi agenti sit eligibilius. Et ideo talia bona, quae scilicet non sunt bona secundum se, sed sic per accidens, non sunt eligenda : immo secundum se debent esse involuntaria. Patientia enim non videtur habere locum nisi in his quae contingunt involuntarie et non in his quae per se cadunt sub electione. Unde non est per se eligendum iusto quod habeat adversa, alioquin cum illa posset in se ipso efficere, hoc deberet facere. Immo [35] etiam ipsam mortem et quae illius sunt inductiva, scilicet infirmitates, et cetera, quilibet iustus deberet sibi inferre [36] ; quod est falsum. Quia qui talia faceret non exhiberet obsequium rationabile Deo, quod tamen praecipitur [37] *Romanorum* (10) duodecimo. Sed debet velle et eligere quod si involuntarie contingant quod sic permaneat in vigore virtutis quod resistere possit.

Veruntamen quia in adversitatibus virtus probatur et elucescit et est adversitas materia exercendae et augmentandae et manifestandae virtutis, quod contingit quia, ut dictum est, difficilius est in adversitate bene se habere, et ideo virtuosius et laudabilius [38] et secundum hoc etiam melius, cum sic contingit, pro tanto etiam est adversa fortuna viro iusto utilior, quia ei provenirent ista bona per accidens ut ad ipsa adversa referuntur quae nullum bonum important, et ex suppositione, scilicet quod iustus in illis viriliter persistat. Sed propter hoc non debet dici quod iustus talia debeat eligere. Et exponendum est illud **Iacobi** (11) primo : « Omne gaudium existimate, fratres », et cetera ; « quoniam probatio [39] fidei nostrae [40] », id est tribulatio fidem nostram [41] probans, si voluntarie sustinetur, « patientiam operatur », id est exercet et ostendit. « Patientia autem opus perfectum habet » [**Cod. R, fol. 225 R^b**] ; quia per hoc non debet argui quod eligendum sit et appetendum secundum se quod tentationes per adversitates incidant secundum se et absolute, sed ex suppositione eius quod sequitur, scilicet quod vir iustus in illis perfecte se habeat. Quod tamen, quia est dubium et incertum, non debet quis talia per se appetere. Si autem haec [42] ad iniustum referantur, cum nihil sit iniusto existenti iniusto [43] eligendum tanquam bonum de genere moris, nec bonum est ei habere prospera nec ad- [**Cod. V, fol. 222 V^a**] versa ; sed omnia sunt ei mala in genere moris, quia illis male utitur et in illis male se habet. Unde dicit **Philosophus** (12) quinto *Ethicorum*, quod nulla particula bonorum, scilicet fortunae utilis insanabilibus et valde malis, sed omnia eis nocent. Quibusdam autem non est superabundantia circa talia, sed semper optime utuntur talibus bonis, sicut contingit homi-

nibus divinis, id est perfectis in virtute ; quibusdam vero non omnia nocent, sed usque ad aliquem terminum determinatum.

Si ergo quaeratur quid est malo [44] melius et utilius [45], potest dici quod ipso in tali statu existente melius, id est minus malum et utilius est esse in statu adversitatis, non quidem, ut dictum est, per se, sed per accidens [46], in quantum scilicet per adversa occasionaliter potest habere incitamenta recedendi ad bonum virtutis, et in prosperis [**Cod. Q, fol. 177 R^a^**] habet allicitiva ad persistendum in malitia ; et sic sicut melius est [47] eligibilius simpliciter vinum quam absinthium, tamen aegrotanti absinthium [48] potest [49] esse melius. Ita etiam in proposito, sano mente melius et magis eligendum est habere prospera quam adversa ; habenti autem animum aegrotum melius sive utilius est habere adversa. Et haec videtur intentio **Boethii** (13) in secundo libro *De Consolatione* unde sumptum fuit unum argumentum. Non enim dicit ibi quod magis timenda sit fortuna prospera quam adversa ; sed sic dicit (13) ibi : « plus hominibus reor [50] prodesse fortunam adversam quam [51] prosperam [52] ». Et hoc sic declarat, « illa sub spe [53] felicitatis, cum videtur blanda mentitur, haec vero semper vera est, cum se instabilem mutatione demonstrat [54] illa saepe fallit, ista instruit, itaque videas illam semper sui ignaram, hanc ipsius adversitatis exhortatione prudentem [55] porro illa blanditiis a vero bono devios abstrahit adversa plerumque ad vera bona reducit ». Per ista enim patet quod in quantum prospera nata sunt allicere animum praecipue infirmum ut illis insistat per amorem fruendo et sic obliviscitur verorum et perfectorum bonorum, quasi reputans se frui optimis bonis, non potest autem sanari nisi per conversionem intellectus ad vera bona a quibus prospera sic avertunt [56], quod nec homo de talibus vult cogitare secundum illud **Iob** (14), vigesimo primo : « quare impii vivunt, sublimati sunt, confortatique divitiis ». Et multis et magnis bonis fortunae enumeratis, sequitur : ducunt in bonis dies suos et in peccato [57] ad [58] inferna descendunt qui dixerunt Deo : recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus » ; et cetera. Ideo sic prospera [59] sunt mala per occasionem, e converso vero quia in adversis non invenit aliquis bonum propter quod in ipsis sistere debeat, sed magis excitatur [60] ad cogitandum quod alia sunt bona maiora et magis sta [**Cod. R, fol. 225 V^a^**] bilia quam sint bona fortunae quibus contraria sunt adversa et recognoscit suam indigentiam et inducitur ad [61] humiliationem propter quae indiget adiutorio ad quod est recurrendum, ex hoc habet excitationem ut ad bonum revertatur secundum illud **Psaltis** (15) multiplicatae sunt infirmitates eorum ; postea acceleraverunt.

Per praedicta patet responsio ad obiecta.

[1] quaedamn 1^a^ *m.* Q *in* quaedam *corr.* 2^a^ *m.* Q. — [2] res *add.* Q. — [3] ergo et cetera] *om.* 1^a^ *m.* V ; *add. in marg.* 2^a^ *m.* V. — [4] large — fortunae] *om.* 1^a^ *m.* V ; *add. in marg.* 2^a^ *m.* V. — [5] tamen *add.* RQ. — [6] vere V ; vera Q. — [7] proprie — quae] *om.* 1^a^ *m.* V ;

add. in marg. 2ª *m.* V. — [8] *om.* Q. — [9] agentis 1ae *m.* R *in* volens *corr. in marg.* 2ª *m.* R. — [10] modo R. — [11] et *add.* RQ. — [12] et eius contrarium] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [13] fortuitotorum R. — [14] omnium RQ. — [15] unt — forte] *om.* Q. — [16] advi sa 1ae *m.* Q *in* adversa *corr.* 2ª *m.* Q. — [17] *om.* Q. — [18] diversis 1ae *m.* Q *in* adversis *corr.* 2ª *m.* Q. — [19] qui R. — [20] *om.* Q. — [21] e contra] e converso R. — [22] illud Q. — [23] sic Q. — [24] *om.* 1ª *m.* Q ; *suprascrips. alia m.* Q. — [25] iustra Q. — [26] cum decorare] concordare R. — [27] pars *add.* Q ; *deinde del.* — [28] despictor R. — [29] fortuna RQ. — [30] infortunum Q ; infortunium R. — [31] etiam Q. — [32] sunt ei mala] ei sunt mala Q. — [33] magis — et] *om.* Q. — [34] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [35] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [36] talia *add.* V. — [37] deo *add.* Q ; *postea del.* — [38] laubidabilius 1ae *m.* Q *in* laudabilius *corr.* 2ª *m.* Q. — [39] pro bono V. — [40] vestrae Q. — [41] vestram Q. — [42] hoc R. — [43] iusto V. — [44] est malo] eis 1ae *m.* V *in* est *corr.* 2ª *m.* V *et* malo *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [45] malo — utilius] melius et utilius est malo RQ. — [46] in quantum sed per accidens *add.* Q. — [47] eligendum 1ae *m.* Q *in* accidens *corr.* 2ª *m.* Q. — [48] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [49] absinthium potest] potest absinthium RQ. — [50] res Q ; reor *suprascrips. alia m.* Q. — [51] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [52] prospera R. [53] illa sub spe] sub illa spe R ; — [54] deiurant RQ. — [55] puro *add.* Q ; *postea del.* — [56] avertant V. — [57] puncto RQ. — [58] in Q. — [59] sic prospera] prospera sic Q ; prospera sicut R. — [60] exitatur Q. — [61] inducitur ad] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª m. V.

(1) Cfr Boethius, *De Consolatione Philosophiae*. l. II, Prosa VIII (PL., t. 63, col. 717). — (2) *Prov.*, XXX, 8-9. — (3) Aristotelis *Politica*, Δ, 11 (Bekker, II, 1295, a). — (4) Aristotelis *Ethica Nicomachea*, A, 11 (II, 1101, a). — (5) Averrois, *Ethica Nicom.*, I, c. 10 (vol. 3, fol. 14 Va). — (6) Aristotelis *Ethica Nicomachea*, A, 11 (II, 1101, a). — (7) Id. *ibid.*, Δ, 8 (II, 1124, a). — (8) Locum non inveni. — (9) Aristotelis *Ethica Nicomachea*, E, 2 (II, 1129, a). — (10) *Rom.*, XII, 1. — (11) Lac., I, 2-4. — (12) Aristotelis *Ethica Nicomachea*, E, 13 (II, 1137, a). — (13) Boethius, *De Consolatione Philosophiae*, l. II, Prosa VIII (PL., t. 63, col. 716-717). Fere litteraliter. — (14) Iob, XXI, 7, 13, 14, 15. — (15) *Psalm.* XV, 4.

QUAESTIO X

Utrum vivere de receptis ab aliis sit perfectionis moralis vel infirmitatis.

Deinde ad secundum arguitur et ostenditur quod vivere de bonis receptis ab aliis non sit infirmitatis moralis, sed magis perfectionis. Quia quod est perfectiorum secundum quod sunt perfecti non est infirmitatis sed perfectionis. Sed vivere de bonis ab aliis receptis est perfectiorum secundum quod sunt perfecti. Ergo. Et caetera. Maior patet. Minor probatur : quia vivere de bonis ab aliis receptis est illorum qui omnia reliquerunt [**Cod. V, fol. 222 V^b**] propter Deum nihil sibi retinendo ; nam, cum a se nihil habeant

et eos vivere oportet, necesse habent ab aliis recipere. Sed tales in quantum huiusmodi sunt perfecti quia sunt pauperes paupertatc evangelica quae per se ad perfectionem pertinet, secundum [**Cod. P, fol. 325 V**[b]] illud **Matthaei** (1), decimo nono : Si vis perfectus esse ; et caetera.

Praeterea inter pauperes evangclicos illi qui [1] perfectius observant paupertatem evangelicam sunt talis condicionis quod in bonis quibuscumque [2] utuntur, nullum ius habere possunt ; et sic oportet quod non solum sint ab aliis recepta, sed etiam quod semper manent aliorum bona. Si ergo vivere de bonis ab aliis receptis est infirmitatis vel imperfectionis, tales inter alios pauperes evangelicos essent imperfectiores [**Cod. Q, fol. 177 R**[b]]. Hoc autem est inconveniens. Ergo. Et caetera.

Praeterea si vivere de receptis ab aliis esset imperfectionis vel infirmitatis moralis, nullus homo esset perfectus, quia illi qui magis videntur esse perfecti magis vivunt de receptis ab aliis, puta : clerici et religiosi. Hoc autem est inconveniens. Ergo. Et caetera.

Contra. Illud quod Christus fecit gerens personam infirmorum est infirmitatis. Sed Christus habuit loculos in quibus reponebantur quae ab aliis recipiebantur, ut dicit **Augustinus** (2) *super Psaltes* [3] et *super* **Iohannem**, in hoc gerens personam infirmorum. Ergo. Et caetera.

Responsio. Dicendum quod infirmitas vel imperfectio potest accipi negative vel privative. Negative, prout scilicet per negationem quam isti termini important, excluditur et negatur perfectio quaecumque simpliciter et absolute. Secundum hoc autem manifestum est quod omnis creatura est infirma vel imperfecta respectu Dei qui solus est omnino perfectus ; et sic etiam una creatura minus perfecta est infirma vel imperfecta respectu alterius perfectioris ; sic enim materialia sunt imperfecta respectu separatorum ; et infirmitatis vel imperfectionis est in homine quod habet materiam respectu angeli qui non habet. Hoc modo loquendo de imperfectione vel infirmitate, constat quod vivere vita [4] animali quae indiget [**Cod. P, fol. 326 R**[a]] cibo est infirmitatis et imperfectionis respectu vitae angelicae. Item quod aliquis in his quae sibi sunt necessaria sibi per se non sufficit, est hoc modo infirmitatis et imperfectionis.

Privative vero accipitur infirmitas vel imperfectio dupliciter : uno modo largius, prout scilicet negatio excludit et negat perfectionem non quamcumque sed natam inesse ; et sic imperfectum vel [**Cod. R, fol. 225 V**[b]] infirmum dicitur esse quod caret perfectione quam posset habere. Et potest hoc esse sine vitio et peccato et in materialibus, quia absque vitio naturae est quod agens producat effectum cui nihil [5] deficit de his quae ad perfectionem eius pertinent in natura sua, licet non habeat illa in gradu ita perfecto [6] sicut est possibile in natura suae speciei ; sicut unus pater [7] potest generare duos filios omnia naturalia habentes quorum tamen unus est fortior, pulchrior, ingeniosior, et caetera ; et unus artifex duo artificialia tali modo se habentia.

Similiter etiam est intelligendum in moralibus. Quia licet status perfectior [8] sit status religiosorum quam saecularium, absque vitio tamen vel peccato in moribus potest quis esse bonus saecularis licet non habeat perfectionem religiosi.

Strictius dicitur infirmitas vel imperfectio privative [9] secundum quod negatio excludit perfectionem natam et debitam secundum naturam speciei inesse ; et sic infirmitas non est sine vitio ; ut [10] in naturalibus esse caecum. claudum et sic de aliis ; et in moralibus agere aliquid contra rectam rationem quae est regula in operationibus et ideo omnis actus discordans ab illa est vitiosus.

Cum ergo quaeritur utrum vivere de bonis ab aliis receptis sit infirmitas vel imperfectio in genere moris, est intelligendum quod sicut Deus qui est perfectissimus in genere entium quia nullius indigens et a nullo dependens : e converso omnis creatura respectu [**Cod. V, fol. 223 Rª**] eius est infirma vel imperfecta, ita etiam creatura [**Cod. P, fol. 326 Rᵇ**] quanto [11] minus est [12] indigens et independens ab alia et sibi per se sufficiens, tanto est perfectior in genere naturae [13] quantum ad ea quae ad esse naturae pertinent, et in genere moris quantum ad ea quae ad agibilia spectant et voluntati ac potestati hominis subsunt. Qui ergo quantum ad ea quae ad necessitatem vitae pertinent sic sibi providet in illis, quod [14] minus in hoc dependet ab aliis. sed illa habet magis a se ipso vel per se ipsum, in hoc perfectius [15] agit. In talibus autem sic a se habitis, talis [**Cod. Q, fol. 177 Vª**] nobiliori modo videtur ius habere et talia nobiliori modo [16] videntur esse sua quam quae aliquis ab aliis sic habet quod non est sic et in tantum cum causa. Ab alio autem potest dici aliquis habere aliquid pluribus modis, scilicet : ex successione iure haereditario, sicut haeres legitimus a patre ; item ex contractu emptionis secundum quod unus habet rem aliquam pro qua dedit aequivalentem vel propter opus vel servitium [17] impensum. vel ratione rei locatae vel huiusmodi ; item ex donatione libera et gratuita. Quia ergo in omnibus istis modis, ille qui recipit aliquid quod fuit alterius ex libera donatione ex se ipso minus iuris habet in eo quod sic recipit, quia nec ille qui dat ei in aliquo tenebatur, ideo inter [18] omnes modos videtur ille secundum se minus laudabilis. Qui enim habet rem aliquam [19] ex successione iuris [20] haereditarii quodam modo habet suum et sibi debitum, quia illud quod fuit patris in quo fuit filius in virtute et ipse pater etiam virtute remanet in filio et sic pater et filius et ita consequenter omnes secundum successionem respectu talium bonorum sunt quasi una persona et omnes in [**Cod. R, fol. 226 Rª**] illis ratione naturalis propaginis ius habent. Unde in talibus quilibet recipit quod suum est et quod iure sibi debitum est. In aliis etiam modis patet quod qui recipit ab alio in eo quod recipit ex se ius habet. quia tantum [**Cod. P, fol. 326 Vª**] dat quantum recipit et ex pacto. Sed in donatione libera non est ita ; quia donans non recipit aliquid a donatorio et secundum hoc vivere

de bonis ab aliis receptis donatione libera [22] secundum se est imperfectionis et infirmitatis in genere moris respectu aliorum modorum praenominatorum, quantum est ex parte modi habendi vel acquirendi talia bona de quibus homines vivunt. Sed in hoc non comparo viventes de bonis temporalibus ad invicem secundum modum habendi ius in receptis [23] cum illa habent, utrum scilicet perfectius sit habere ius vel non habere ius [24] in talibus bonis quia qualitercumque res se habeat, in hoc videtur tamen esse tenendum quod perfectius est aliquem vivere de aliquo sibi debito de iure et in quo alius sibi debitor existat quam de eo in quo non habet aliquid iuris sive in quo alius in nullo est sibi obligatus. Et hoc patet per ea quae supra dicta sunt per **Apostolum** (3), *prima Corinthiorum*, nono [25]. Immo etiam in hoc aliquo modo gloriari videntur et non male [26] religiosi mendicantes qui fidelibus bona spiritualia per praedicationem et aliis modis exhibent quod vivunt de his quae recipiunt ab his quibus [27] exhibent talia spiritualia, licet non ex debito officii saltem ex affectu caritatis, quia in [28] hoc non manducant [29] panem aliorum otiosi nec omnino gratuitum, sed aliquo modo eis debitum ex vinculo et quadam obligatione decentiae et honestatis. Et in hoc etiam modo praedicto gloriantur [30] hi qui licet sic sunt pauperes quod in receptis sibi ius et proprietatem non vendicant [31] sicut et alii tamen faciunt et exhibent fidelibus talia [32] propter quae dignum est quod eis [33] huiusmodi temporalia ministrentur [34] eo modo quo illorum sunt capa- [**Cod. V, fol. 223 V^b**] ces. Et [35] in hoc etiam non manducant [36] omnino [37] otiosi panem aliorum.

Sed ulterius est considerandum quod tales religiosi ex his quae agunt non sic [**Cod. P, fol. 326 V^b**] acquirunt sibi ius proprie dictum, sicut praelati qui hoc ex officio suo faciunt ratione cuius [38], ut supra dictum est, sunt subditis obligati ; et e converso. Propter quod vivere de sic receptis ab aliis, sicut tales religiosi recipiunt, est imperfectionis et infirmitatis respectu modi quo praelati vivunt [**Cod. Q, fol. 177 V^b**] de receptis ab aliis.

Est etiam circa hoc ulterius intelligendum quod sicut dare aliquid [39] liberaliter ei cui dans non tenetur nec est [40] de iure obligatus, est perfectionis respectu eius quod est recipere aliquid ab eo qui ei est obligatus. Ita etiam non recipere illud ad [41] quod alius est obligatus [42] est perfectionis respectu eius quod est recipere illud, quia qui sibi debitum non recipit vel remittit donare indebitum intelligitur. Et quia in his quae alicui dantur ab aliis [43] datum [44] efficitur eius cui [45] datur quantum est [46] ex parte dantis per consensum et voluntatem ipsius secundum quod liberior et magis gratuitus [47] est huiusmodi consensus in donando secundum hoc etiam perfectiori et eminentiori [**Cod. R, fol. 226 R^b**] modo ius acquiritur donatario. Cum autem aliquis dat aliquid non exactus vel rogatus, intelligitur illud dare magis libere et gratuite quam si illud det exactus vel rogatus praecipue cum aliqua instantia vel importunitate. Nam per praedicta aliquo modo involuntarie plures inducuntur ad dandum. Ideo vivere de alienis ab aliis quaesitis vel mendi-

catis in quantum huiusmodi est imperfectionis et infirmitatis respectu modi quo vivunt aliqui de bonis omnino gratuite oblatis.

Ad evidentiam ergo quaestionis est intelligendum quod inter modos habendi necessaria ad vitam ille modus est perfectior quo quis habens ius illa recipiendi ab aliis ita quod alii de iure negare non possunt, illa non recipit, sed remittit et acquirit sibi necessaria labore [48] manuum, quia in hoc supererogare dicitur [Cod. P, fol. 327 R^a^] et indebitum donare: vivere vero de talibus quae sic alicui [49] debentur si vitae necessaria aliter [50] possint [51] haberi [52], scilicet de labore, est infirmitatis moralis non quae sit vitiosa, sed quae est quidam defectus alicuius maioris perfectionis. Loquendo ergo de modis vivendi personarum perfectarum, scilicet ecclesiasticarum, quae sunt in statu perfectionis respectu saecularium, quae quidem personae ecclesiasticae communiter omnes vivunt de bonis ab aliis receptis et quae debent in spiritualibus bonis ad utilitatem populi occupari, quantum ad modum illa acquirendi vel recipiendi, est intelligendum quod quidam vivunt sic de bonis illis quod ea possunt exigere et recipere tanquam sua de iure proprie dicto eis debita: et sic vivunt praelati et ministri Ecclesiae in officiis necessariis ad salutem populi deputati; quidam autem sic quod licet non habent ius in talibus antequam eis donentur, ut scilicet illa de iure possint exigere vel recipere [53], illa tamen nec petunt nec exigunt, sed eis pure liberaliter et gratuite offeruntur: alii autem sic vivunt quod talia in quibus ius praedictum non habent, petunt de gratia humiliter mendicando. Item sunt vel possunt esse alii qui, licet multa bona spiritualia aliis impendant [54] sic tamen gratuite quod ad hoc ex officio non sunt adstricti vel obligati, nihil tamen ab eis petunt vel exigunt. Item sunt vel esse possunt alii qui, propter spiritualia quae impendunt aliis, habent ius exigendi et recipiendi necessaria vitae ab illis, tamen nec petunt [Cod. V, fol. 223 V^a^] nec recipiunt.

Et dicendum quod licet nullus istorum sic agendo [55] faciat aliquid imperfectionis et infirmitatis moralis vitiose tamen omnes respectu ultimorum faciunt id quod est infirmitatis vel imperfectionis modo praedicto, in quantum sic agendo deficiunt a quodam gradu [Cod. P, fol. 327 R^b^] perfectiori.

Et inter omnes hi qui non habentes in illis ius nihilominus illa petunt et exigunt, secundum hoc per se faciunt id quod est maioris infirmitatis. Non nego tamen quin in sic recipiendo necessaria mendicando possint [56] aliqua esse annexa [Cod. Q, fol. 178 R^a^] quae cooperantur [57] saltem per accidens ad bonum viritutis, scilicet verecundia et humiliatio exterior et aliqua alia huiusmodi. Supponendum est [Cod. R, fol. 226 V^a^] tamen [58] in omnibus praedictis quod ad hoc quod recipiens ab aliis necessaria vitae in hoc faciat aliquid imperfectionis vel infirmitatis quod illa possit acquirere alio modo absque detrimento perfectionis et utilitatis spiritualis: illi vero inter praedictos qui habent ius et ideo illa exigunt et recipiunt, faciunt id quod est minoris infirmitatis.

Et secundum praemissa, est intelligendum quod Paulus dicitur [59] perfectius egisse quam alii apostoli et alii apostoli [60] dicuntur fuisse aliquo modo infirmi moraliter respectu Pauli, in quantum scilicet alii recipiebant sumptus ab his quibus evangelizabant [61] habentes tamen ius exigendi et recipiendi. Paulus tamen aliquando hoc [62] non fecit ; et ideo dicitur supererogasse in quantum scilicet debitum non recepit sed remisit et sic de suo et sibi debito supererogavit. Et ex hoc patet quod illud infirmitatis et imperfectionis quod per se intelligitur in loculis non est tam [63] ex reservatione eorum quae ibi erant sed magis [64] ex hoc quod illa ab aliis recipiebantur et non labore manuum acquirebantur, prout patet per **Augustinum** super Psalmos et [65] super Johannem. Sic enim dicit **Augustinus** [66] (4), *Super Psalmum centesimum tertium* : Dominus loculos habuit in usus eorum qui cum eo erant et suos et mulieres religiosas in comitatu quae ministrabant ei de substantia sua, in his infirmorum personam magis suscipiens. Praevidit enim multos [**Cod. P, fol. 327 V**a] infirmos futuros [67] ista quaesituros etiam [68] licet Paulus talia a suis non quaereret quibus praebuit exemplum, id est licentiam non praeceptum necessaria sumendi a subditis.

Et ex hoc etiam patet quod religiosi qui vivunt de his quae ab aliis petunt quantum ad hoc comprehenduntur sub imperfectis quorum personam Christus gessit in habendo loculos, etiam si ius non habeant [69] in receptis. Si enim non esset imperfectionis [70] ab alio recipere, sed solum ius in [71] recepto habere, tunc secundum illos qui dicunt quod nec Christus nec apostoli ius habuerunt in [72] his quae in loculis erant, quia perfectio eorum [73] hoc non patiebatur, nullo modo deberet dici hoc factum de genere suo fuisse alicuius infirmitatis vel imperfectionis ; quin immo nisi ipsum vivere de bonis alienis etiam si non reserventur ad tempus sit illud imperfectionis quod in dictis loculis intelligitur, tunc non diceretur fuisse infirmitatis et imperfectionis quod Christus et discipuli vivebant de bonis quae ministrabant eis [74] mulieres quae ipsos sequebantur, cum tamen hoc sub eadem imperfectione ab **Augustino** (5) reponatur [75], ut patet in locis praedictis. Est tamen circa dictos loculos quantum ad illa quae in ipsis [76] reponebantur et conservabantur per aliquantulum temporis, intelligendum quod sicut infirmitatis fuit illa recipere si commode et convenienter possibile fuisset secundum condicionem illius temporis et personarum aliter, scilicet labore manuum necessaria acquirere, ita etiam [77] quantum ad reservationem infirmitatis fuit illa reservare si probabiliter apparebat quod modo [**Cod. V, fol. 223 V**b] convenienti absque talium reservatione pro alio [78] tempore sequenti haberi poterant vitae necessaria. Sed licet recipere necessaria [79] ab alio [80] ex natura sua secundum se et absolute sit infirmita- [**Cod. P, fol. 327 V**b] tis et imperfectionis, quia tamen hoc intelligitur quando possunt aliter modo convenienti, scilicet labore manuum acquiri absque detrimento in maiori bono. Si autem [81] hoc non contingat, tunc recipere [82] ab alio et maxime illi qui in

recepto ius habet in casu cum non potest commode et convenienter manibus laborare aut cum ex hoc maius bonum impediretur non esset in hoc [83] aliqua [Cod. Q, fol. 178 R^b] in- [Cod. R, fol. 226 V^b] firmitas vel imperfectio moralis privativa ipsi [84] sic agenti, quia tunc non esset carentia perfectionis quae pro illo tempore nata esset inesse sicut contingit in illo qui omnino impotens est ad laborandum quod absque aliqua infirmitate vel imperfectione morali recipit ab alio licet recipere secundum se modo praedicto aliquid imperfectionis et infirmitatis importet.

Similiter etiam si pro tempore illo [85] non apparebat probabiliter quod pro tempore futuro posset habentibus loculos [86] convenienter provideri de necessariis aliter quam de illis quae [87] in loculis reservabant, licet reservare secundum se et absolute aliquid infirmitatis importet, non tamen reservare tali modo. Et videtur esse supponendum quod Christus qui fuit perfectissimus in vita talibus condicionibus concurrentibus ab aliis recepit et recepta conservavit, et ita in facto Christi [88] circumstancionato [89] nec fuit [90] imperfectio in comparatione ad facientem [91] nec fuit exemplum infirmitatis vel imperfectionis aliis post ipsum futuris in consimilibus casibus [92], scilicet huiusmodi condicionibus concurrentibus quas puto fuisse in facto Christi. Sed verum est quod et ipsum recipere et ipsum conservare de genere suo sunt aliquo modo infirmitatis et imperfectionis : et ideo secundum hoc Christus fecit [93] aliquid imperfectum secundum genus suum et secundum substantiam facti et in hoc etiam exemplum imperfectionis et infirmitatis [94] dedit talibus [Cod. P, fol. 328 R^a] qui non existentibus dictis condicionibus in recipiendo et conservando [95] nihilominus illa faciunt. Unde cum etiam Paulus aliquando recepisset, quia non expediebat eum [96] pro tunc laborare, opus imperfectionis de genere suo et secundum se faciebat ; sed tamen sic circumstancionatum pro tunc non erat imperfectum vel infirmum si etiam aliquando de [97] receptis ex [98] lucro aliquid reservasset in crastinum videns quod tunc alias non posset convenienter habere necessaria. Similiter ipsum conservare, licet secundum se aliquo modo fuisset imperfectum, non tamen [99] sic circumstancionatum. Et potest esse quod si Paulus fuisset in societate Christi quod ipse etiam non laborasset tunc manibus, nec propter hoc omisisset aliquid perfectionis propter praedictas circumstancias et condiciones. Nunc autem tota infirmitas et imperfectio quae secundum A u g u s t i n u m (6) ponitur circa loculos Christi, ponitur in comparatione ad Paulum. Per praedicta patet quomodo vivere de bonis ab aliis receptis est infirmitatis et imperfectionis et quomodo non est ita.

Cum arguitur quod est simpliciter perfectionis et non infirmitatis, quia pertinet ad illos qui sunt perfecti ratione paupertatis quae ad perfectionem per se dicitur pertinere [100], et cetera : dicendum quod de ista perfectione [101] paupertatis, sicut alias (7) dictum est, videtur esse tenendum quod ipsa paupertas in quantum dicit nudam abiectionem [102] et abdicationem bono-

rum temporalium [103] non potest esse bona nec ad perfectionem pertinens. Quia cum ut sic non dicat nisi meram privationem, tunc omnis privatio per se esset bona. Nec etiam est bona sicut privationes [**Cod. V, fol. 224 R**[a]] quae privant ea quae per se sunt mala et in hoc sunt etiam [104] ipsae privationes tales per se bonae sicut verae positiones quas per se includunt, sicut privatio infirmitatis est per se bonum corporale, quia non privatur nisi per contrarium quod est per se bonum ; et privatio vi- [**Cod. P, fol. 328 R**[b]] tii quae includit positionem virtutis. Privatio vero [105] bonorum temporalium non est alicuius quod sit per se malum ; immo magis est bonum secundum se, malum autem [**Cod. R, fol. 227 R**[a]] per accidens, in quantum potest esse per occasionem alicuius boni impeditivum [106] ; et secundum hoc privatio talium non est bona nisi per accidens, in quantum scilicet removet impeditivum [107] alicuius boni modo praedicto.

Ex hoc tamen non debet argui quod paupertas evangelica etiam non sit bonum nisi per accidens, quia paupertas evangelica [108] non dicit solum privationem nudam talium bonorum, sed includit finem bonum propter quem debet talis [109] privatio esse volita et assumpta. Unde quando Dominus [110] dedit consilium de paupertate (8) non dixit solum : Vende [**Cod. Q, fol. 178 V**[a]] omnia ; hoc enim secundum se non est aliquod [111] bonum nec aliquod [112] bonum includit et etiam [113] posset fieri ad malum finem et mala intentione et etiam [114] intentione minoris boni et finis quam sit finis quem docet Evangelium ; prout Socrates abiecit divitias ut liberius vacaret contemplationi homini [115] possibili ex naturalibus. Sed adiungit Christus finem evangelicum, propter quem consulit [116] talem abiectionem dicens : et veni [117] sequere me. Et quia sequi Christum et ei perfecte inhaerere est bonum perfectum, ideo etiam sic abicere temporalia propter hanc sequelam et adhaesionem est etiam [118] bonum et perfectum non solum per accidens, sed etiam per se ; cum includat illud quod est per se bonum ; et sic licet paupertas ut dicit nudam abdicationem non sit aliquod bonum per se sed magis est malum quoddam per se non culpae sed poenae, scilicet malum damni, et ut sic est solum aliquod bonum per accidens, hoc totum tamen [119] paupertas evangelica quae illa duo, scilicet et ipsam abdicationem et finem propter quem fit includit, est aliquod bonum per se et ad perfectionem per se faciens vel pertinens [120], ita tamen quod ista propositio : paupertas evangelica [**Cod. P, fol. 328 V**[a]] secundum quod evangelica [121] sive propter Deum perfectius sequendum voluntarie assumpta est per se bona et per se ad perfectionem pertinens, potest habere duplicem sensum ; quia potest fieri reduplicatio sub hac forma : paupertas evangelica sive assumpta propter Deum secundum quod est paupertas sive carentia vel privatio bonorum temporalium est per se bona et per se facit ad [122] perfectionem ; sic est propositio falsa [123], quia sic solum facit ad perfectionem per accidens. Si autem sic fiat [124] reduplicatio : paupertas evangelica sive voluntarie assumpta propter Deum, in quantum

voluntarie est assumpta propter Deum [125], est per se bona et facit per se ad perfectionem, — sic est vera.

Cum arguitur ulterius quod tales cum secundum quod tales sint perfecti et secundum quod sic perfecti habent vivere de receptis ab aliis et specialiter qui summe sunt perfecti inter illos, qui scilicet nihil habent iuris in his quibus utuntur, vivunt potissime de bonis alienis, cum nullo modo possint vivere de talibus quae possint [126] dici sua, dicendum quod non est de ratione perfectionis [Cod. V, fol. 224 R^b] istorum quod vivant de receptis ab aliis eo modo quo hoc ad infirmitatem pertinet, cum alias possunt [127] convenienter acquirere necessaria vitae labore [128] manuum, sicut fecit Paulus. Hoc tamen verum est quod si huiusmodi laborem omittentes vivunt de receptis ab aliis, faciunt opus quod de genere suo simpliciter et absolute est opus infirmitatis et si huiusmodi laborem omittunt nisi in casu in quo per talem laborem maiora bona spiritualia impedirentur, est etiam ipsis sic viventibus opus infirmitatis et sic viventes vere sunt de numero illorum infirmorum quorum Christus personam gessit in usu loculorum. Si autem huiusmodi laborem omittant vivendo de his quae ab aliis petunt et recipiunt [Cod. P, fol. 328 V^b] in casu in quo maiora bona spiritu- [Cod. R, fol. 227 R^b] alia impedirentur, licet faciant opus quod de genere suo est opus [129] infirmitatis, tamen ipsis in tali casu non est opus infirmitatis [130] nec ipsi in hoc [131] sunt infirmi.

Quando dicitur quod immo etiam [132] de acquisitis labore manuum suarum vivant, nihilominus de receptis ab aliis sive de [133] bonis alienis vivunt, quia in illis nullum ius habere possunt, dicendum quod pro tanto dicuntur aliqui vivere de loculis et in hoc facere opus infirmitatis quod, licet ratione evangelii quod annuntiant et praecipue quia ex officio suo ad hoc sunt obligati [134], ius habeant in bonis temporalibus subditorum. Quia tamen [135] iure suo utentes et nihil ultra gratuite impendentes cum possent [136], recipiunt carnalia quasi pro spiritualibus quod est aliquid imperfectum respectu illius qui huic [Cod. Q, fol. 178 V^b] iuri [137] suo quantum ad usum cedens debitum huiusmodi remitteret vivendo de bonis suo labore [138] acquisitis.

Sed dicetur [139] quod secundum hoc etiam vivens de labore facit opus infirmum, quia ratione laboris impensi recipit pretium [140], et in hoc etiam nihil ultra [141] impendit, quia pretium debitum non remittit [142]. Non minus vere autem [143] debitum est [144] quod dentur temporalia ministrantibus spiritualia quam quod detur unum temporale pro alio temporali. Ergo non magis debet dici opus infirmum ex parte una quam ex [145] alia [146], dicendum quod licet praetium [147] recipiens [148] pro labore corporali vel temporali [149] nihil ultra impendat, quia tamen bonum quod consequitur aliquis ex labore sibi impenso est quasi eiusdem generis cum pretio ipsius quia utrumque censetur [150] temporale, dans pretium pro labore in nulla re damnum vel detrimentum patitur, quia de re eiusdem generis tantum recipit quantum donat, sicut contingit in contractu emptionis et venditionis. Et ideo non potest hoc importare opus quod

de suo genere sic sit infirmum [**Cod. P, fol. 329 Rª**] saltem reputatione [151] quamvis si aliquis non indigens recipere aliquid ab aliis et potens aliis fructum vel utilitatem in bonis temporalibus facere per laborem suum corporalem absque detrimento suo et quantum ad temporalia et quantum ad spiritualia perfectius ageret, quia de suo impenderet, immo liberaliter daret, quam si praetium laboris reciperet. Sed quia subditi qui post fructum spiritualem quem consequuntur per evangelizationem praelatorum ultra dant sua temporalia, licet sint praelatis debita damnificantur et detrimentum patiuntur in bonis suis temporalibus absque hoc quod bonum aliquod temporale aequivalens recipiant. Licet autem fructus spiritualis ex evangelio proveniens sit multo pretiosior, quia tamen ab hominibus communiter [152] infirmis [153], non sic attenditur sicut temporalis, quia etiam videtur esse res quae ratione suae spiritualitatis et dignitatis debet gratis dari et non aliquo praetio aestimari [**Cod. V, fol. 224 Vª**]. Unde super illud **Matthaei** (9) decimo : gratis accepistis, gratis date, dicit *Glossa* (10) : dona vel bona spiritualia praetio vilescunt [154]. Ideo homines qui communiter sunt infirmi magis reputant se laedi vel gravari quando pro spiritualibus reddunt [155] temporalia quam [156] quando pro temporalibus temporalia [157] reddunt ; et ideo secundum talem apparentiam magis videtur opud infirmum cum aliquis post evangelizationem recipit aliquid temporale quam [158] post laborem corporalem ; et ideo qui indiget vitae necessariis [**Cod. R, fol. 227 Vª**] et oportet quod illa recipiat vel de evangelio vel de labore manuum potens utroque modo licite habere, perfectius agit si recipiat de labore et opus infirmum et imperfectum agit recipiendo de evangelio in tali casu. Sed recipiendo de labore cum aliquis non possit habere nisi altero istorum modorum et necessariis indiget in hoc nullo modo facit opus infirmum, quia per [159] hoc quod non potest aliter vitae necessaria habere [**Cod. P, fol. 329 Rᵇ**] nisi illa recipiat ex labore cum ex evangelio illa recipere non velit in hoc casu excusatur propter necessitatem quod non facit opus imperfectum respectu illorum quibus exhibet laborem. Respectu autem illorum quibus evalingezat et tamen ab eis nihil recipit, opus magnae perfectionis facit [160].

Et ex praemissis patet quod si ille qui ratione voti [161] nihil iuris potest habere in praetio quod pro labore ei de iure debetur si votum non obstaret et sic ex sua voluntate factum est quod in illa re [162] ius non habet et pro tanto vivendo de illa re in qua [163] hoc modo [164] ius non habet, vivit aliquo modo de alieno, tamen non minus perfecte immo magis perfecte videtur vivere de tali alieno quam viveret de eodem si ius in illo haberet. Secus est de illo qui vivit sic de alieno, non quidem alieno facto sua spontanea voluntate, sed est sic de natura sua alienum quod [165] ille qui recipit non fecit aliquid propter quod sibi de iure absolute deberetur [166]. Et secundum hoc qui sic ratione voti [167] non possunt [**Cod. Q, fol. 179 Rª**] vivere nisi de bonis alienis non coguntur

tamen propter hoc vivere de illis secundum modum illum qui reputatur esse infirmitatis.

Ad aliud est dicendum quod respiciendo ad illud quod dicitur esse infirmitatis in vivendo de bonis ab aliis receptis secundum se et absolute cum omnes religiosi nobis noti sic vivant, secundum hoc omnes faciunt id quod est infirmitatis. Sed quia illud non est infirmitatis in faciente quando non posset habere vitae necessaria per laborem manuum absque hoc quod contingeret ex hoc detrimentum in bonis maioribus spiritualibus, secundum hoc est dicendum quod illi qui vivunt de bonis ab aliis receptis absque labore manuum et tamen cum labore manuum victum acquirere possent absque detrimento in praedictis bonis spiritualibus [**Cod. P, fol. 329 Va**] saltem notabili, in hoc [168] sunt infirmi et imperfecti. Sed alii qui non possent laborare nisi ex hoc in spiritualibus contingeret notabile detrimentum, si vivant de bonis ab aliis receptis sine labore ex hoc nullo modo sunt imperfecti vel infirmi, licet in hoc faciant illud quod de suo genere est infirmum.

[1] illi qui] ; qui illi R. — [2] quibus PRQ. — [3] personas P. — [4] vi Q. — [5] vel P. — [6] perfectio 1ae *m.* R *in* perfecto *corr.* 2a *m.* R. — [7] unus pater] pater unus P. — [8] perfectus R. — [9] privatio V. — [10] non — ut] *om.* 1a *m.* V ; *add. in marg.* 2a *m.* V. — [11] magis *add.* Q. — [12] *om.* Q ; *postea suppl.* — [13] genere naturae] naturae genere Q. — [14] qui P. — [15] in talibus *add.* Q ; *postea del.* — [16] videtur — modo] *om.* P. — [17] secundum vitium P. — [18] intus P. — [19] aliquid V. — [20] videtur P. — [21] quod suum — recipit] *om.* P. — [22] libera *add.* Q. — [23] praeceptis Q. — [24] vel — ius] *om.* Q. — [25] decimo nono P. — [26] mali VPQ. — [27] exhibent — quibus] *om.* Q. — [28] ex P. — [29] manducat Q. — [30] glorificantur P. — [31] vendicat P. — [32] *om.* Q. — [33] ei P. — [34] illo *add.* Q. —[35] *om.* P. — [36] mandicantes V *et* 1a *m.* Q ; manducant *corr.* 2a *m.* Q. — [37] omnes P. — [38] eius P. — [39] dare aliquid] *m.* P. — [40] ei *add.* V. — [41] aliud P. — [42] ita etiam — obligatus] *om.* R. — [43] alio V. — [44] datur R. — [45] cuius R. — [45] *om.* P. — [47] gratuita V ; gratuitas R. — [48] laborare P. — [49] aliqui 1ae *m.* Q *in* alicui *corr.* 2a *m.* Q. — [50] alicuis R. — [51] possit R. — [52] possint haberi] possit habere V. — [53] vel recipere] *om.* RQ. — [54] impendunt V. — [55] sic agendo *add.* Q. — [56] possunt PRQ. — [57] comparantur P. — [58] est tamen] tamen est P. — [59] dicit Q. — [60] et alii apostoli] *om.* PR. — [61] sumptus — evangelizabunt] *om.* R. — [62] aliquando hoc] hoc aliquando P. — [63] tantum PQ. — [64] sed magis] sicut V. — [65] *om.* Q. — [66] et super — dicit Augustinus] *om.* R. — [67] futura P. — [68] etiam *expunxit* Q ; etiam] et R. — [69] habeat P. — [70] imperfectius V ; imperfectionis. m. *in marg.* V. — [71] *om.* Q. — [72] in *add.* Q. — [73] *om.* Q. — [74] ei P. — [75] reponebaturQ. — [76] ipsos V. — [77] in *add.* P. — [78] alia 1ae *m.* Q *in* alio *corr.* 2a *m.* Q. — [79] *om.* 1a *m.* V ; *in marg. add.* 2a m. V ; sed — ab alio] *om.* Q ; — necessaria ab alio] ab alio necessaria V. — [80] necessaria *add. alia m.* R. — [81] ergo 1ae *m.* V, *del. et* autem *in marg. scrips.* 2a *m.* V. — [82] hoc non contingat — recipere] non contingat hoc etiam recipere Q. — [83] in hoc] *om.* PRQ. — [84] *om.* Q. — [85] illo *add.* Q. — [86] habentibus loculos] eis 1ae *m.* V, *del. et* habentibus loculos *in marg. scrips.* 2a *m.* V. — [87] qui Q. — [88] st *add.* Q. — [89] circunstancionata 1ae *m.* Q *in* circumnato *corr.* 2a *m.* Q. — [90] *om.* R. — [91] faciendum 1ae *m.* R *in* facientem *in marg. corr.* 2a *m.* R. — [92] talibus P. — [93] fecisset P. — [94] imperfectionis et infirmitatis] infirmitatis imperfectionis Q. — [95] servando Q. — [96] *om.* 1a *m.* Q ; *in marg. scrips.* 2a *m.* Q. — [97] ex Q. — [98] de Q. — [99] sed 1ae *m.* V. *del. et*

tamen *in marg. scrips.* 2ª *m.* V. — [100] dicitur *add.* Q. — [101] pa *add.* Q ; *postea del.* — [102] temporalium *add.* RQ. — [103] *om.* R. — [104] sunt etiam] etiam sunt V. — [105] vor 1ªᵉ *m.* Q *in* vero *corr.* 2ª *m.* Q. — [106] impedimentum P. — [107] impedimentum P. — [108] etiam — evangelica] *om.* P. — [109] aliquis R. — [110] *om.* R. — [111] aliquid P. — [112] aliquid P. — [113] *om.* Q. — [114] in P. — [115] boni P. — [116] consistit P. — [117] et *add.* Q. — [118] simpliciter Q. — [119] fra *add.* Q ; *postea del.* — [120] pertines Q. — [121] secundum quod evangelica] *om.* P. — [122] *om.* P. — [123] facta P. — [124] faciat Q. — [125] in quantum — Deum] *om.* Q. — [126] possunt 1ªᵉ *m.* Q, *in* possint *corr.* 2ª *m.* Q. — [127] possit VP ; possint Q. — [128] laborare PR. — [129] quod — opus] *om.* P. — [130] tamen — infirmitatis] *om.* Q. — [131] nihil PQ. — [132] *om.* Q. — [133] receptis — sive de] *om.* PRQ. — [134] obligata 1ªᵉ *m.* Q *in* obligati *corr.* 2ª *m.* Q ; quod *add.* Q. — [135] quia tamen] *om.* 1ª *m.* V ; *in marg. scrips.* 2ª *m.* V. — [136] cum possent] *om.* 1ª *m.* V ; *in marg. scrips.* 2ª *m.* V. — [137] uni P. — [138] acquisitis *add.* Q ; *deinde litt.* tis *del.* Q. — [139] etiam *add.* Q. — [140] partium P. — [141] ultrum Q. — [142] remittitur RQ ; remittat P. — [143] vere autem] autem vere Q. — [144] autem *add.* P. — [145] parte *add.* P. — [146] non minus — alia] *om.* 1ª *m.* V, *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [147] quod *add.* V. — [148] pretium *add.* Q ; *deinde del.* — [149] corporali — temporali] *om.* 1ª *m.* V, *in marg. add.* 2ª *m.* V ; — temporalia 1ªᵉ *m.* Q *in* temporale *corr.* 2ª *m.* Q ; — [150] causetur R. — [151] reputandum Q ; reputandum R ; *litt.* ndum *expunxit* R *et* tione *scrips. in marg.* R *alia m* ; — saltem reputatione] *om.* 1ª *m.* V, *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [152] convenienta 1ªᵉ *m.* Q *in* communiter *corr.* 2ª *m.* Q. — [153] communiter infirmis] contingit infirmus R. — [154] valescunt RQ. — [155] quam quando pro *add.* Q ; *deinde del.* — [156] quod P. — [157] quam — temporalia] *om.* 1ª *m.* V, *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [158] quod Q. — [159] in Q. — [160] quia per hoc quod — facit] *om.* 1ª *m.* V, *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [161] noli Q. — [162] et *add.* Q. — [163] quo R. — [164] et *add.* Q. — [165] quia P. — [166] absolute deberetur] deberetur absolute Q. — [167] voluntari P. — [168] nihil P.

(1) MATTH., XIX, 21. — (2) SANCTUS AUGUSTINUS, *Enarratio super Psalmum* CIII (PL., t. 37, col. 1367-1368, 11). — (3) I *Cor.* IX, 4 ss. — (4) SANCTUS AUGUSTINUS, *Enarratio super Psalmum* CIII (PL., t. 37, col. 1367-1368, 11). Sententialiter. — (5) ID., *ibid.* (loc. cit.). — (6) ID., *ibid.* (loc. cit.). — (7) *Quodl.* XII, q. 19, p. 142-143. — (8) MATTH., XIX, 21. — (9) MATTH., X, 8. — (10) *Glossa ordin.* (PL., t. 114, col. 118, vers. 8). Litteraliter.

QUAESTIO XI

Utrum maior et efficacior sit obligatio praecepti quam voti.

Deinde circa praecepta quaerebantur quaedam pertinentia ad obligationem quam efficiunt, quaedam pertinentia ad modum observandi quem requirunt, quaedam pertinentia ad ipsa [1] quantum ad ea quae eis repugnant, illa autem sunt peccata.

Circa primum quaerebatur unum : videlicet : utrum maior et efficacior sit obligatio praecepti quam voti. Et arguitur quod obligatio voti [2] est efficacior et maior ; quia illa obligatio est maior cuius transgressio est peior

et gravior. Sed transgressio [**Cod. R, fol. 227 V^b**] religiosi qui tenetur ad observationem votorum per quae [**Cod. V, fol. 224 V^b**] constituitur in statu altiori et perfectiori est gravior quam transgressio saecularis qui tenetur solum ad observationem praeceptorum et ideo remanet in statu inferiori. Ratio autem quare est huiusmodi transgressio gravior in religioso non est nisi obligatio votorum per quam in perfectiori et altiori statu constituitur et a statu saecularium distinguitur. Ergo. Et cetera.

Contra. Illa obligatio est maior quae fit auctoritate divina quam humana. Sed obligatio praeceptorum divinorum fit auctoritate Dei ; obligatio autem votorum fit per voluntariam electionem voventis. Erga. Et cetera.

[1] ad ea ipsa quantum ad *add.* Q ; *deinde verba* ad ea ipsa *del.* Q. — [2] *om.* Q.

QUAESTIO XII

Utrum aliquis ingressus religionem habens debitum aliquod nec in religione existens possit operari et lucrari unde solvat teneatur exire ut per lucrum suae artis satisfaciat.

Deinde iuxta hoc quaerebatur si aliquis sciens artem per quam posset satisfacere de aliquo debito nec habens aliter unde solvet, sit ingressus religionem et professus in ea [1], nec in religione existens possit operari et lucrari unde solvat, utrum [2] teneatur exire ut per lucrum artis satisfaciat. Et arguitur quod non ; quia, qui non impeditur intrare religionem propter solutionem debitorum quam non posset efficere in religione, si intravit non tenetur etiam [3] propter hoc exire ; immo minus. Sed secundum magnos doctores obligatus debitis non impeditur intrare religionem, etiam si debita non solvat. Ergo. Et cetera.

Contra. Obligatio voluntarie inducta non removet obligationem naturalem et immobilem. Sed obligatio religionis voluntarie introducitur : obligatio autem secundum praecepta iustitiae naturaliter est indita, inter quae cadit satisfactio debitorum. Ergo. Et cetera.

Responsio. Ad primam quaestionem est intelligendum quod obligatio praecepti praecipue decalogi est maior et efficacior simpliciter. Et hoc potest declarari si comparentur votum et praeceptum ad materiam circa quam sunt sive ad obiectum : item ad modum et vim obligationis quam important : item ad auctoritatem eius a quo vim obligandi sumunt.

Quantum ad primum enim est intelligendum quod [4] praecepta sunt de

his quae per se bona sunt et in quibus per se consistit perfectio ; quia nec [5] hoc convenit eis per accidens sive per aliud vel ex [6] ordine et habitudine ad aliud, sed ex eo quod in natura sua includunt, quia sunt [7] de dilectione Dei et proximi ex quibus eliciuntur [**Cod. Q, fol. 179 R^b**] alia praecepta quae ordinant hominem secundum opera virtutum et ad Deum et ad proximum ; quae quidem sunt talia quod illis habitis simpliciter est [8] homo bonus et virtuosus simpliciter ; habitis autem eisdem perfecte est homo perfecte virtuosus et perfectus simpliciter. Praecepta enim dantur de [9] actibus omnium virtutum simpliciter et non secundum aliquem gradum determinatum, ut videlicet [10] praecepta ordinent [11] homines ad esse bonum et virtuosum secundum [12] modum et gradum. Sed materia votorum bene [13] est de talibus quae vel [14] per se non sunt bona virtutum, quia de genere suo sunt talia quod non sunt necessaria ad salutem nec etiam ad perfectionem vitae humanae essentialem ; sed secundum substantiam sunt indifferentia sic quod sive fiant sive non fiant, tamen per hoc bonum virtutis et perfectionis non excluditur, alioquin nullus sine illis posset esse bonus nec perfectus. Sed verum est quod vota quantum [15] ad materiam talem sunt de aliquibus quae sunt instrumenta ad bonum virtutis et perfectionis [16] vel ut removentia impeditivum vel retardativum [**Cod. R, fol. 228 R^a**] perfectionis vel ut [17] disponentia et promoventia [18] ad ipsam perfectionem [**Cod. V, fol. 225 R^a**] ; ad quae [19] homo non obligat se propter se sive propter illa quae cadunt per se sub voto, sed propter ipsa praecepta, ut scilicet illorum adiutorio praecepta [20] sive ea quae cadunt sub praecepto in quibus per se consistit perfectio, melius et facilius ac [21] securius observentur. Et ista quae sic sunt materia voti sunt illa quae dicuntur proprie consilia super [22] quae cadunt tria vota principalia religiosorum. Et sic materia voti per se non habet rationem boni moralis, sed ex bonitate eius quod includitur sub praecepto.

Constat autem quod maior est obligatio qua quis obligatur ad illud quod per se est de genere bonorum et bonitatem suam ex alio non sortitur et est homini necessarium ad salutem quam qua obligatur ad illud quod non est tale [23]. Sed ita est de praeceptis respectu talium votorum. Ergo. Et cetera.

Est [24] etiam materia voti de aliquibus talibus [25] quae sunt quidem per se bona et actus virtutum importantia secundum aliquem gradum perfectionis qui non est necessarius ad salutem, puta : si aliquis sic sit [26] affectus ad colendum et adorandum Deum quod [27] obliget se ad dicendum quasdam laudes aut quasdam orationes speciales ad quas ex praecepto non tenetur. Quamvis autem perfectius sit illud quod sub huiusmodi voto cadit, quia illud quod ad observationem praecepti sufficit, maior tamen et efficacior est obligatio ad ea quae sunt necessaria ad salutem quam ad alia. Unde etiam magis peccat qui omittit illud ad quod de iure naturae sic tenetur de necessitate quam ad illud ad quod secundum se et absolute non sic tenetur. Et

magis peccat qui illud [28] omittit, quia per hoc quasi totum bonum destruitur, quam qui aliud omittit, quia potest omitti et non totum bonum sive totaliter propter hoc destruitur. Ideo. Et cetera.

Hoc idem [29] patet si consideretur modus obligandi utriusque. Quia obligatio naturalis etiam immutabilis est maior et efficacior quam voluntaria et mutabilis. Constat autem [30] quod in praeceptis ad quae obligatur homo per se et absolute iure naturae nec aliunde habent [31] vim obligandi, homo non potest dispensare, nec ab [32] observatione eorum potest aliquis excusari. Nec subintelligitur casus aliquis excipiendus in quo non sint observanda. Sed in omnibus his quae sub voto cadunt, cum non obligent hominem naturaliter sed voluntarie et sunt de talibus quae non sunt necessaria ad salutem, potest homo dispensare, et ab eorum observatione in casu potest homo [33] excusari ; quia possunt esse casus in quibus non tenetur homo ad observandum illa et in quibus non expedit quod talia observentur.

Item vota [34] non habent vim obligandi ex natura sua simpliciter et absolute, sed virtute praeceptorum quae necessario et de iure naturali habent obligare. Illud enim ad quod quis est voluntarie obligatus, suo scilicet [**Cod. Q, fol. 179 Va**] promisso, tenetur adimplere [35] virtute praecepti iuris naturae quo praecipitur quod promissa solvantur propter fidelitatem quae debet de iure naturae servari ; quae requirit quod verificemus illud quod promittimus. Sed efficacior et maior est obligatio per quam aliquis [36] naturaliter obligatur et quae quantum ad vim obligandi ab alio non de- [**Cod. R, fol. 228 Rb**] pendet, quam illa per [37] quam [38] non nisi voluntarie aliquis obligatur, potens obligari et non obliga- [**Cod. V, fol. 225 Rb**] ri, et quae vim obligandi sumit ex alio.

Quod etiam patet per hoc quod in his quae cadunt sub praeceptis decalogi non potest fieri dispensatio ; sed in omnibus votis hoc est possibile. Maior autem et efficacior est obligatio quae est indissolubilis [39] quam quae est dissolubilis. Ergo. Et cetera.

Item hoc patet si comparentur ad auctorem [40] a quo vim obligandi contrahunt. Quia praecepta habent vim obligandi auctoritate Dei praecipientis ; et huiusmodi praecepta scribentur [41] non solum in libro legis exterioris vel in tabulis [42] lapideis, sed etiam interioris, scilicet in corde humano in quantum dicuntur obligare ex dictamine rationis naturalis quae a ratione legis aeternae derivatur secundum illud **Ieremiae** [43] (1) trigesimo primo : Dabo legem meam in visceribus eorum et in corde eorum scribam eam. Sed votum habet vim obligandi ex voluntaria electione voventis qui hanc obligationem potest [44] sibi ipsi imponere vel non imponere.

Praedicta patent per **Anselmum** (2) dicentem in libro *De Similitudinibus* : Duo quippe ordinis genera sunt viro religioso convenientia. Unum exterius quo religiosus videtur. Aliud vero interius quo religiosus habetur. Et illud quidem exterius factitii ; quod vero [45] interius naturalis ordinis

est. Factitius quippe ordo factitiae sunt consuetudines, ut in ordine monachorum reperiuntur plures. Has etenim homines adinvenerunt et quibusdam de causis rationabilibus servandas instituerunt ; naturalis vero ordinis naturales sunt virtutes, ut humilitas, caritas et aliae plurcs. Has cnim Deus ipse naturaliter [46] indidit homini suaeque causa salutis servandas mandavit. Ille itaque factitius ordo sine isto nihil homini prodest. Iste vero sine illo etiam salvare hominem potest. Ut tamen servari valeat istc, valde est sibi necessarius ille, id est utilis.

Quantum ad praecepta vero communia Ecclesiac, est intelligendum [47] quod etiam obligatio illorum [48] est maior et efficacior quam votorum quantum ad illa quae convenienter possunt se extendere ad religiosos ; quia cum omnes personae ecclesiasticae, immo etiam omnes [49] fideles sint quaedam membra unius Ecclesiae universalis in ordine ad principale caput Ecclesiae, scilicet ad papam, et personae unius dioecesis sunt una ecclesia magis specialis respectu episcopi, et personae unius collegii religiosorum respectu sui proprii praelati ; speciale autem non debet derogare generali nec pars a toto suo [50] debet discordare ; quia turpis est pars quae suo non congruit universo ; ideo in omni voto sempcr debet [51] sic illo [52] supposito [53] illud [54] quod ad totum sive ad omnes fideles communiter pertinet et addi aliquid non contrarium, sed quod faciat ad maiorem perfectionem. Unde [55] vota religiosorum non sunt rationabilia si sint in praeiudicium praeceptorum communium [56] Ecclesiae, quae ad bonum magis commune ordinantur.

Propter solutionem autem argumenti, est intelligendum quod loquendo de votis principalibus [57] religiosorum per quae ad statum altiorem videntur transferri, nec ipsum votum nec illud super quod cadit [58] votum tale, per se non facit voventem [59] perfectiorem nec constituit votum hominem in statu perfectionis qui per se requirat hominem perfectum statim facto voto, sed fa **[Cod. R, fol. 228 V^a]** cit ad perfectionem dispositive et instrumentaliter, in quantum observatio eorum super quae **[Cod. Q, fol. 179 V^b]** cadit votum [60] cooperatur ad hoc quod praecepta in quibus per se consistit [61] perfectio melius [62] observentur. Ex quo, ut dictum est, patet quod maior est obligatio praeceptorum. Sed hoc verum est quod [63] per huiusmodi votum **[Cod. V, fol. 225 V^a]** constituitur quis in statu eminentiori, in quantum ratione voti obligatur quis ad tendendum ad perfectionem et ad perfectius servandum praecepta quae naturaliter obligant.

Et tunc est dicendum quod si comparetur transgressio praeceptorum ad transgressionem votorum in eodem, non obstante quod per votum tali modo constituitur quis in statu eminentiori, tamen transgressio qua transgreditur praeceptum prior est quam qua transgreditur votum. Magis enim peccat religiosus si agat contra praeceptum Dei quam si exeat portam claustri contra praeceptum praelati, vel quam si transgrediatur quocumque praeceptum [64] praelati in aliquo casu in quo teneretur sibi oboedire ratione voti.

Similiter etiam si comparetur transgressio voti in religioso ad transgressionem praecepti in [65] non religioso, idem erit dicendum. De hoc autem est quaestio principaliter.

Sed si comparetur transgressio praecepti in religioso ad [66] transgressionem praecepti in non religioso, sic est peior transgressio [67] religiosi quam non religiosi : sicut etiam alicuius [personae] saecularis [68] perfecti quam [69] non perfecti. Et hoc [70] contingit per accidens vel ratione scandali vel ratione ingratitudinis et ratione [71] maioris contemptus ; quia in hoc videtur esse magis ingratus divinis [72] beneficiis quibus est ad statum perfectionis sublimatus ; sicut fidelis gravius peccat quam infidelis, cum tamen in hoc non dicatur quis esse transgressor [73] voti per se, licet verum sit quod [74] aliquo modo religiosus sit magis obligatus ad servandum praeceptum [75] quodcumque decalogi quam non religiosus in quantum ea quae vovet. vovet [76] in ordine ad hunc finem, ut scilicet melius et perfectius valeat praecepta omnia observare. Fortior est autem obligatio praecepti cum huiusmodi aliqualiter addita obligatione voti quam nuda.

Specialiter autem hoc apparet in transgressione votorum quae magis respiciunt determinatam materiam aliquorum praeceptorum, puta : votum virginitatis, quod respicit illud praeceptum : Non moechaberis (3) : et votum paupertatis quod [77] respicit illud praeceptum (4) : Non furtum facies ; non concupisces rem proximi tui. Propter hoc enim gravius peccat religiosus fornicando vel furando quam non religiosus, quia ad hoc est duplici vinculo per se obligatus, scilicet praecepti et voti.

Ad argumentum ergo est dicendum quod in quocumque peior et gravior [78] est transgressio praecepti per se quam voti in quocumque. Cum dicitur quod transgressio religiosi gravior est et peior quam non religiosi, verum est quando utraque transgressio est transgressio praecepti, secundum quod dictum [79] est. Et cum dicitur quod ratione voti hoc contingit, quia ratione eius constituitur in statu altiori, hoc est quia, ut dictum est, ratione voti quodam modo obligatur firmius [80] ad observationem praeceptorum, ut dictum est. Et ex hoc ut dictum est, non sequitur quod transgressio voti sit peior quam praecepti ; sed hoc solum quod transgressio praeceptorum et etiam votorum in religioso est peior quam transgressio praeceptorum et votorum in non religioso [**Cod. R, fol. 228 V^b**].

Per praedicta patet quid dicendum est ad secundam quaestionem. Nam cum obligatio praeceptorum sit efficacior et maior quam voti, et votum non habet vim obligandi nisi virtute [**Cod. V, fol. 225 V^b**] obligationis praecepti et in ordine ad perfectiorem observationem praeceptorum, ideo per votum religionis non absolvitur aliquis ab eo ad quod tenebatur ex praecepto decalogi ; immo ad illud magis intelligitur obligatus. Quia [81] ergo in casu proposito, sic ingressus ex praecepto iustitiae tenebatur alteri satisfacere de debito, per votum sequens non est ab [82] illo exemptus si habere

possit unde solvat ; sed, ut positum est, per lucrum quod ex arte posset consequi, satisfacere [**Cod. Q, fol. 180 R^a**] posset. Et ideo vel religio tenetur pro ipso satisfacere, si videlicet ipsum sic obligatum scienter recepit et habet bona de quibus posset satisfacere ; aut debet permittere illum uti arte sua in religione, si hoc convenienter fieri possit ; aut de licentia ordinis illa debet uti extra. Aut [83] etiam si praeciperetur sibi quod hoc non faceret, nihilominus hoc facere teneretur propter maiorem obligationem praecedentem et maiorem auctoritatem contrarium praecipientis quam hoc prohibentis.

Ex quibus [84] sequitur quod in hoc etiam non debet dici transgressor voti, quia nullo voto potuit se ad hoc adstringere [85] quin semper intelligeretur quod non ligaretur [86] nisi praedictis suppositis. Immo quia, ut dictum est, religiosus in [87] quantum [88] huiusmodi est in statu perfectiori non religioso, perfectio autem principaliter consistit in operibus per se virtuosis de quibus dantur praecepta, ipse magis intelligitur obligatus ad praecepta servanda quam alius. Et ideo quocumque casu [89] posito in quo religiosus, si non esset professus, teneretur ad observationem alicuius praecepti decalogi, in illo magis tenetur praeceptum huiusmodi servare quam si non esset religiosus.

Si dicatur quod verum est si est sibi possibile, sed per votum religionis fit hoc sibi impossibile, quia per votum paupertatis fit nihil habens unde solvere possit, per votum oboedientiae fit impotens ad [90] agendum aliquid contra praeceptum superioris, et cetera ; non valet. Quia verum est quod impotentia involuntaria in quam homo incidit involuntarie excusat ; sed si voluntarie aliquis faciat se impotentem ad solvendum, puta : si bona unde solvere posset abiciat vel manus de quibus posset operari abscindat, hoc non excusat illum, sic scilicet quod in hoc a debito sit absolutus sic quod nec peccet non solvendo postea propter huiusmodi impotentiam. Immo graviter peccat in faciendo sic se [91] impotentem. Sed si postea doleat [92] de hoc quod sic se reddidit impotentem et quod est factus non solvendo et habet voluntatem satisfaciendi si posset [93], excusat eum [94] impossibilitas a peccato de non satisfaciendo. Sed in proposito casu [95] non contingit huiusmodi impossibilitas vera et proprie dicta. Quia, ut dictum est, cum renuntiat omnibus praesentibus et futuris, intelligitur hoc facere quantum [96] ad ea quae simpliciter sua sunt et in quibus nulli est obligatus. Similiter [97] cum obligat se ad oboediendum superiori, intelligitur sine praeiudicio alterius. Et ideo obligatio religionis de iure non potest [98] talem proprie reddere impotentem. Similiter [99] [**Cod. Q, fol. 180 R^b**] etiam est intelligendum in omnibus aliis casibus praeceptorum quod religiosus magis tenetur illa observare quam si non esset religiosus et gravius peccat non observando.

Nec [**Cod. R, fol. 229 R^a**] tamen propter hoc est dicendum quod in talibus casibus debeat talis dimittere religionem vel fieri non religiosus, redeundo scilicet ad saeculum sive ad [100] statum saecularem ; immo in hoc [**Cod. V, fol. 226 R^a**] ostendit se bonum et perfectum religiosum, si ad tem-

pus intermittat aliquas observantias regulares propter alias operationes meliores praeceptorum quae [101] non sunt contrariae vel repugnantes [102] bono religioso, sed multum convenientes. Unde licet religiosus dicatur mortuus in mundo sive saeculo, non debet tamen propter hoc intelligi exclusus ab exercitio talium operationum ; immo ex hoc magis ad illas intelligitur obligatus, quia nec sunt operationes mundanae vel carnales, sicut sunt militia, negociatio vel alia huiusmodi quae sunt impedimentum bonorum spiritualium ; sed sunt operationes religiosae et [103] spirituales, quia sunt operationes virtuosae per se.

Et ex his patet quod non convenienter nec consequenter [104] dicunt aliqui quod propter necessitatem parentum praecedentem est omittendus ingressus religionis ; sed si post ingressum superveniat non sunt ea quae ad religionem pertinent omittenda propter subventionem parentum : quia ratio propter quam existente necessitate parentum cui aliter non potest commode subveniri nisi per filium volentem ingredi, ipse filius non potest ingredi, est quia non potest se obligare ad illud per quod ab [105] hoc debito impediretur. Et si de facto se obligaret, talis obligatio de iure pro illo tempore non teneret. Ex hoc autem patet quod quocumque tempore fiat obligatio talis, semper subintelligitur quod solum tenet cum potest impleri sine praeiudicio obligationis naturalis ad parentes. Et cetera.

Ad argumentum dicendum quod obligatus debitis, si in actu habeat unde solvere possit, peccat ingrediendo si non solvat. Si etiam actu non habeat, apparet tamen satis [106] probabiliter quod habet [107] in potentia et virtute unde poterit acquirere bona de quibus satisfacere poterit, quia per artem vel per aliquem alium modum licitum, etiam male facit si intrat et non solvat ; nisi probabiliter supponat quod post ingressum solvere poterit undecumque [108].

Si autem sit impotens ad solvendum [Cod. Q, fol. 180 Va] nec magis apparet sibi quod debeat venire ad pinguiorem fortunam in saeculo quam in religione, cum talis facta cessione absolvatur ab Ecclesia, remanet tamen obligatus ad hoc quod si veniat ad pinguiorem fortunam quod satisfaciet, in tali casu potest ingredi.

Et si in religione existens possit quocumque modo licito procurare quod satisfiat [109] ad hoc tenetur efficaciter laborare. Talis autem non est casus propositus. Ideo [100]. Et cetera.

[1] quod *add.* Q ; *postea del.* — [2] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [3] et Q. — [4] prae *add.* Q ; *postea del.* — [5] neque Q. — [6] *om.* V. — [7] de *add.* Q ; *deinde del.* — [8] ut Q. — [9] in Q. — [10] ut videlicet] et Q. — [11] ordinant Q. — [12] omnem *add.* Q. — [13] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [14] *om.* Q. — [15] qui Q. — [16] ad — perfectionis] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [17] *om.* Q. — [18] et promoventia] *om.* 1ª *m.* V : *add. in marg.* 2ª *m.* V ; propuemoventia 1ªᵉ *m.* Q *in* promoventia *corr.* 2ª *m.* Q. — [19] quam

Q. — [20] praecepto Q. — [21] ct RQ. — [22] sed Q. — [23] quam qua — tale] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V . — [24] et VR. — [25] talibus *add.* Q. — [26] sic sit] sit sic Q. — [27] *om.* Q. — [28] illum 1ªᵉ *m.* Q *in* illud *corr.* 2ª *m.* Q. — [29] dicendum *add.* Q ; *postea del.* — [30] *om.* R ; *suppl. postea.* — [31] habuerit RQ. — [32] *om.* Q ; *deinde suprascrips. alia m.* Q. — [33] observari *add.* Q ; *deinde del.* — [34] nota Q. — [35] scilicet *add.* Q. — [36] alius Q. — [37] per *add.* Q ; *postea del.* — [38] quam Q. — [39] dissolubilis 1ªᵉ *m.* Q *in* indissolubilis *corr.* 2ª *m.* Q. — [40] actorem VR. — [41] scribentis VRQ. — [42] tali vel R. — [43] Isaïae V. — [44] nec Q. — [45] quod vero] hoc non Q. — [46] *om.* Q. — [47] et *add.* Q. — [48] eorum Q. — [49] immo — omnes] sive 1ª *m.* V ; *del.* ; *et* immo etiam omnes *scrips. in marg.* 2ª *m.* V. — [50] suo *add.* Q ; *deinde del.* — [51] ideo — debet] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [52] sic illo] *om.* R ; *in marg. add.* R ; *om.* Q. — [53] supponi Q. — [54] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [55] ideo 1ªᵉ *m.* V, *del. et* unde *in marg. scrips.* 2ª *m.* V. — [56] communi Q. — [57] principibus Q. — [58] nedc ipsum — cadit] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [59] viventem Q. — [60] observatio — votum] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [61] etiam *add.* Q. — [62] operetur *add.* Q. — [63] *om.* Q. — [64] praeceptum *add.* Q. — [65] et RQ. — [66] re *add.* Q ; *postea del.* — [67] transgressior Q. — [68] singularis 1ªᵉ *m.* R *in* saecularis *corr. in marg.* R. — [69] et Q. — [70] *om.* Q. — [71] *om.* Q. — [72] du *add.* Q ; *postea del.* — [73] transgressior Q. — [74] *om.* Q ; *suppl. postea.* — [75] servandum praeceptum] praeceptum servandum Q. — [76] ad *add.* Q ; *del. postea.* — [77] illud *add.* Q ; *deinde del.* — [78] peior et gravior] gravior et peior RQ. — [79] *om.* Q. — [80] firmus VRQ. — [81] *om.* Q. — [82] est ab] ex Q. — [83] autem Q. — [84] etiam *add.* R. — [85] aanergere Q. — [86] ligaret V. — [87] qe *add.* Q ; *postea del.* — [88] quem Q. — [89] *om.* Q. — [90] audiendum *add.* Q ; *deinde del.* — [91] *om.* Q. — [92] deleat RQ. — [93] et — posset] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [94] se Q. — [95] proposito casu] casu proposito RQ. — [96] quem Q. — [97] simpliciter Q. — [98] postest 1ªᵉ *m.* Q *in* potest *corr.* 2ª *m.* Q. — [99] simpliciter Q. — [100] sive ad] vel Q. — [101] quod Q. — [102] repungnantes Q. — [103] su *add.* R ; *postea del.* — [104] nec consequenter] *om.* Q. — [105] ob Q. — [106] *om.* Q. — [107] habeat Q. — [108] unumquemque Q. — [109] satisfaciat RQ. — [110] ergo. RQ.

(1) IEREMIAE, XXXI, 33. — (2) SANCTUS ANSELMUS CANTUARIENSIS, *Liber De Similitudinibus*, c. XC (PL., t. 159, col. 660). Fere litteraliter. — (3) *Exod.*, XX, 14 ; et *Deut.*, V, 8. — (4) *Exod.*, XX, 15, et *Deut.*, V, 19.

QUAESTIO XIII

Utrum observans aliquod praeceptum decalogi timore alicuius mali temporalis vitandi vel amore boni temporalis adipiscendi peccet.

Deinde circa [1] praecepta [2] quantum [3] ad modum observandi quem requirunt, quaerebatur unum, videlicet : utrum observans aliquod praeceptum decalogi timore alicuius mali temporalis vitandi vel amore boni [4] temporalis adipiscendi peccet. Et arguitur quod non. Quia qui [5] oboedit superiori non peccat, immo potius bene agit et meretur. Sed qui servat praeceptum superioris ei oboedit. Ergo. Et cetera.

Contra. Qui transgreditur praeceptum peccat. Sed talis transgreditur praeceptum de dilectione Dei, quia plus diligit bonum creatum et temporale quam bonum spirituale et divinum. Ergo. Et cetera.

Responsio. Dicendum quod bonum virtutis et [Cod. R, fol. 229 R^b] malum vitii principaliter consistit in actu interioris voluntatis, qui dicitur voluntatis [Cod. V, fol. 226 R^b], quia a voluntate elicitus et in voluntate existens subiective. Hanc tamen bonitatem habet ex bonitate et condicione obiecti quod bene[6] est aliquis actus exterior, qui etiam dicitur actus voluntatis, quia a voluntate imperatus. Unde actus voluntatis interior qui causatur in voluntate ab obiecto vel actu exteriori est bonus et laudabilis quando [7] causatur ab actu exteriori non ut exerciti in actu : sic enim [8] non causat actum voluntatis, sed ab illo causatur : sed ut apprehensi sub ratione boni et convenientis qui ad hoc quod sit conveniens et bonus includit materiam debitam ut sit bonus ex genere et debitas [9] circumstancias quarum [10] principalior [11] est circumstancia finis. Si autem debitae circumstanciae deficiant, et praecipue circumstancia finis, non est bonus sed [12] malus : et per consequens etiam actus interior voluntatis.

Quando ergo aliquis simpliciter et absolute vult et eligit transgredi praeceptum divinum in opere exteriori [13], sed vult ipsum non transgredi in actu [14] [Cod. Q, fol. 180 V^b] non propter se vel propter finem propter quem est [15] huiusmodi praeceptum servandum, sed propter aliud, puta [16] : qui vult simpliciter et absolute interficere hominem et hoc faceret si non timeret poenam temporalem, sed hoc omittit facere volens huiusmodi poenam evitare, constat quod talis est vere homicida [17] in mente et apud Deum ; quia non est in eo mens simpliciter cohibita [18] a malo, sed manus. Similiter etiam, cum homo ex praecepto teneatur veritatem fidei corde credere [19] et ore confiteri, si [20] timore poenae temporalis sive damni sive sensus ore confiteatur habens voluntatem absolutam negandi, si propter huiusmodi poenam non neget ore, sed confiteatur, est vere infidelis quantum ad actum interiorem. Cum ergo [21] aliquis [22] eligit facere actum secundum se [23] malum contra praecepta [24] negativa, amota poena temporali, illud tamen non facit in actu timore huius [25] peccat, non propter hoc quod [26] non facit talem actum, quia illum non facere non est malum [27], immo est bonum, sicut omittere malum est bonum [28]: sed quia non eligit illud non facere simpliciter et absolute et propter se sive propter illud propter quod est malum, sed propter aliquid aliud contrarium simpliciter et absolute eligendo et volendo. Similiter qui eligit omittere actum secundum se bonum ad quem [29] tenetur virtute praecepti affirmativi, amota poena, illum tamen non omittit sed facit in actu, peccat : non propter hoc quod facit talem actum qui secundum se non est malus, immo est bonus : sed quia non eligit [30] illum facere simpliciter et propter se sive propter id propter quod est bonus et faciendus, sed potius contrarium. Qui enim sic observat praeceptum, observat illud ex timore servili : et cum talis magis

timeat malum poenae quam malum culpae, licet timere poenam non sit malum culpae [31], tamen omittere malum culpae quantum ad actum exteriorem remanente culpa quantum ad actum interiorem ad evitandum [32] malum poenae, quod quidem malum culpae non omitteretur si poena non [33] timeretur, hoc est malum culpae.

Sed secundum hoc videretur quod nullus servaret praecepta, omittendo scilicet actus exteriores malos [34] timore [35] poenae aeternae quia [**Cod. R, fol. 229 Va**] licet sic observando praeceptum possit vitari poena temporalis [36] ab homine infligenda [37] quae non respicit nisi ad actum exteriorem, non tamen poena aeterna. Cum enim aliquis eligit et vult simpliciter et absolute hominem interficere, hoc tamen omittit ne faciendo incurrat poenam aeternam, sed, ut praedictum est [**Cod. V, fol. 226 Va**], in sic omittendo [38] peccat ; ergo per hoc poenam aeternam non evitat ; frustra ergo propter hoc omitteret, immo ex quo sive faciendo [39] sive non faciendo illam poenam incurrere deberet, omnino illud [40] ageret [41], quia non esset aliquid ipsum retrahens, quia nec malum culpae in qua [42] iam dicitur esse, nec timor mali poenae, quia ad illam evitandam [43] omissio talis actus non valet ; et cetera [44].

Dicendum quod licet [43] per hoc non evadat talis [46] aeternam poenam totaliter, evadit [47] tamen aliqualiter ; quia non in tantum punitur. Item licet secundum rei veritatem poenam huiusmodi non evadat, secundum suam tamen aestimationem omittens sic peccare ex timore illam evadit, in quantum scilicet quadam aestimatione confusa non omnino explicita [48] aestimat se poenam huiusmodi evasurum, cum scilicet advertit principaliter et in actu de illo actu exterioris peccati non de actu interiori, et attendens [40] quod per illum poenam aeternam incurreret, ex hoc etiam iuxta hoc attendit etiam [50] solum circa illum actum exteriorem cogitando quod illum omittendo poenam aeternam evitabit, sicut [51] etiam hi qui se ipsos interimunt volentes fugere male esse in poenas et quietem quae est contraria poenis volunt adipsisci, ad hoc solum attendentes quod hi qui poenis carent sunt in quiete et ex hoc aestimantes quod per cessationem huiusmodi poenarum aliqualiter consequuntur bene et [52] in quiete esse, ideo se perimunt ut poenas cessare faciant propter futuram quietem aestimatam, quam tamen non acquirunt.

Sed quid dicetur de praeceptis Ecclesiae sive quorumcumque praelatorum, si observentur tali timore alicuius poenae [53] temporalis adiectae, utrum etiam in sic servando sit peccatum, videtur quod non. Quia si transgredienti sufficit poenam statutam [54] sufferre, ergo in servando sufficit quod ad vitationem poenae intentio habeatur. Sed ita contingit in aliquibus praeceptis de quibus dicitur quod sunt vere praecepta et tamen non obligant nisi ad poenam.

Sed ad hoc est intelligendum quod omne praeceptum potens iuste [55] [**Cod. Q, fol. 181 Rb**] obligare est praeceptum iuris naturalis aliquo modo vel per se et immediate sicut praecepta decalogi vel per deductionem ex illis

vel per reductionem ad illa in quantum valent ad illorum meliorem et faciliorem observationem sicut omnis lex iusta consistit in lege naturali vel ex illa deducitur [56] et derivatur. Unde praecepta posteriora habent vim obligandi ex prioribus, sicut dictum est de votis respectu praeceptorum ; et ideo etiam minus sunt obligatoria et [57] minus peccant transgressores illorum.

Est ergo dicendum quod omne praeceptum habens proprie rationem praecepti sic obligat quod debet observari propter se, id est secundum rationem secundum [58] quam est institutum ; et si observetur timore alicuius mali temporalis vel amore talis boni, in casu scilicet in quo habet vim obligan- [**Cod. R, fol. 229 V**[b]] di, sic observans peccat, sicut dictum est de aliis, ex quo habet voluntatem simpliciter non observandi illud non obstante peccato inoboedientiae, si non timeret poenam. Si ergo praeceptum sit quod quilibet audiat certa die missam in ecclesia propter Dei honorem qui est a nobis colendus et propter audientis salutem et ista per se cadant sub intentione praecipientis et eadem debeant etiam cadere sub intentione observantis. sed ut melius observetur apponitur poena temporalis quod qui hoc omittit absque causa [59] legitima tali poena temporali puniatur, qui habet voluntatem simpliciter et absolute contrarium faciendi non obstante praecepto nisi [**Cod. V, fol. 226 V**[b]] timeret poenam temporalem. videtur esse transgressor praecepti mente et actu interiori voluntatis, licet non exteriori sicut [60] qui servat ieiunium Ecclesiae solum propter timorem confusionis vel propter aliquid aliud [61] tale, videtur peccare. Et secundum hoc videtur quod qui sic servaret praeceptum timore talis poenae deberet confiteri de tali transgressione mentali ; et qui transgrederetur et solveret poenam appositam non propter hoc esset liberatus a [62] culpa ; immo nihilominus de illa deberet conteri et etiam confiteri.

In talibus ergo praeceptis [63] de quibus dicitur quod obligant ad poenam non autem ad culpam, intelligendum quod non habent proprie rationem praecepti determinate respectu alicuius eorum quae respiciunt. Sed videtur quod respectu utriusque [64] sub indifferentia quadam ; verbi gratia : si dicatur : sic praecipimus quod nullus loquatur post completorium ; qui autem locutus fuerit dicat tres psalmos vel aliquid [65] huiusmodi ; si per se et principaliter praecipiens intenderet bonum taciturnitatis et ob hoc daret tale praeceptum quod esset servandum propter se dicto modo etiam [66] etsi nulla poena apponeretur, sed apponitur [67] poena ut melius servetur, obligaret non solum ad poenam, sed etiam ad culpam sic quod non obstante quod transgrediens solveret poenam, tamen transgrediendo etiam sub proposito sustinendi poenam [68], peccaret ; et de hoc dolere et confiteri deberet. Sed [69] si intendat sub quadam indifferentia obligare ad hoc bonum quod est taciturnitas vel ad aliud bonum quod est dicere tres psalmos, licet magis intendat unum quam alterum, videtur quod tale praeceptum non habeat rationem praecepti determinate respectu alterius, sed respectu utriusque sub indifferentia. Nec debet

intelligi transgressor talis praecepti nisi qui loquitur nec dicit tres [70] psalmos. Et talis solum debet poenitere de transgressione, cum scilicet quantum ad utrumque fuerit [71] transgressus.

Ad argumentum [72] in oppositum est dicendum quod talis non servat praeceptum superioris vere et proprie, quia secundum praedicta ad hoc quod vere et proprie servetur, requiritur quod hoc fiat ex libera electione voluntatis. Sed in proposito electio [**Cod. Q, fol. 181 V**a] voluntatis secundum se et absolute est contraria ei quod cadit sub praecepto ; et ideo. Et cetera.

[1] ad Q. — [2] praedicta R. — [3] quem Q. — [4] et *add.* Q ; *postea del.* — [5] non 1ae *m.* Q *in* qui *corr.* 2a *m.* Q. — [6] est *add.* Q ; *deinde del.* — [7] tantum Q. — [8] *om.* Q ; *postea suppl.* — [9] debitis 1ae *m.* Q. *in* debitas *corr. alia m.* Q. — [10] quas Q. — [11] principior 1ae *m.* Q *in* principalior *corr.* 2a *m.* Q. — [12] est *add.* Q ; *postea del.* — [13] et *add.* Q ; *postea del.* — [14] non *add.* Q. — [15] finem — quem] quod P. — [16] principia 1ae *m.* Q, *del. et* puta *in marg. scrips. alia m.* Q. — [17] omicida 1ae *m.* R *in* homicida *corr. alia m.* R. — [18] cohahibita 1ae *m.* Q *in* cohibita *corr.* Q. 2a *m.* — [19] et *add.* Q ; *postea del.* — [20] sed RQ ; t *add.* Q ; *postea del.* — [21] aliq *add.* Q ; *deinde del.* — [22] ille qui 1ae *m.* V *del. et* aliquis *scrips. in marg.* 2a *m.* V. — [23] et *add.* Q ; *postea del.* — [24] praeceptum 1ae *m.* Q *in* praecepta *corr.* 2a *m.* Q. — [25] timore huius] *om.* 1a *m.* V ; *add. in marg.* 2a *m.* V ; — huiusmodi RQ. — [26] *om.* Q. — [27] malis Q. — [28] est bonum] bonum est RQ ; — sed quia non eligit istud non facere simpliciter et absolute et propter se sive propter istud propter quod est malum set propter aliquid aliud contrarium simpliciter et absolute eligendo et uolendo simpliciter qui eligit omittere actum secundum se bonum ad quem tenetur uirtute — uirtute precepti affirmatiui ammota pena illum tamen non omittit. set facit in actu peccat non propter hoc quod facit talem actum qui secundum se [bonum ad quem *add.* Q ; *postea del.*] non est malus. Immo est bonus. set quia non eligit illum facere simpliciter et propter se. siue propter illud propter quod est bonus et faciendus set potius contrarium. qui enim sic obseruat preceptumobseruat illud ex timore seruili. et cum talis magis timeat malum pene. quam malum culpe]tamen omittere *add.* Q ; *postea del.*] licet timere penam non sit malum culpe tamen omittere malum culpe. quem ad actum exteriorem. remanente culpa quem ad actum interiorem ad euitendum malum pene quod quidem malum culpe non omitteretur si pena non timeretur hoc est malum culpe. sed secundum hoc uideretur quod nullus seruaret precepta omittendo scilicet actus exteriores malos timore pene eterne. quia *inter signa vacationis add.* Q ; — omittere malum *ima parte folii scrips.* Q ; [Cod. Q, fol. 181 Ra] omittere malum bonum est *add.* Q. — [29] quod P. — [30] elicit R. — [31] licet — culpae] *om.* Q. — [32] evidum R. — [33] *om.* Q. — [34] malum 1ae *m.* Q *in* malos *corr. alia m.* Q. — [35] *om.* Q. — [36] temporali Q. — [37] ingfligenda 1ae *m.* Q *in* infligenda *corr.* 2a *m.* Q. — [38] observando P ; obmittendo Q. — [39] non faciendo] *om.* Q. — [40] aliud PV. — [41] agere Q. — [42] quam RQ. — [43] omittendam V. — [44] est Q. — [45] quod licet] *om.* R. — [46] talem P. — [47] evadat Q. — [48] explicata P. — [49] auctendens 1ae *m.* Q *in* attendens *corr.* 2a *m.* Q. — [50] *om.* Q. — [51] si autem P. [52] — *om.* 1a *m.* Q ; *suppl.* 2a *m.* — [53] et *add.* Q ; *postea del.* — [54] futuram P. — [55] obli *add.* Q ; *postea del.* — [56] ducitur Q. — [57] minus — obligatoria et] *om.* Q. — [58] *om.* Q. — [59] cum P. — [60] sint R. — [61] illud Q. — [62] *om.* P. — [63] praeceptum Q. — [64] ulteriusque 1ae *m.* R ; utrius *in marg. scrips.* 2a *m.* R. — [65] aliud *add.* Q. — [66] et P. — [67] apposita P. — [68] et *add.* VP. — [69] *om.* R. — [70] *om.* Q. — [71] ad utrumque fuerit] fuerit ad utrumque RQ. — [73] tamen *add.* RQ.

QUAESTIO XIV

Utrum mutuans alicui episcopo certam summam pecuniae sperans ab hoc aliquod beneficium ecclesiasticum obtinere sit simoniacus.

Deinde circa praecepta quantum ad ea per quae fit transgressio ipsorum quae non sunt nisi peccata, quaerebantur quinque. Primum est : utrum mutuans alicui episcopo aliquam certam summam pecuniae sperans [**Cod. R, fol. 229a Rª**] ab hoc aliquod beneficium ecclesiasticum obtinere alias non mutuaturus, si illud beneficium assequitur, sit simoniacus et beneficium sic adeptum resignare teneatur. Secundum est : utrum in pecunia recepta per usuram transferatur dominium in recipientem. Tertium est : utrum aliquis qui constitutus procurator ad procurandum alicui aliquod beneficium ecclesiasticum sive confirmationem alicuius beneficii ad quod est electus, si hoc praetermisso procuret illud pro [1] se ipso, peccet et infideliter agat. Quartum est : si aliqui subditi domini habentis bellum contra aliquos non vocati a domino immiscent se exercitui dicti domini et rapiant aliqua de bonis inimicorum possint illa retinere et si teneantur restituere cui est restitutio facienda. Quintum est : si aliquis elegit sepulturam in aliquo loco et iuramento firmavit quod hoc non revocaret, inductus ab aliis possit mutare absque transgressione iuramenti.

Ad primum arguitur quod sic mutuans non committat [2] simoniam, quia simonia [3] importat [**Cod. V, fol. 227 Rª**] aliquam pactionem ; sed in tali contractu nulla incidit pactio. Ergo nec simonia.

Contra. Si aliquis mutuat pecuniam spe recipiendi aliquid ultra sortem etiam absque pacto, committit usuram et si aliquid recipit restituere tenetur. Ergo ita erit in proposito.

Responsio. Dicendum quod cum sint quaedam mala et simoniaca quia prohibita ab Ecclesia ; quaedam autem sunt mala et simoniaca de se et sunt prohibita quia mala, de simonia secundo modo dicta est quaestio intelligenda. Et secundum hoc ad evidentiam quaestionis intelligendum est [4] quod pluribus modis committitur simonia quam usura ; quia usura simpliciter dicitur committi respectu bonorum pure corporalium, simonia autem respectu [5] bonorum spiritualium vel spiritualibus annexorum.

Sed si pro aliquo bono temporali detur aliquod temporale, puta : pro vino panis vel pro equo pecunia, quantum ad substantiam facti [6] non committitur peccatum vel usura. Similiter si aliquis sine pacto concedat rem suam alteri [7] utilem retinendo sibi dominium, spe tamen aliquid recipiendi in restitutione talis rei ; vel si aliquis exhibeat alicui servitium aliquod sine

pacto, spe recipiendi aliquod beneficium occasione illius, non oportet quod committatur [8] peccatum vel usura, quia cum in talibus illud quod traditur possit esse appretiabile secundum iustitiam respectu eius quod recipitur, sive cum aliquid transfertur secundum substantiam et secundum usum propter aliquid aliud, ut in contractu emptionis et venditionis ; sive cum traditur usus sine translatione substantiae ex pacto in casu locati sive sine pacto in casu [9] commodati, ideo talia sunt licita.

Sed quia in contractu mutui transfertur totaliter et usus et substantia, non remanet aliquid appretiabile ad aliquid ultra sortem recipiendum ; et ideo qui ex mutuo recipit aliquid ultra ex pacto peccat et committit usuram proprie dictam.

Qui autem mutuat spe recipiendi aliquid ultra sortem ratione mutui, peccat aliquo peccato iniustitiae. Nec tamen proprie committit usuram [**Cod. Q, fol. 181 V^b**] proprie [**Cod. R, fol. 229^a R^b**] dictam [10], quia, ut alias (1) dictum est, usura proprie dicta non committitur nisi ille qui tradit aliquid ultra sortem, aliquo modo involuntarie illud tradat et ad hoc aliquo modo ex parte recipientis sit inductus. Peccat tamen aliter et etiam pro tanto dicitur [11] usurarius, quia sic receptum ultra sortem ex causa mutui recipitur et sic receptum [12] restituere tenetur [13], sicut usurarius tenetur. Quod tamen contingit ob causam aliam quam propter hoc quod alius illud tradidit involuntarie, quae fuit alias (2) declarata et iterum nunc tangetur.

Si autem pro aliquo bono spirituali detur aliquod bonum temporale sive ex pacto sive sine pacto, sic videlicet quod bonum aliquod tale alicui commodetur principaliter spe habendi bonum spirituale, aut si servitium aliquod exhibeatur sub tali spe, committitur peccatum simoniae eo quod, licet talia possint esse appretiabilia respectu aliquorum bonorum temporalium, non tamen respectu bonorum spiritualium quae nullo [14] bono temporali [15] comparari possunt. Et secundum hoc, licet praetextu talium bonorum exhibitorum sive ex pacto sive sine pacto, sine peccato usurae possit quis acquirere iustum titulum in bonis aliis temporalibus quaecumque possunt appretiari respectu aliorum, non tamen in bonis spiritualibus quae sub tali pretio cadere non possunt, nec [16] ecclesiasticis in quibus ius quoddam spirituale sive ad spiritualia includitur.

Non est ergo dubium quin ex tali mutuo [**Cod. V, fol. 227 R^b**] peccatum simoniae committatur ; quia hoc est de ratione mutui quod ratione eius nihil ultra accipiatur et quod fiat absque spe aliquid ultra recipiendi. Et ideo qui ex huiusmodi mutuo sperans aliquid ultra recipere, aliquid ultra recipit ob hoc sibi titulum in recepto ascribens ratione huiusmodi mutui, ratione cuius nullus titulus [17] potest sibi competere, in sic recepto nullum titulum acquirit, sed illud restituere tenetur quantum est de iure naturae, sive illud sit res simpliciter spiritualis [18] sive sit res ecclesiastica et aliquo modo spiritualis vel spirituali annexa [19]. Immo si illud quod in contractu mutui in quo

committi dicitur usura mentalis recipitur cum peccato et est restituendum, multo magis illud quod ex contractu mutui in quo committi dicitur [20] simonia mentalis recipitur, cum peccato recipitur et est quantum est de se et de iure naturae restituendum.

Si autem arguitur quod nec in isto contractu nec in illo receptum ultra sortem est restituendum [21], quia cum non sit ibi aliquod pactum et [22] qualiscumque sit intentio mutuantis, cum tamen dans ultra sortem libere det non coactus vel aliquo modo ab alio involuntarie inductus, dominium rei quam dat in alium transfertur et ille iustum titulum acquirit et sic restituere non tenetur ; dicendum quod ad hoc quod in talibus iustus titulus recipiendi [23] acquiratur, ex parte dantis requiritur quod det simpliciter voluntarie et liberaliter, non involuntarie, ab alio scilicet aliquo modo coactus.

Item ex parte recipientis requiritur quod illud ratione cuius [24] recipit ex natura [**Cod. R, fol. 229**ᵃ **V**ᵃ] sua sit conveniens ut ob hoc rationabiliter recipere possi. Ergo cum in casibus propositis recipiens recipere intendat illud quod recipit ob [25] id quod nullo modo potest esse causa rationabilis recipiendi qualiscumque sit dantis intentio, licet propter aliquid ad ipsum dantem pertinens non impediatur translatio dominii [26] et acquisitio iusti tituli in recipientem, tamen propter indispositionem ipsius recipientis hoc impeditur, sicut etiam contingit in his quae fratribus minoribus conferuntur. quia licet conferens intendat libere et [**Cod. Q, fol. 182 R**ᵃ] absolute et totaliter transferre ius quod habet in re collata in fratres, tamen ex hoc ipsi fratres ius et titulum non acquirunt propter defectum [27] ex parte ipsorum, quia ratione voti voluntarii talium non sunt capaces. Ita etiam in proposito, qui ob causam indebitam et illicitam et insufficientem intendit recipere aliquid et si ob [28] aliquam aliam causam [29] posset esse capax sibi dati, tamen recipiens secundum hanc rationem vel causam non est iudicandus habilis vel capax talis doni, et ex hoc ulterius videtur quod si receptum de bonis temporalibus ultra sortem occasione mutui est [30] restituendum quod etiam in proposito ita debet esse, immo magis.

Sed in contrarium videntur esse plura iura dicentia quod in simonia mentali sufficit poenitentia per quam satisfit Deo, nec oportet beneficium per simoniam acceptum resignare. **Extra** (3) *De Simonia*. capitulo : Mandato ; et in pluribus aliis locis. Ad quae forte posset responderi quod [31] hoc est intelligendum pro tanto quia [32] cum talis simonia sistat infra [33] limites mentis interius nec possit probari exterius, sufficit pro tanto quod per Ecclesiam ulterius non puniuntur [34] in foro exteriori.

Sed istud non videtur sufficere, quia eadem ratione posset dici quod in usura mentali sufficit poenitere et non oporteret restituere receptum ultra sortem, cuius tamen contrarium ab omnibus tenetur. Unde [35] dicitur a pluribus iuristis [36] quod inter usuram et [**Cod. V, fol. 227 V**ᵃ] simoniam inter alias differentias est haec una quod usura sola mente committitur sic quod

in tali facto contrahitur peccatum, et quod inde est receptum est restituendum. In simonia autem mentali etiam peccatum contrahitur, sed receptum restitui non oportet.

Sed istud dictum videtur irrationabile, quia si in altero istorum casuum non requiritur restitutio recepti, multo magis hoc videtur dicendum de usura mentali in quo etiam minus peccatum committitur. Item cum non [37] appareat esse [38] ratio quare receptum per usuram mentalem est restituendum quin eadem ratio in simonia mentali reperiatur [39]. Si enim aliquis mutuat alicui episcopo mille libras spe recipiendi centum libras ultra sortem, alius vero tantum mutuat eidem [40] spe recipiendi beneficium viginti librarum, non apparet [41] ratio propter [42] quam recipiens beneficium sic acquirat iustum titulum quod illud restituere non oportet, recipiens vero centum libras [43] iustum titulum non acquirit, et ideo oportet quod restituat.

Et ideo quidam alii iuristae dicunt et melius, distinguendo quod iura quae videntur dicere quod in mentali simonia sufficit poenitentia interior absque resignatione recepti, intelligenda sunt in illis quae sunt simoniaca quia prohibita ; quia [**Cod. R, fol. 229ᵃ Vᵇ**] cum talia totaliter ex statuto Ecclesiae dependeant [44] quantum ad id quod est in eis simoniacum, statuto Ecclesiae potest fieri quod sufficiat huiusmodi poenitentia ; sed secus est in aliis ubi debitum resignandi non est poena apposita per Ecclesiam, sed consequitur ex natura rei ; et istud videtur melius dictum.

Potest tamen ulterius dici quod, licet quantum est ex natura rei et de iure naturae sicut receptum per usuram mentalem est restituendum, ita etiam beneficium receptum per simoniam mentalem ; tamen per statutum [45] et concessionem Ecclesiae potest esse indultum vel posset indulgeri quod receptum per simoniam mentalem non restituatur ; non autem quod receptum ultra sortem per usuram mentalem. Cum enim Ecclesia habeat plenam et liberam dispensationem et dispositionem in beneficiis ecclesiasticis et possit habentes titulos illos privare et non habentibus titulos illos possit conferre, per statutum [46] ecclesiae potest esse factum vel posset fieri [47] quod licet committens simoniam mentalem non plus acquirat sibi titulum in beneficio quam committens [48] usuram mentalem in recepto ultra sortem ; talis nihilominus post peractam poenitentiam [49] super hoc ex liberalitate Ecclesiae quasi nova collatione titulum assequatur. Non [**Cod. Q, fol. 182 Rᵇ**] sic autem rationabiliter potest fieri in mentali usura, [50] quia in sic habito per simoniam nullus alius habet ius qui laedatur, si ille qui adeptus est illud simoniace non resignet. Sed de illo potest Ecclesia sicut vult disponere sine iniuria alicuius. Non sic autem in usura mentali ; quia cum in recipiente non sit [51] dominium translatum, remanet ius implicite et in virtute in dante qui dedit ei qui non erat habilis ad iuste recipiendum.

Item quia per mentalem usuram ita habet quis bona temporalia a saecularibus sicut et a personis ecclesiasticis, Ecclesia autem non sic potest

vel saltem non consuevit disponere sic de bonis ad saeculares pertinentibus, sicut de bonis personarum ecclesiasticarum, ideo et cetera.

Ad argumentum in oppositum est dicendum quod ad simoniam omnino perfectam et completam et de qua Ecclesia habet cognoscere et iudicare, requiritur pactio, nihilominus [**Cod. V, fol. 227 V[b]**] tamen vera simonia contrahitur ex intentione mala interiori cum opere subsecuto etiam sine pacto. Sed verum est quod, licet in tali facto sit vera simonia quantum ad rationem peccati, non oportet tamen quantum ad poenam consequentem quae est resignatio recepti vel quantum ad [52] irregularitatem quia, ut dictum est, potest esse factum vel potest fieri per statutum Ecclesiae quod tales poenae non habeant locum nisi in simonia quae fit pacto [53] aliquo mediante.

[1] per Q. — [2] committet Q. — [3] *om.* Q. — [4] intelligendum est] est intelligendum RQ. — [5] pure corporalium — respectu] *om.* Q. — [6] quantum — facti] *om.* 1[a] *m.* V ; *add.* 2[a] *m.* V. — [7] *om.* Q. — [8] committator Q. — [9] locati — casu] *om.* Q. — [10] proprie dicttam] *om.* 1[a] *m.* V ; *add. in marg.* 2[a] *m.* V. — [11] us *add.* Q ; *postea del.* — [12] ultra sortem *add.* Q ; *deinde del.* — [13] recipiens *add.* Q ; *del. postea.* — [14] modo *add.* R. — [15] bono temporali] temporali bono RQ. — [16] sine V ; neque Q. — [17] potest *add.* R ; *del. postea.* — [18] corporalis V. — [19] uel — annexa *add. in marg.* 2[a] *m.* V. — [20] sy *add.* Q ; *postea del.* — [21] multo magis id quod ex contractu *add.* Q ; *postea del.* — [22] etiam RQ. — [23] *om.* RQ. — [24] racione *add.* Q ; *postea del.* — [25] illud R. — [26] *om.* Q ; dumci R. — [27] defecfectum 1[ae] *m.* Q *in* defectum *corr.* 2[a] *m.* Q. — [28] obl. 1[ae] *m.* Q *in* ob *corr.* 2[a] *m.* Q. — [29] tam *add.* Q ; aliquam aliam causam] causam aliam aliquam R. — [30] *om.* Q. — [31] ad *add.* Q. — [32] quod Q. — [33] ita R. — [34] punitur R. — [35] propter quod R ; propter Q. — [36] scilicet *add.* RQ. — [37] item cum non] nec RQ. — [38] om. RQ. — [39] recipiatur R. — [40] spe recipiendi — eidem] *om.* Q. — [41] apparens 1[ae] *m.* R *in* apparet *corr.* 2[a] *m.* R. — [42] ratio propter] non app. 1[ae] *m.* R *in* ratio propter *in marg. corr.* 2[a] *m.* R. — [43] *om.* Q. — [44] dispendeant RQ. — [45] statum R. — [46] esse *add.* Q ; *postea del.* — [47] vel — fieri] *om.* 1[a] *m.* V ; *add. in marg.* 2[a] *m.* V. — [48] *om.* Q. — [49] *om.* Q. — [50] tamen *add.* V. — [51] siti 1[ae] *m.* R *in* sit *corr.* 2[a] *m.* R. — [52] quantum ad] ad quantum Q. — [53] et *add.* Q ; *postea del.*

(1) Cfr *Quodl.* X, q. 19, p. 398. — (2) *Ibid.*, p. 400. — (3) c. 46, Mandato nostro, EXTRA, *De Simonia*, V, 3 (FRIEDBERG, *Corpus Iuris Can.*, P. II, col. 767).

QUAESTIO XV

Utrum in pecunia recepta per usuram transferatur dominium in recipientem.

Deinde ad secundum arguitur quod in recipientem pecuniam usurariam dominium transferatur. Quia per voluntatem eius qui habet dominium alicuius rei potest transferri dominium illius [1] rei in alterum. Sed ille qui dat pecuniam usurariam usurario actu qui [2] est voluntarius simpliciter, quia voluntarius in actu et in particulari licet non sit voluntarius secundum quid, scilicet in universali et in habitu, rem illam transfert in alium. Ergo. Et cetera.

Praeterea arguitur **[Cod. R, fol. 230 Rª]** quod saltem in **[Cod. P, fol. 335 Vª]** aliquo casu dominium [3] pecuniae usurariae transferatur [4] in usurarium ostendendo [5] quod aliqua usura est licita ; quia illud quod secundum iura permittitur, licitum videtur. Sed solum prohiberi videtur usura quam exercent usurarii alienigenae (**Extra** (1), *De Usurariis* : Usurarum voraginem) et non prohibetur usura quae exercetur per usurarios de terris in quibus morantur oriendos. Ergo. Et cetera.

Contrarium arguitur ostendendo quod non obstante quod simpliciter voluntarie transferatur pecunia usuraria in usurarium, nihilominus potest vere remanere dominium pecuniae in transferente ; quia quando est realis distinctio [6] inter aliqua duo, potest aliquis transferre ius [7] in uno, ita quod non transferat ius in alio. Sed usus peccuniae et substantia eius sunt quaedam diversa realiter. Ergo potest [8] aliquis simpliciter voluntarie transferre pecuniam in alium propter usum [9], sibi tamen dominium in illa retinendo, sicut apparet in bonis quae dantur fratribus minoribus in quibus dans transfert usum in dictos fratres sine dominio, cum ipsi capaces sint usus rerum non autem dominii ipsarum.

Responsio. Dicendum quod ad hoc quod alicuius rei dominium ab uno in alterum transferatur, requiritur quod in personis sit habilitas ad habendum dominium rei sic transferendae, ita quod transferens habeat ius et dominium in illa re quam [10] transferre vult et quod accipiens sit talis condicionis quod ipse etiam sit capax dominii rei in ipsum transferendae.

Item requiritur consensus liber ex utraque parte, scilicet quod transferens libera voluntate rem in alium transferre intendit pleno iure, nihil sibi in illa retinendo [11] ut sic ille in quem res huiusmodi transfertur illum possit consumere, alie- **[Cod. Q, fol. 182 Vª]** nare, et [12] ea uti absque iniuria transferentis [13] ; et quod ipse recipi- **[Cod. P, fol. 335 Vᵇ]** ens intendat recipere et occupare illam rem tanquam suam in illa plenum ius [14] sibi vendicando. Involuntarie enim non potest aliquis perdere vel [15] consequi ius in re [16].

Et quia sicut [17] de eo quod nihil est non potest aliquis de iure lucrum aliquod vendicare, res autem cuius dominium ab uno in alterum est translatum respectu transferentis nihil est ; ideo ex re translata sic non potest aliquis de iure lucrum aliquod vendicare. Et haec [18] est ratio quare usura est peccatum ; nam usura proprie non habet locum nisi in contractu mutui. Et quia hoc [19] est de natura mutui quod [20] mutuans totaliter transfert rem quam mutuat in alterum et quantum ad usum et quantum ad proprietatem, eo quod usus talis rei est consumptio ipsius et ideo transferens usum talis rei transfert etiam proprietatem ipsius [Cod. V, fol. 228 R^a^] ; et habens ius utendi illa re tali usu habet etiam [21] ius proprietatis in illa, ideo sic transferens non potest aliquid [22] exigere occasione rei sic translatae, quia nihil in re tali retinet. Sed ille qui recipit, solum debet debito iustitiae legalis [23] restituere quantum ipse recepit.

Ulterius est considerandum quod in re aliqua [24] potest aliquis habere possessionem sine iure, dominio [25] et proprietate : et e converso. Et ideo potest etiam in transferendo rem aliquam transferens consentire quod ille in quem transfert habeat [26] nudam possessionem absque omni iure [Cod. R, **fol. 230 R^b^**] et proprietate vel in re ipsa vel [27] in usufructu eiusdem, sicut patet in re deposita [28]. Et etiam e converso, potest quis transferre in alium ius et proprietatem in aliqua re et saltem ad tempus alteri possessionem eiusdem rei conferre vel illam sibi retinere.

Ad propositam ergo quaestionem [29] est dicendum quod qui transfert pecuniam usurariam in alterum ex pacto, hoc non facit omnino involuntarie, sed [30] aliquo modo facit involuntarie [31] [Cod. P, fol. 236 R^a^] . Sed istud involuntarium [32] non videtur respicere per se et directe [33] nisi translationem quantum ad possessionem nudam non quantum ad ius et proprietatem, quia etiam usurarius solum hoc intendit [34] et in pactum deducit et ad hoc agere potest. Et de hoc potest se facere certum ad animum et consensum interiorem [35] transferentis principaliter non respiciens, quia etiam si in pactum deduceret quod transferens pecuniam usurariam, illam transferrat non solum quantum ad possessionem, sed etiam quantum ad ius et proprietatem, sic scilicet quod libere consentiret quod usurarius illa licite uti posset [36], et transferens [37] hoc promitteret, nihil valeret usurario ; quia ad hoc quod vere fiat translatio iuris [38] et proprietatis non sufficit expressio verborum, sed mentis consensus interior de quo nullus potest esse certus nisi Deus. Sed ad hoc quod acquirat sibi aliquis possessionem alicuius rei, sufficit quod ab eo cuius est in ipsum manualiter transferetur et quod alius manucapiat et occupet eam.

Et secundum hoc est dicendum quod cum ex consensu animi fiat translatio rei ab uno in alterum, si [39] dans usuram consentit per se et directe [40] solum in hoc quod alius habeat nudam possessionem rei suae absque aliquo iure proprietatis vel usus in [41] illa re etiam ad horam, et hoc facit voluntarie.

licet voluntario non puro sed mixto, quod tamen est simpliciter voluntarium, debet dici quod nullo modo dominium rei talis [42] transit [43] in illum.

Sed quia possessionem illius rei voluntarie transtulit auctoritate propria, non debet illum [44] huiusmodi possessione spoliare propter ius [**Cod. Q, fol. 182 V^b**] et proprietatem quae penes ipsum remanserunt; sed per iudicem debet compelli usurarius ad restituendum eandem rem numero si extat vel aequivalentem si est consumpta, sicut etiam [45] contingit circa rem depositam.

Sed si [46] transferens pecuniam ultra trans- [**Cod. P, fol. 336 R^b**] lationem quantum ad possessionem quam facit voluntarie aliquo modo, sed voluntario mixto, consimili voluntario [47] consentiat per se et directe [48] quod transferatur quantum ad ius et proprietatem, videtur quod ius [49] et dominium transeat in usurarium si aliud non obsistat; quia nec ex parte transferentis, istis suppositis, est obsistens. Unde rem sic usurario traditam non potest tradens repetere proprie tanquam suam, quia in illa per se et directe nihil intendebat, cum transtulit, retinere. Aliud [50] tamen obsistit in usurario, propter quod sic acceptum tenetur restituere tanquam rem non suam [51].

Et ista possunt aliqualiter declarari per ea quae in contractu matrimonii contingunt. Quia enim matrimonium per se non contrahitur per translationem corporalem secundum quam unus corpus suum transfert in possessionem alterius, sed ex consensu animorum quo unus consentit alteri cohabitare affectu maritali amicabiliter et socialiter, si forte aliquis propter aliquem [**Cod. R, fol. 230 V^a**] metum non etiam tantum qui posset cadere in constantem virum vel ob quamcumque necessitatem involuntariam evitandam, iudicatur ut contrahat cum aliqua voluntarie non voluntario puro sed mix- [**Cod. V, fol. 228 R^b**] to, si talis consentiat solum in translationem corporalem quantum ad praedictam possessionem exteriorem et non consentiat animo cohabitare affectu maritali, est matrimonium [52] praesumptum ab his qui vident quae patent, non verum apud Deum qui intuetur interiora. Sed si sic inductus consentiat etiam animo cohabitare affectu matrimonali non impeditur [53] quin sit verum matrimonium ex parte sic consentientis.

Est tamen [54] circa praedicta intelligendum quod, licet, ut dictum est, transferens rem usurariam explicite per se et directe non consentiat quod usurarius [**Cod. P, fol. 336 V^a**] habeat ius et dominium in illa re vel in usu eius, tamen implicite per accidens et indirecte [55] in hoc etiam consentit in quantum supponit quod usurarius re cuius possessionem adipiscitur [56] modo supra dicto utetur et eam [57] alienabit si voluerit et consumet, et quod illam rem [58] forsitan nunquam restituet; et tamen istis non obstantibus per se et directe consentit quod usurarius habeat talis [59] rei possessionem ex qua praedicta consequuntur; et in hoc intelligitur consentire praedicto modo in praedictis [60]: tamen [61] quia talis res nullo iure usurario est debita et talis consensus est debitus et imperfectus [62], quia cum involuntario multum [63] permixtus [64];

ideo ex [65] ipso non causatur translatio talis rei ita plene et perfecte quod recipiens in illa [66] verum et proprie dictum [67] dominium consequatur ; quia, ut dictum est, huiusmodi consensus sic debilis etiam per se et directe non cadit super hoc, scilicet quod usurarius tali re sic utatur [68].

Sed utrum ex parte usurarii in quem [69] transfertur pecunia modo supradicto et ex parte illius in quam sic inductus consentit affectu maritali, sit aliquid impediens ne ibi transferatur vere dominium et ne hoc sit verum matrimonium, circa hoc intelligendum quod [70] differentia est inter ista, quia contractus mutui ex quo oritur talis translatio differt a matrimonio in quo etiam videtur esse quidam contractus, sed [71] alterius rationis : et ideo etiam multum differt translatio pecuniae usurariae a translatione personarum in matrimonio.

Et est dicendum quod ad hoc quod ex translatione alicuius rei ab aliquo in alium transferatur vere dominium in illum in quem transfertur, ex parte transferentis requiritur quod dictum [72] est. Item ex parte eius in quem transfertur requiritur idoneitas, scilicet quod in eo sit ratio ob quam sit capax dominii talis rei. Si [Cod. P, fol. 336 V^b] enim non sit capax alicuius dominii, sicut dicitur de aliquo fratre [73] minore qualitercumque [74] [Cod. Q, fol. 183 R^a] se habeat transferens, tamen [75] in talem non transit [76] dominium : aut si secundum aliquam considerationem et rationem sit capax, secundum aliam autem non, si ipse intendat illud recipere secundum illam condicionem secundum quam [77] illius non est capax, similiter etiam qualitercumque se habeat transferens, tamen alius talis rei dominium vere non assequitur. Ita est in translatione pecuniae usurariae. Quia enim usurarius illam recipit ratione mutui facti ratione cuius [Cod. R, fol. 230 V^b] non est habilis ad recipiendum, videtur quod titulum non acquirat, nec dominium ex hoc talis rei vere [78] habeat ; sed tenetur semper et ad semper restituere sic acceptum. In re autem qua non potest aliquis licite uti tanquam sua [79] sed semper et ad semper illam ut rem alienam [80] restituere tenetur [81] nullum ius proprietatis et dominii [82] habet. Propter quod si res habita per usuram sit talis quod eius usus non sit ipsius consumptio sed habet usumfructum sicut ager [83] et domus [84] et alia huiusmodi, et usurarius de facto tali re utatur, non solum tenetur restituere rem ipsam sed etiam fructus inde [85] perceptos [86], non nisi quia sunt fructus rei cuius alius est [87] dominus. Quantum ad hoc autem quod est transferri vel non transferri dominium rei habitae per usuram, idem iudicium est in praedictis rebus et in omnibus aliis quae usura extorquentur [88]. Unde ex hoc bene arguitur a posteriori quod in pecunia usuraria non transfertur dominium, quia scilicet illam semper et ad semper usurarius restituere tenetur. Sed hoc non est causa huius quod dominium in usurarium non transferatur. Immo defectus translationis iuris et dominii est causa quare pro nulla hora debet pecuniam retinere, sed causa huius quod dominium in ipsum non transferatur non videtur esse nisi quae dicta est [89]. Sed [Cod. P, fol. 337 R^a]

in matrimonio aliter res se habet. Nam matrimonium videtur quidam contractus non mutui sed cuiusdam commutationis secundum quam res in rem quodam modo commutatur, in quantum scilicet unus coniugum potestatem corporis sui transfert in alium, et e converso. Et ideo cum ex parte sic inducti non sit defectus quare non habeat esse verum matrimonium, si [90] etiam alter coniugum consentiat in cohabitationem coniugalem non est inhabilitas [91] ex parte sua, quia secundum veritatem tantum transfert in alium sicut alius in ipsum ; et in hoc etiam [92] consentit ille alius, scilicet quod ipse [93] idem ius habeat in corpore illius [94] sicut ille [95] habet in suo corpore [96]. Haec enim inseparabilia sunt, quia matrimonium claudicare non potest et ex hoc quod unus consentit cohabitare cum alio coniugaliter, est habilis ad hoc quod si alius similiter consentiat quod verum sit matrimonium nec solus [**Cod. V, fol. 228 V**[a]] consensus unius potest facere habilitatem [97] in alio. Sed in alio casu ille in quem transfertur pecunia usuraria nihil [98] rependit transferenti ratione cuius possit accipi aequalitas quae ad contractum commutationis [99] requiritur. Mutuum enim praecedens non potest esse ratio propter quam possit exigere aliquid ultra ; consensus enim [100] transferentis non potest recipientem habilitare. Nec ipse recipiens, ut dictum est, facit aliquid unde sit habilis [101] ; et ideo non est simile.

Sed remanet circa hoc unum dubium tale. Secundum praedicta enim non solum matrimonium contractum per metum qui cadit in constantem virum, sed etiam per alium levem metum, si non adsit consensus interior, non est verum matrimonium ; sed contractum per metum qui cadit in constantem [102] virum non solum non est verum [103], sed etiam non est praesumptum. Sed ab Ecclesia separantur sic coniuncti. Sed contractum per alium metum, licet non sit verum, est tamen sic praesumptum quod Ecclesia reputat [**Cod. R, fol. 231 R**[a]] ipsum esse verum nec separat sic coniunctos. Sed in pecunia tradita usurario [104] metus modicus de sustinendo mo- [**Cod. P, fol. 337 R**[b]] dico damno temporali intervenit ; et tamen reci- [**Cod. Q, fol. 183 R**[b]] piens ab Ecclesia compellitur ad restituendum, quod non videtur rationabile.

Sed ad hoc est dicendum quod matrimonium est res multum favorabilis et usura est res odiosa. Cohabitare enim virum cum muliere vel e converso in perpetuum corporaliter cum tali servitute quod [105] unus habeat possessionem in corpore alterius et e converso, et praecipue sine affectu [106] amicabili et coniugali est res ita ardua quod nullus in hoc consentit nisi simpliciter voluntarie propter aliqua quae in hoc sibi per se complaceant aut si involuntarie per metum vel aliqualem violentiam ad hoc inducatur, oportet esse metum vel violentiam non levem sed magnum sive gravem ad hoc quod aliquis consentiat sic cohabitare corporaliter. Et ideo cum aliquis consentit sic cohabitare cum alio per levem metum, supponendum est quod simpliciter voluntarie consentiat in cohabitationem perfectam non solum corporalem, sed etiam secundum affectum coniugalem, licet aliquo modo per

huiusmodi metum ab initio attrahatur, nec ab initio simpliciter voluntarius fuerit. Et quia qui [107] voluntarie consentit in talem corporalem cohabitationem non transitoriam, sed perpetuam, per levem metum, satis intelligitur consentire in eam secundum [108] rationem affectus coniugalis, quamvis forte ex pusillanimitate sic contrahentis qui [109] nimis faciliter [110] deicitur tali metu aliquando contingat [111] ut consentiat in cohabitationem corporalem : et non sit talis consensus interior, ut scilicet consentiat secundum affectum coniugalem [112] Ecclesia tamen iudicat illum esse.

Sed non sic est ex alia [113] parte, quia [114] consentire quod pecunia alicuius transeat in alium quantum ad eius [115] possessionem, etiam sic quod nunquam aestimet se illam rehabiturum absque hoc quod consentiat quod hoc fiat amicabiliter et cum consensu [Cod. P, fol. 337 V^a] liberae voluntatis [116] quod transeat quantum ad ius et proprietatem praecipue quando ille [117] alius non amicabiliter nec decenter se habet ad ipsum, non est res ita ardua quin aliquis, licet in hoc modicum detrimentum sentiat [118], in hoc possit satis faciliter consentire timore [119] alicuius alterius damni maioris vel amore alicuius alterius boni [120]. Et ideo ad hoc sufficit modica coactio vel [121] violentia quae inducitur et manifestatur per pactionem quam alius extorquet involuntarie aliquo modo [122] ab eo cui fit [123] mutuum. Et ideo quando constat de tali violentia levi, per huiusmodi pactionem constat quod talis translatio etiam quantum ad solam nudam possessionem non fit simpliciter voluntaria. Ex quo manifestum fit [124] quod non adfuit [125] voluntas transferendi rem talem quantum ad ius et proprieta [Cod. V, fol. 228 V^b] tem sed solum quantum ad nudam possessionem [126]. Et ideo Ecclesia compellit restituere sic receptum; sed non dissolvit matrimonium sic contractum.

Ad hoc etiam est alia ratio propter quam etiam matrimonium est res favorabilis respectu contractus usurarii [127]. Quia scilicet [128] quantum [129] unus coniugum transfert in alium tantum etiam alius rependit illi, unde qui transfert possessionem sui corporis sive voluntarie sive per talem metum in alium, consequitur etiam possessionem corporis alterius. Nec de facili debent [Cod. R, fol. 231 R^b] ab [130] invicem separari qui sic usi sunt mutuo corporibus suis, quod scilicet unus exhibuit corpus suum alteri ad talem usum et e converso. Sed in alio casu qui transfert pecuniam usurariam non recipit ab usurario aliquid aequale. Et ideo res odiosa est usura propter iniustitiam quae est ibi ex defectu aequalitatis quae deberet esse [131].

Per praedicta patet responsio ad obiecta.

Ad primum argumentum enim in contrarium est dicendum quod, licet voluntarie transferat talis pecuniam in alium etiam voluntario mixto quantum ad nudam possessionem, non tamen quantum ad ius et [Cod. Q, fol. 183 V^a] proprietatem.

Ad aliud est dicendum quod nulli usurarii secundum iura praecipue canonica permittuntur ; sed usura universaliter et in vetere et in novo testa-

mento reprobatur. Sed verum est quod ad expellendum extraneos magis invigilant novissima iura propter plurima mala quae per eos magis fiunt quam per alios, ut alias (2) fuit declaratum. Unde ista decretalis facta est propter adiectionem poenarum quae ponuntur [132] respectu extraneorum non autem respectu aliorum. Sed tamen sunt alii compellendi desistere ab usuraria pravitate per censuram ecclesiasticam et aliis viis iuris communis [**Cod. V, fol. 228 V**[b]] secundum quod ordinariis visum fuerit expedire. Sed sicut alias dictum fuit, circa poenas in dicta nova decretali (4) statutas aliqui dubitant quomodo ab illis [133] multi praelati possint esse immunes in quorum terris adhuc huiusmodi usurarii alienigenae commorantur.

Sed quibusdam videtur [134] quod, quia poenae sunt restringendae et in dicta constitutione ante sententiam latam [136] plures articuli exprimuntur et prohibentur inter quos ultimus quasi per se et modo quodam speciali vel singulariter [136] videtur poni, cum scilicet dicitur (5) : nemo illis domos locet. Et ideo secundum istos [138] solum tales ligare videtur.

Sed aliis videtur et forte melius quod sententia ad omnes praecedentes articulos refertur. Et tunc ad evadendum dicunt aliqui quod illi contra quos videtur facta constitutio contractuum suorum actus nunc sic exercent quod, ut dicunt, non debent usurarii iudicari, sed mercatores ; quia non exercent contractus mutui, sed emptionis et venditionis, puta : cum aliquis volens recipere mutuum viginti solidorum et ad hoc offert pignus valens decem libras, dicit talis mercator : nihil mutuabo [139], sed talem rem quam offers pro pignore emam pro [140] viginti solidis et eam pro lucro modico reddam ; et cetera.

Sed cum in hoc appareat fraus manifesta, non video quomodo valeant per hoc praelati in quorum terris tales morantur [141] sufficienter excusari, nisi aliud praetendatur. Et ideo quia de hoc et de multis aliis peccatis prohibendis et extirpandis [142] praelati parum curant et modicum sunt solliciti quod extirpentur [143], super hoc Deo iudicium relinquatur.

Ad argumentum inductum ad aliam partem, quia non bene procedit, est respondendum et dicendum quod causa quare dominium non transfertur in pecunia usuraria non est haec [144], scilicet quod [145] quia usus pecuniae et substantia eius sint vel non sint ab [146] invicem separabilia. Sed qualitercumque hoc sit vel non sit possibile, causa est defectus consensus ; quia tradens pecuniam [148] [**Cod. R, fol. 231 V**[a]] usurariam non consentit animo [149] quod ille cui [150] tradit dominium vel etiam usum illius pecuniae habeat quia non [**Cod. V, fol. 229 R**[a]] consentit quod aliquid iuris habeat in illa [151], sed solum nudam et iniuriosam quia [152] involuntariam et aliquo modo extortam possessionem. Sed quia per virtutem medii dicti argumenti posset argui quod usura non esset peccatum sub hac forma ; quia si ita sit quod usus cuiuslibet rei potest [153] separari a substantia ipsius sic quod ab eo cuius est res possit transferri usus eius remanente sibi iure et dominio in substantia, tunc cum licitum sit alicui recipere pretium aliquod pro usu [154] rei suae quae sua re-

manet quando alius illa utitur, ille qui in mutuando pecuniam alicui intendit transferre usum pecuniae in alium iure et dominio sibi retento in ipsa pecunia pro usu licite poterit aliquid exigere et recipere et non dicetur quod recipiat aliquid de nihilo vel de non suo, sed de aliquo quod est suum.

Ad hoc autem [155] est dicendum quod rerum quae veniunt in usum [Cod. Q, fol. 183 V^b] hominis et quae propter usum quaeruntur, quaedam sunt quae statim actu quo veniunt in usum primo consumuntur ; quaedam autem quae non uno actu et statim, sed pluribus et per diuturnitatem temporis, quaedam autem sunt quarum substantia est perpetua nec usu continuo [156] consumuntur. Et de istis in generali videtur dicendum quod non potest concedi vel transferri usus alicuius rei usque ad illius consumptionem quantum ad res quae usu consumuntur cuiusmodi [157] sunt res mobiles quin etiam talis rei dominium transferatur, nec usus rei quae usu non consumitur cuiusmodi [158] sunt res immobiles, potest in alium transferri in perpetuum quin etiam ius et dominium talis rei transferatur. Cum enim tales res [159] non quaerantur nisi propter usum ad quem sunt, abdicans a [160] se usum talium totaliter et totalem nihil in illis intelligitur retinere ; et qui habet eas ad omnem usum ad quem possunt ordinari sic quod ab illo non potest per alium impediri, habet eas pleno iure. Unde non stant ista simul quod aliquis habeat ius et dominium in aliqua domo mobili vel etiam in aliquo fondo immobili et in illo in perpetuum nullum usum possit habere nec per se nec per alium. Ita etiam manifestum est de aliis rebus quae non statim primo actu usus consumuntur quod nullus potest transferre usum alicuius [161] talis rei quin etiam pro tanto transferat dominium et ius in illa quantum ad substantiam.

Et quia in pecunia quae per mutuum transfertur mutuans transfert illam simpliciter et absolute propter eius usum qui est consumptio eius, quia ad hoc recipit eam, alius sic transferendo necessario etiam transfertur ius et cominium in illa, licet ille in quem transfertur [162] remaneat transferenti obligatus ad tantumdem [163]. Et ideo cum in illa pecunia nihil retineat ratione talis translationis non potest sibi de iure aliquid vindicare [164]. Et similiter qui transfert panem in aliquem simpliciter propter usum eius, qui est eius esus per quem consumitur, transfert etiam ius et dominium in illo. Et similiter est in aliis.

Quando dicitur quod immo hoc est possibile quod separetur unum istorum ab alio, quia ille cuius est res aliqua potest transferre usum illius in fratres minores, quia illius sunt capaces, non tamen ius et dominium in illa, quia illius [Cod. R, fol. 231 V^b] non sunt capaces, sed remanet penes transferentem ; dicendum quod si transferens rem aliquam in fratres minores illam transfert simpliciter et absolute et in omnem eventum, intendens omne ius quod sibi competere potest in illa re a se totaliter abdicare, tunc non remanet aliquod [165] ius vel [166] dominium in transferente.

Item nec in fratres minores potest transire ius aliquod in tali re ; et ideo talis [**Cod. V, fol. 229 R^b**] res quantum ad ius et dominium nullius esset, sed pro derelictra aliquo modo [167] deberet haberi, si dominus papa quasi pro ipsis fratribus in rebus ab aliis sic eis collatis non haberet ius praedictum, in quantum ipse praecipue intes omnes personas ecclesiasticas principalius [168] habet ius in omnibus rebus ecclesiasticis ; quae autem conferantur fratribus minoribus fiunt bona ecclesiastica in quantum ipsi fratres sunt personae ecclesiasticae constituentes collegium religiosorum ab ecclesia approbatum. Si [169] autem papa sic dictis fratribus aliquid daret quod in illo nihil penitus retineret, tunc sequeretur quod dictum est, videlicet quod tale quid ad nullius ius et dominium determinate pertineret.

Sed non est supponendum quod dantes fratribus dent eis nisi modo quo eis valere possint, ut scilicet in illis sic habeant usum necessarium quod dominium illarum rerum vagum non [**Cod. Q, fol. 184 R^a**] remaneat vel incertum. Unde cum talia dent ad utilitatem fratrum, eorum intentio est supponenda talis quod rem eis datam nullus occupet contra ipsorum fratrum voluntatem ; et sic nullus sic dat eis quod datum sit habendum simpliciter pro derelicto, sed remanet penes dantem saltem implicite et sub condicione, vel transit in dominium domini papae.

Sed adhuc remanet dubium quomodo hoc sit possibile, scilicet quod usus alicuius rei quo res ipsa statim consumitur transfertur [170] in aliquem et tamen ius et dominium illius rei in illum non transfertur, cum haec inseparabilia videantur [171]. Et est dicendum ad hoc quod transferens rem aliquam talem quae transfertur propter eius usum, ipse in transferendo potest legem in modo transferendi sive explicite sive implicite [172] imponere ; quia transferens in hoc consentire potest quod ille in quem transfert suam rem utatur ea, quandocumque [173] sibi placet, usu etiam quo ipsa res totaliter consumitur et [174] usu quo in alium per alienationem transfertur [175] sub his forma et modo quod quamdiu res illa in rerum natura exstabit et usu consumpta non fuerit ipse transferens ius et dominium habeat in illa sic quod ipsam ad se possit totaliter revocare.

Et tunc dicendum est quod ille, in quem res sic transfertur [176], in illa re ius et dominium nullum habet, sed de consensu eius cuius est potest habere in illa usum simplicem facti. Licet enim contra iura civilia, immo contra ius naturae et rectam rationem videatur quod aliquis possit habere verum ius et dominium et proprietatem in aliqua re sive [177] mobili sive immobili et nunquam usum illius habere possit, quod contingit si usum et potentiam utendi in perpetuum a se abdicaret [179], tamen non est impossibile quod aliquis huiusmodi [179] ius habeat in re cuius usum nunquam habere proponit, et forte etiam de facto [180] nunquam habebit, Potest tamen usum illius habere quandocumque [181] sibi placuerit quamdiu res extiterit in sua natura, nec per illum

cui est concessa ad usum fuerit [Cod. R, fol. 232 Ra] consumpta per usum ipsius aut translata in alium vel alienata.

Sed cum possit aloquo modo intelligi quod sic transferens habeat in re translata ius et dominium antequam per eius usum consumatur, adhuc remanet dubium quis habeat dominium illius in actu usus exerciti per quem actualiter consumitur et adhuc habet [182] esse secundum eius [183] aliquam entitatem [184], puta : cum panis ori impositus masticatur et vinum etiam transglutitur.

Et videtur dicendum quod, quamdiu remanet in eo loco et in tali forma substantiae quod convenienter [185] potest reddi transferenti si repetat, ius remanet penes transferentem, et ei est reddenda res translata. Si autem [Cod. V, fol. 229 Va] ulterius sit processum, pro consumpta debet res huiusmodi reputari. Et est manifestum quod tali modo retinens [186] ius et dominium in tali re et concedens usum illius ratione talis dominii retenti [187] non potest aliquid exigere, eo quod per usum in quem simpliciter consentit totaliter consumitur talis res.

Similiter etiam si mutuans pecuniam illam mutuaret sub hac forma quod in mutuando talem apponeret condicionem quod quamdiu illa remaneret non consumpta, in illa sibi ius retineret et illam recipere posset [188], ille alius in huiusmodi pecunia solum usum simplicis facti videretur habere. Quia tamen de licentia mutuantis per usum facti simplicem quando esset in actu exercito usus [189] consumeretur ratione retentionis dominii tali modo nullum ius posset sibi vendicare in aliquo sibi debito ultra sortem.

[1] illic 1ae *m.* Q *in* illius *corr.* 2a *m.* Q. — [2] *om.* PRQ. — [3] p *add.* Q ; *postea del.* — [4] transferantur 1ae *m.* Q *in* transferatur *corr.* 2a *m.* Q. — [5] transferendo 1ae *m.* R. *del. et* ostendendo *in marg. corr.* 2a *m.* R. — [6] in *add.* Q : *deinde del.* — [7] *om.* Q ; *suppl. postea.* — [8] aliquid *add.* Q ; *postea del.* — [9] susum 1ae *m.* R *in* usum *corr.* 2a *m.* R. — [10] quid R. — [11] transferendo 1ae *m.* R. *del et* ritinendo *in marg. corr.* 2a *m.* R. — [12] etiam P. — [13] ut sic — transferentis] *om.* 1a *m.* V : *add. in marg.* 2a *m.* V. — [14] plenum ius] plenius P. — [15] perdere *om.* P ; perdere vel] *om.* 1a *m.* V ; *add. in marg.* 2a *m.* V. — [16] in re] iure VP. — [17] dicitur P. — [18] hoc PRQ. — [19] haec V. — [20] quia PRQ. — [21] et R. — [22] aliquis P. — [23] debito — legatis] *om.* Q *et* 1a *m.* VR ; *add. in marg.* 2a *m.* VR. — [24] alia P. — [25] *om.* 1a *m.* V ; *in marg. add.* 2a *m.* V. — [26] hanc P. — [27] etiam *add.* RP. — [28] vel in re — deposita] *om.* 1a *m.* V ; *in marg. add.* 2a *m.* V. — [29] ergo quaestionem] quaestionem ergo Q. — [30] non — sed] *om.* 1a *m.* V ; *add. in marg.* 2a *m.* V. — [31] voluntarie PQ. — [32] voluntarium PQ. — [33] respicere per se et directe] *om.* 1a *m.* V : per se et directe respicere *add. in marg.* 2a *m.* V. — [34] intenti R. — [35] et — interiorem] *om.* 1a *m.* V : *in marg. add.* 2a *m.* V. — [36] sic — posset] *om.* 1a *m.* V ; *add. in marg.* 2a *m.* V. — [37] ad *add.* R : *postea del.* — [38] videtur P. — [39] sed R. — [40] per se et directe] *om.* 1a *m.* V : *add. in marg.* 2a *m.* V. — [41] usus in] *om.* 1a V ; *in marg. add.* 2a *m.* V. — [42] rei talis] talis rei P. — [43] transtulit R : — translatio Q. — [44] soillum 1ae *m.* Q *in* illum *corr.*, 2a *m.* Q. — [45] hoc *add.* R. — [46] sit 1ae *m.* Q *in* si *corr.* 2a *m.* Q. — [47] consimili voluntario] *om.* 1a *m.* V ; *in marg. add.* 2a *m.* V. — [48] per — directe] *om.* 1a *m.* V ; *add. in marg.* 2a *m.* V. — [49] *om.* Q ; *suppl. postea.* — [50] non ob *add.* Q ; *deinde del.* — [51] unde rem sic — non

suam] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [52] manifestum P. — [53] impedit P. — [54] cum *add.* Q ; *del. postea.* — [55] directe 1ªᵉ *m.* Q *in* indirecte *corr.* 2ª *m.* Q. — [56] adipiscatur P. — [57] illam PQ. — [58] *om.* PRQ. — [59] habeat talis] hanc talem P. — [60] intelligitur consentire praedicto modo in praedictis] praedicto modo in praedictis intelligitur consentire PRQ. — [61] *om.* P. — [62] imperfectos Q. — [63] multis PV. — [64] permixtum 1ae *m.* Q *in* permixtus *corr.* 2ª *m.* Q. — [65] in 1ae *m.* R *del. et* ex *corr.* 2ª *m.* R. — [66] illam V. — [67] *om.* V. — [68] Est tamen circa praedicta intelligendum — tali re sic utatur] *om.* V, *sed ponit paulo in ferius post verba* : non videtur esse nisi quae dicta est (*p.* 289, *in fine*). — [69] in quam] in quantum P. — [70] et di *add.* Q ; *postea del.* — [71] oportet R. —[72] dictum *add.* Q ; *postea del.* — [73] facere P. — [74] et *add.* R ; *deinde del.* — [75] cum P. — [76] non transit *add.* Q, *deinde del.* — [77] alm alicuius *add.* Q ; *postea del.* — [78] nec P. — [79] tanquam sua] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª m. V. — [80] ut rem alienam] *om.* V ; *add. in marg. alia m.* V. — [81] ut rem alienam *add. in marg. alia m.* R. — [82] dominium P. — [83] agens P. — [84] dominus P. — [85] tamen RQ. — [86] percepptos 1ae *m.* Q *in* perceptos *corr.* 2ª *m.* Q. — [87] quae R. — [88] extorquerentur P ; — Propter quod si res habita — in omnibus aliis quae per usurum extorquentur] *om.* V, *sed ponit infra immediate post verba* : quod usurarius tali re sic utatur, *quae prius omissa fuerant a* V (*vide notulam* 68). — [89] *Hic ponuntur in marg.* V (2ª *m.*) *ea quae supra omittebantur a* V, *quorum initia sunt* (*p.* 288) : Est tamen circa praedicta intelligendum quod licet, ut dictum est, transferens rem usarariam *etc, et extrema* (*p.* 289) : et in omnibus aliis quae per usuram extorquentur (*cfr. notula* 68) ; — *eadem hoc loco iterantur in Codice* R, *ab alia m., ima parte folii* 230 v, *quae supra retulimus* (*p.* 288-289) *concorditer cum aliis codicibus, Codice* V *excepto.* — [90] sed Q. — [91] habilitas R. — [92] et Q. — [93] *om.* PRQ. — [94] *suo* PRQ. — [95] ipse PQ. — [96] in suo corpore] in corpore illius PRQ. — [97] humilitatem Q. — [98] in *add.* Q ; *postea del.* — [99] communicationis VP. — [100] etiam VRQ. — [101] humilis Q. — [102] contestantem Q. — [103] matrimonium — verum] *om.* P. — [104] tradita usurario] usurario tradita P. — [105] quod *add.* Q. — [106] *om.* Q. — [107] *om.* Q. — [108] secundum *add.* P. — [109] quod Q. — [110] dicitur *add.* Q ; *postea del.* — [111] aliquando contingat] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [112] ut — coniugalem] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [113] illa PRQ. — [114] *om.* P. — [115] ad eius] *om.* Q. — [116] liberae voluntatis] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [117] *om.* 1ª *m.* R ; *add. in marg.* 2ª *m.* R. — [118] sentiate Q ; consentiat P. — [119] non re R. — [120] vel — boni] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [121] coactio vel] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [122] aliquo modo] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V ; — involuntarie aliquo modo] aliquo modo involuntarie P ; alio modo involuntarie RQ. — [123] vel *add.* Q ; *postea del.* — [124] fiti 1ae *m.* R *in* fit *corr.* 2ª *m.* R. — [125] fuit Q ; abfuit P. — [126] non fuit simpliciter — ad nudam possessionem] *om.* P. — [127] respectu — usurarii] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [128] si P ; *om.* Q. — [129] quem Q. — [130] ad Q. — [131] *Iterantur hoc loco in Cod.* P *ea quae retulimus supra* (p. 288) *quorum prima sunt* : Est tamen circa praedicta intelligendum... explicite per se et [**Cod, P. fol. 337 Vᵇ**] directe non consentiat ; *et extrema* : tali re sic utatur (p. 289), *his tamen aliis pro aliis verbis interpositis* :(*p.* 288, *l.* 36) eius, tamen] eius, cum tamen P ; — (*p.* 288, *l.* 37) adipiscitur] adipiscatur P ; — (*ibid.*) eam] illam P ; — (*p.* 288, *l.* 39), rem] *om.* P ; forsitan] forsitam P ; — (*ibid.*, *l.* 41) et in hoc] praedicto modo in praedictis *add.* P ; — (*ibid.*) praedicto modo in praedictis] *om.* P. — [132] restringuntur V. — [133] aliis Q. — [134] dicitur Q. — [135] latum Q. — [136] vel singulariter] *om.* RQ. — [137] secundum *add.* R ; *del. postea.* — [138] sententia lata] lata sententia RQ ; — et *add.* Q ; *postea del.* — [139] mutabo Q. — [140] *om.* Q. — [141] moruntur P ; in — morantur] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [142] excrepandis P. — [143] excrepentur P. — [144] hoc P. — [145] haec scilicet quod] *om.* RQ. — [146] ad Q. — [147] haec V. — [148] per *add.* Q. — [149] libere et plene voluntario *add.* RQ. — [150] qui Q. — [151] quia — illa] *om.* R ; — per se et directe Q. — [152] etiam aliquo modo *add.* RQ. — [153] se *add.* Q ; *deinde del.* —

[154] per usum P. — [155] lautem 1ae *m.* Q *in* autem *corr.* 2a *m.* Q. — [156] *continuo add.* R; — consu *add.* Q; *postea del.* — [157] cuius VP; — concuiusmodi Q. — [158] cuius VP. — [159] transferuntur *add.* Q; *postea del.* — [160] ad Q. — [161] *om.* P. — [162] ius et dominium illa licet in quem transfertur *add.* Q. — [163] tantidem P. — [164] vendicare P. — [165] *om.* PRQ. — [166] et R. — [167] aliquo modo] *om.* RQ. — [168] praecipue — principalius] *om.* 1a *m.* V; *add. in marg.* 2a *m.* V. — [169] sed Q. — [170] transferatur P. — [171] videntur Q. — [172] sive explicite — implicite] *om.* 1a *m.* V; *add. in marg.* 2a *m.* V. — [173] quantumcumque P. — [174] in Q. — [175] et — transfertur] *om.* 1a *m.* V. *add. in marg.* 2a *m.* V. — [176] transferuntur P. — [177] re *add.* Q; *del. postea.* — [178] abdicare RQ. — [179] huius R. — [180] de facto] *om.* V; *add. in marg. alia m.* V. — [181] quantumcumque RPQ. — [182] potest R. — [183] ali *add.* Q. — [184] aliquam entitatem] entitatem aliquam P. — [185] potest *add.* Q; *deinde del.* — [186] retinnens 1ae *m.* Q *in* retinens *corr.* 2a *m.* Q. — [187] pro huiusmodi usu *add.* QR. — [188] et *add.* Q. — [189] *om.* PV.

(1) c. 1, Usurarum voraginem, SEXTO, V, 5, *De Usuris* (FRIEDBERG, *op. cit.*, II, col. 1081). — (2) Cfr. *Quodl.* XII, q. 9 (p. 116 ss.). — (3) c. 1, Usurarum voraginem, in SEXTO, V, 5, *De Usuris* (*op. cit., loc. cit.*). — (4) *Ibid.* (*op. cit., loc. cit.*). — (5) *Ibid.* (*op. cit., loc. cit.*).

QUAESTIO XVI

Utrum aliquis qui constitutus procurator ad procurandum alicui aliquod beneficium ecclesiasticum procurat illud pro se ipso peccet.

Deinde arguitur ad tertium quod talis procurator non male agit, quia unusquisque magis debet se ipsum diligere quam alterum et bonum suum diligentius procurare quam alterius. Ergo talis procurator non male, immo bene facit sibi tale beneficium procurando.

Contra. Qui non facit quod promisit, peccat et infideliter agit. Ita est in proposito. Ergo. Et cetera.

Responsio. Dicendum quod si talis sub hac forma suscepit negotium tale quod nullo modo beneficium tale pro se ipso nec pro quocumque alio procuraret nisi pro illo per quem ad hoc constituebatur, dum tamen hoc esset possibile fieri, et ad hoc procurandum promisit se fideliter laboraturum, planum est quod non potest pro se procurare nisi [1] contingat quod ille cuius procurator existit ab illo beneficio totaliter repellatur. Illo enim repulso [2] potest pro se laborare ad obtinendum illud sicut quodcumque aliud suppositis quae requiruntur in illo qui vult pro se beneficium procurare, quae tamen modicum hodie a pluribus attenduntur. Sed de illis nihil ad propositum [3].

Ad argumentum in oppositum est dicendum quod quantumcumque aliquis plus se debeat [4] diligere quam alterum et sibi diligentius bona procu-

rare, tamen in omnibus semper intelligendum est quod sine praeiudicio alterius agat. Et quia praeiudicaret illi, per quem [5] est constitutus procurator, ideo praedicta sibi facere non licet.

[1] *om.* Q ; *suppl. postea.* — [2] expulso Q. — [3] oppositum Q. — [4] debat R. — [5] *om.* 1ª *m.* V ; *in marg. scrips.* 2ª *m.* V.

QUAESTIO XVII

Si aliqui subditi habentis bellum contra aliquos non vocati a domino immiscent se exercitui dicti domini et rapiant aliqua de bonis inimicorum possint illa retinere et si tenentur restituere.

Deinde ad quartum arguitur quod tales non teneantur restituere quae sic rapue [**Cod. R, fol. 232 R^b**] runt ; quia [1] qui gravat et laedit sive in corpore sive in rebus inimicos principis habentis iustum bellum agit illud quod principaliter intendit ipse princeps et sic agit illud quod debet principi esse gratum et acceptum. Et secundum hoc, cum videatur agere negotium principis et pro ipso, non videtur peccare ; ideo nec illa tenetur restituere.

Contra. Qui habet aliquid in quo non habet iustum titulum, illud tenetur restituere. Sed ita est in proposito. Quia tales non habent huiusmodi bona auctoritate principis, quia ab [2] ipso non sunt vocati ; nec auctoritate eorum quorum fuerunt. Ergo. Et cetera.

Responsio. Dicendum quod ad hoc quod aliquis habeat iustum bellum, sic scilicet quod posset animadvertere et in personas et in res omnium illorum qui morantur in terra principis contra quem talis habet bellum, multa requiruntur. Supposito [3] autem quod haec omnia in casu proposito concurrant, est dicendum quod loquendo de illis qui sic sunt inimici principis habentis bellum facto et animo, quod merito princeps potest acquirere ius in bonis ipsorum de quibus im-[**Cod. V, fol. 229 V^b**] pugnant ipsum vel impediunt, et sic habet ius ad illa bona ; non autem proprie in ipsis, quia nec habet possessionem ipsorum. De ipsis potest sic disponere quod ius illud voluntarie in alios transferendo consentit, quod solum illi qui ab ipso sunt vocati habeant bona inimicorum suorum si illa possint acquirere, quia etiam talibus merito magis favet. Et secundum hoc illi qui non sunt a rege vocati [4] nullum ius in dictis bonis acquirere possunt, quia non auctoritate regis ; quia nec eius auctoritate pugnant, sed ex propria libidine. Et si aliquos interficiant,

peccant vero peccato homicidii. Et si aliqua bona capiant, peccant vero peccato iniustitiae, scilicet rapina.

Si autem non obstante quod vocat non omnes generaliter, sed aliquos de populo suo determinate, quia non expediret quod terram suam nimis vacuam relinqueret vel non vult populum suum nimis gravare, placet sibi tamen [**Cod. Q, fol. 184 V**[a]] ut melius et citius sui inimici opprimantur quod quicumque veniunt in sui adiutorium quod gravent inimicos et in corporibus et in rebus, et quod illa quae capere poterunt sint sua, cum tales quodam modo implicite sint à rege vocati, videtur quod illud quod tales capere poterunt restituere non tenebuntur [5]. Et hoc videtur praecipue si tales venientes qui possent non [6] venire in favorem principis cuius homines sunt et propter bonum commune cuius pars sunt, ad domini bellum accedunt.

De extraneis autem hoc [7] non videtur, maxime si non sint multum indigentes [8]. Si enim bonis temporalibus non multum indigent [9], et tamen [10] causa lucri et ex cupiditate accedunt ad tale bellum, non propter affectum vel amorem quem habeant ad bonum principis vel iustitiae, videntur peccare graviter, licet titulum acquirant in bonis, quae tamen mala et libidinosa voluntate acceperunt.

De illis autem praedictis qui in talibus ius non acquirunt et ideo restituere illa tenentur, videtur quod magis debent restituere illis a [11] quibus receperunt, quia in illis per regem nullum ius habere possunt ; rex etiam [12] non erat in possessione illorum [13]. Et ideo illi in sua possessione [**Cod. R, fol. 232 V**[a]] sunt restituendi ; quia tales ipsos non regis auctoritate sed sua mala voluntate spoliaverunt [14].

Per praedicta patet responsio ad obiecta [15].

[1] et RQ. — [2] *om.* Q. — [3] sub posito Q. — [4] a rege vocati] vocati a rege R. — [5] tenebunt RQ. — [6] nos 1ae *m.* Q *in* non *corr.* 2a *m.* Q. — [7] videtur *add.* Q. — [8] bonis temporalibus *add.* RQ. — [9] si — indigent] *om.* RQ. — [10] eum Q. — [11] illis a] illa RQ. — [12] in illis — etiam] nondum sic erant regis quod in ipsis plenum ius haberet quia RQ. — [13] *om.* 1a *m.* Q ; *suppl. postea* 2a *m.* Q. — [14] spoliaverunt Q. — [15] per praedicta — obiecta] *om.* V.

QUAESTIO XVIII

Si aliquis elegit sepulturam in aliquo loco et iuramento firmavit quod hoc non revocaret possit mutare absque trangressione iuramenti.

Deinde ad quintum arguitur quod talis possit mutare promissum factum circa sepulturam non obstante iuramento, quia iuramentum factum contra bonum spirituale iurantis non tenet. Sed ita est in proposito. Ergo. Et cetera.

Contra. Simplex promissum est servandum, ergo promissum iuramento firmatum est firmiter [1] adimplendum.

Responsio. Dicendum quod ea quae dependent a simplici hominis proposito et voluntate, quamdiu voluntas hominis in vita ista est ambulatoria, mutari possunt. Talia sunt quae sub ordinatione simplicis legati in testamento cadunt.

Et ideo si aliquis fecit aliquem legatum alicui ecclesiae de rebus suis, si ulterius non est processum ,potest illud libere mutare. Si autem ultra simplex propositum procedatur ad promissum rei quae cedit ad utilitatem eorum quibus fit et fiat promissum per modum simplicis donationis inter vivos alicuius rei, nec tamen statim fiat translatio rei promissae in donatione [**Cod. V, fol. 230 R**[a]], promittens simpliciter obligatur, nec potest illud mutare.

Si tamen rem promissam in alios transferat, illi ex translatione talis rei cuius transferens adhuc habebat dominium et possessionem, ius et titulum acquirunt ; nec competit actio contra eos.

Sed transferens peccat et tenetur aequivalens dare si potest et contra ipsum actionem possunt habere illi quibus promisit. Si autem sit aliquod [2] promissum tale quod [3] non exeat totaliter limites propositi, ut scilicet fiat donatio simpliciter et perfecte, si tamen iuramento sit firmatum, cum iuramentum videatur aliquid addere [4] ultra propositum et de simplici proposito videatur per iuramentum [5] assertorium fieri simpliciter promissio, ab illo non licet discedere nisi in melius notabiliter commutetur, sicut patet de volente ingredi religionem. Nam si aliquis considerans de statu suo ex deliberatione firmet in corde suo propositum ingrediendi religionem dicendo sibi ipsi [6] intus in corde : status saecularis non [**Cod. Q, fol. 184 V**[b]] est securus, bonum est intrare religionem ; et ideo [7] ego omnino propono intrare et intrabo utique Domino concedente ; talis conceptus non habet nisi rationem propositi ; et istud propositum potest mutari. Si autem ultra hoc procedatur ad votum vel iuramentum, quia sic de proposito videtur fieri promissum, sic non videtur licitum mutare nisi in melius notabile. Si autem sit de re quae solum respicit bonum et profectum sic promittentis, quando occurrit melius potest mutari, quia in meliori quod [8] minus bonum est includitur. Si autem

in illo etiam attendatur aliorum profectus [9] et ad profectum eorum notabiliter [10] cedit talis promissio unde fieret eis praeiudicium si revocaretur, videtur quod talis promissio mutari non possit in quantum hoc cederet [11] in praeiudicium illorum [12]. [Cod. R, fol. 232 V[a]]

Sic autem potest esse de sepultura sic electa et iuramento firmata. Et ideo si aliquis cum discretione elegit sepulturam, puta in loco decenti et honesto, et ex hoc illi in quorum loco [13] elegit sepulturam temporale commodum consequuntur et hoc bene intendebat eligens, non videtur quod liceat [14] mutare ; et praecipue quando probabiliter potest apparere quod invitantes ad mutationem attendunt etiam ad commodum temporale.

Sed si appareret multum notabilis profectus spiritualis [15] eligentis quem in eligendo non praevidebat aut notabilis necessitas aliarum religiosarum [16] personarum cui per sepulturam talem poterit notabiliter [17] subveniri et aliis modicum hoc nocebit, potest dici quod in tali casu licitum sit mutare ; quia sicut reus fracti voti non habetur qui illud in melius commutat, ita etiam non dicetur iuramenti transgressor qui illud quod iuravit modo supradicto in melius commutat. Unde in tali casu, qui iuravit non indiget absolutione vel dispensatione super iuramento [Cod. V, fol. 230 R[b]] nisi sicut ille qui priusquam [18] iuravit se intraturum aliquam [19] religionem laxiorem [20] et non aliam vult intrare arctiorem, quia non debet dici quod talis in hoc faciat aliquid proprie quod sit in praeiudicium illorum in quorum loco elegerat sepulturam : nam licet tales ex huiusmodi mutatione damnum in bonis temporalibus consequantur, quia tamen illa per se et immediate non cadebant sub promissione sed praetextu sepulturae quae principaliter debet respicere [21] bonum spirituale sepeliendi. Cum autem occurrit maius bonum spirituale, licitum est in illud mutare promissum de minori bono ; nec in hoc alteri praeiudicium fieri debet dici [22] sicut patet in illo qui promisit se et sua alicui religioni laxiori [23] qui nihilominus potest se et sua transferre in religionem arctiorem sine praeiudicio aliorum ; ideo consimiliter potest fieri in casu proposito.

Per praedicta patet responsio ad obiecta.

Explicit decimum tertium quodlibet magistri Godefridi [24] de Fontibus [25].

[1] ad *add.* R. — [2] sit aliquod] aliquod sit R ; *om.* V, *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [3] *om.* 1ª *m.* V, *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [4] reddere R. — [5] tamen *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [6] *om.* Q. — [7] est securus — ideo] *om.* Q. — [8] quia R. — [9] etiam attendatur aliorum profectus *add.* RQ. — [10] *om.* 1ª *m.* V, *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [11] hoc cederet] *om.* RQ ; in — cederet] *om.* 1ª *m.* V, *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [12] hoc cederet absque notabili profectu spirituali mutantis *add.* RQ. — [13] decenti — loco] *om.* Q. — [14] in *add.* Q ; *postea del.* — [15] *om.* 1ª *m.* V, *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [16] religiosorum Q. — [17] *om.* 1ª *m.* V, *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [18] postquam RQ. — [19] aliqua R. — [20] latiorem V. — [21] debet respicere] respicere RQ. — [22] *om.* R ; debet dici] dici debet Q. — [23] latiori V. — [24] explicit decimum tertium magistri Godefridi de Fontibus] *om.* V ; de fontibus] *om.* RQ.

DECIMUM QUARTUM QUODLIBETUM

QUAESTIO I

Utrum iustitia sit virtus generalis ab aliis virtutibus moralibus distincta.

[Cod. P, fol. 340 Vb ; Cod. Q, fol. 185 Ra ; Cod. K, fol. 75 Vb] [1]. Circa iustitiam quaerebatur primo : utrum iustitia sit virtus generalis ab aliis [2] virtutibus moralibus distincta. Secundo utrum praeter iustitiam sit aliqua alia virtus appetitiva [3] generalis. Circa quas quidem [4] quaestiones inductae sunt quaedam rationes ad materiam ipsarum quaestionum directe pertinentes et veritatem earum principaliter inquirentes ; quaedam autem materiam [5] plurium aliarum quaestionum tangentes et [6] propter solutionem illarum inducebantur. Et secundum hoc ea quae inducta sunt ad praesentes quaestiones tam directe quam indirecte requirunt solutionem [Cod. R, fol. 233 Ra] multarum quaestionum ; propter quod de singulis aliquid est dicendum. Sed primo tractanda sunt circa [7] praesentes quaestiones ea quae ad ipsas pertinent magis principaliter et directe. Deinde tractabuntur illa quae magis principaliter pertinent ad alias quaestiones.

Circa primum primo est declarandum quantum ad primam quaestionem quod inter virtutes acquisitas politicas, id est ad bonam [8] conversationem [9] hominis in ordine ad se ipsum et [10] in ordine ad alios, prout est sibi possibile et conveniens ex naturalibus pertinentes, ponenda est virtus aliqua generalis. Secundo quod huiusmodi virtus est iustitia quaedam. Tertio est declarandum qualis est generalitas talis virtutis. Quarto quomodo est distincta ab aliis virtutibus [11] specialibus. Deinde quantum ad secundam quaestionem est declarandum quod est quaedam alia virtus generalis et quomodo ab invicem distinguuntur huiusmodi virtutes generales.

I. — Circa primum est intelligendum quod, prout dicit **Philosophus** (1) in fine primi *Ethicorum*, « habitus [12] laudabilis virtus est [13] », et in secundo *Ethicorum* dicit (2) « quod hominis virtus est quae hominem bonum facit et

suum opus bonum reddit ». Constat autem quod passiones [**Cod. P, fol. 341 R^a**] quae sunt hominis secundum se ipsum et operationes eius quae insurgunt ex condicione et dispositione passionum praecipue pro statu hominis lapsi [14], sive huiusmodi [15] operationes sint hominis secundum se ipsum sive hominis unius ad alterum [16], ex natura sua absolute non sunt regulatae et mensuratae, sic scilicet ut non insurgant passiones vel eliciantur nec etiam imperentur [17] operationes secundum excessum [18] vel defectum, sed solum secundum quod attingunt regulam rectae [19] rationis per quam homo est homo et secundum quam [20] humani actus regulantur et rectificantur. Et secundum hoc [21] actus hominis non quicumque [22] est laudabilis, sed qui elicitur ut convenienter se habens ad rectam rationem. Hoc autem non potest fieri faciliter et firmiter nisi sit in appetitu habitus sic disponens ipsum nunc [23] secundum apprehensionem et iudicum rectae [24] rationis ut insurgant passiones debite mensuratae et eliciciant [25] operationes regulae rectae [**Cod. V, fol. 230 V^a**] rationis convenientes ; et habitus sic disponens hominem est [26] laudabilis et virtuosus.

Est etiam intelligendum quod quaelibet pars id quod est totius est et bonum ipsius ad bonum totius est referribile [27] ; quilibet autem homo est pars alicuius communitatis politicae conviventium, cum, secundum quod dicit **Philosophus** (3) primo *Politicorum*, « eorum quae natura civitas [28] est, et homo natura civile animal [29] est ». Unde non est [30] aliquid ita proprium alicui homini quin illud sit ad bonum commune et ad rem publicam sive ad eius obsequium vel utilitatem aliquo modo referribile [31]. Et secundum hoc ad hoc [32] quod homo sit convenienter dispositus et perfectus secundum habitus laudabiles, ita scilicet quod in eo insurgant passiones et ab ipso eliciantur operationes sibi secundum rectam rationem convenientes, oportet ponere aliquos habitus ipsum hominem convenienter [33] disponentes et perficientes respectu huiusmodi passionum et operationum, et hoc in ordine ad se ipsum et in ordine ad alterum aliquem [**Cod. P, fol. 341 R^b**] singulariter consideratum et in [34] ordine ad communitatem [35] sive ad alterum quemcumque consideratum ut [36] sub communitate continetur ; et quilibet talis habitus est laudabilis [**Cod. R, fol. 233 R^b**] et virtuosus. Habitus enim quo sic disponitur aliquis temperatus quod propter bonum [**Cod. Q, fol. 185 R^b**] temperantiae secundum se consideratum quod propter se ut quidam specialis finis bonus ab aliquo in ordine ad se ipsum praecise quaeritur, non insurgunt [37] passiones inordinatae in ipso nec eliciuntur operationes rationi non convenientes, etsi nihil aliud ulterius intendatur ; quia sic passionari et sic agere [38] est passionari et agere recte [39] secundum quod convenit homini [40] secundum quod homo vel secundum rectam rationem, est habitus laudabilis et virtuosus ; sed non est habitus generalis sed specialis et ratione materiae et ratione finis, ut patet de se. Et sic potest induci in aliis virtutibus consimilibus : habitus [etiam] quo disponitur aliquis convenienter in ordine ad aliquem alterum consideratum ut est quaedam singularis persona habens aliquam determina-

tam habitudinem ad ipsum ratione aliquarum rerum quibus [Cod. K, fol. 76 R^a] homines ad invicem communicant, ut scilicet in eo non insurgant passiones nec ab eo eliciantur operationes non convenientes in ordine et habitudine ad illum, est etiam habitus [41] laudabilis et virtuosus, sed specialis tam ratione materiae quam finis, ut patet intuenti et inferius [42] amplius declarabitur.

Et ex his ulterius apparet quod, cum non solum sit laudabile hominem sic bene disponi [43] respectu passionum et operationum [44] in ordine ad se ipsum vel [45] etiam in ordine ad alterum secundum quod est quaedam persona determinata, immo magis laudabile est quod homo sit convenienter dispositus respectu passionum et operationum in ordine ad bonum commune sive quemcumque alium in quantum sub communitate comprehenditur ratione boni communi- [Cod. P, fol. 341 V^a] tatis [46] quod quaeritur et intenditur, secundum hoc habitus hominem sic disponens [47] est habitus laudabilis [48] et virtuosus ; quia prout dicit **Philosophus** (4) primo *Ethicorum* : « si amabile [49] est bonum quod est bonum uni soli, melius et divinius est quod est bonum [50] genti et civitatibus » [51]. Et est habitus iste non sic specialis ut alii, sed generalis et ratione materiae et ratione finis, quia non determinat sibi materiam specialem ut aliae virtutes ; immo materia et actibus omnium virtutum specialium utitur pro materia [52] ; et est [53] finis suus [54] sic communis quod bonum totius communitatis sive omni de communitate comprehendit et ad ipsum omnes actus aliarum virtutum referuntur.

II. — Cum autem omnes virtutes [55] morales politicae sub iustitia, fortitudine et temperantia comprehendantur, quia virtutes aliae istis sunt annexae [56] vel ad ipsas [57] reducuntur, virtus generalis quam quaerimus non potest esse temperantia nec fortitudo nec virtus aliqua his annexa, non quia sunt in appetitu sensitivo, scilicet in irascibili et concupiscibili, (appetitus autem sensitivus non est appetitivus nisi quorundam [58] bonorum particula- [Cod. V, fol. 230 V^b] rium sicut sensus est cognoscitivus particularium, virtus autem generalis est respectu universalis boni [59] cuius intellectus est apprehensivus et voluntas appetitiva) quia falsum implicatur, in hoc [60] scilicet quod temperantia et fortitudo non possunt esse virtutes generales, quia finis et bonum quod in ipsis attenditur et ad quod per se et immediate ordinantur est bonum aliquod particulare non universale. Nam licet huiusmodi virtutes sint [Cod. R, fol. 233 V^a] non generales, immo speciales et particulares, habent tamen pro fine et obiecto principali aliquod bonum non singulare sive particulare proprie dictum, sed commune et universale, licet per operationes sin- [Cod. P, fol. 341 V^b] gulares attingatur [61]. Sunt enim operationes cuiuscumque virtutis particulares et circa particulare conclusum per syllogismum practicum. Sed finis propter quem aguntur non est simpliciter singularis, sed secundum se acceptus est [62] aliquid commune. Bonum enim temperantiae non est bonum

aliquod [63] singulare a sensu apprehensum, sed universale quod est obiectum [64] intellectus quod multis particularibus natum est convenire et per multas operationes est attingible. Est enim prudentia, quae est regula qua rectificantur operationes virtutum moralium, virtus intellectualis considerativa et [65] universalium principiorum, scilicet quae a fine universali sumuntur, et particularium [66] conclusionum quae operationi subduntur. Non oportet ergo propter hoc [67] fortitudinem et temperantiam dicere non posse esse virtutes [**Cod. Q, fol. 185 V**[a]] generales, quia non respiciunt aliquid generale vel commune quod est obiectum intellectus, id est universale pro principali obiecto vel pro fine.

Item falsum implicatur in hoc quod dicitur quod propter causam praedictam, ad hoc quod alia virtus a [68] fortitudine et temperantia sit generalis, oportet eam esse in voluntate ut [69] in subiecto cui respondet aliquid commune pro obiecto ; quia, ut alias est declaratum, nulla virtus politica moralis ponenda est in voluntate ; quia etiam non obstante quod finis vel obiectum principale virtutis generalis est bonum commune sive universale quod apprehenditur [70] a ratione et in quod inclinat voluntas si non fuerit [71] impedimentum ex parte appetitus sensitivi, tamen virtus quae disponit appetitum ad hoc quod prompte et firmiter eliciantur operationes per quas bonum huiusmodi attingitur erit [72] in appetitu sensitivo, quia ex parte eius contingit huiusmodi impedimentum ne voluntas in illud secundum quod dictat [73] recta ratio prompte et firmiter inclinetur.

Intelligendum etiam quod illud commune [**Cod. P, fol. 342 R**[a]] quod respicit virtus generalis, in quantum distinguitur ab aliis quae respiciunt bonum particulare, non est commune vel generale per abstractionem a particularibus ; sed est aliquod unum totum [74] singulare, quia unum [75] secundum numerum [76] commune quidem sic, quia multa singularia ut partes quasi integrales continens, sicut contingit in civitate vel provincia vel [77] regno ; prout etiam totus mundus est quoddam unum singulare [78] aliquo tamen modo commune, quia omnia entia singularia comprehendens [79], bonum [**Cod. K, fol. 76 R**[b]] etiam commune quod habens huiusmodi virtutem generalem vult et operatur tali communi vel in ordine ad tale commune, etiam est commune non per abstractionem sed est bonum commune communitate alterius rationis quam [80] bonum [81] specialium virtutum, in quantum virtute et quadam congregatione per modum cuiusdam totius integralis continet bonum cuiuslibet specialis virtutis ; sicut etiam felicitas dicit quoddam bonum commune comprehendens [82] bonum omnium virtutum.

Quod ergo fortitudo et temperantia non possunt esse virtutes generales [83], sed iustitia vel aliqua alia virtus ei annexa et consimilis est virtus generalis, hoc non contingit eis propter diversitatem [84] subiectorum in quibus sunt, sed propter diversitatem obiectorum sive subiectorum circa quae sunt, et propter

diversitatem finium propter quos vel ad quos sunt. Quia enim per ea quae ad fortitudinem et temperantiam per se et primo pertinent [Cod. R, fol. 233 Vb] non ordinatur homo nisi ad se ipsum et sic ad bonum quodam modo sibi [85] proprium, per ea autem quae ad virtutem generalem per se pertinent [Cod. V, fol. 231 Ra] ordinatur homo maxime ad alterum, quia de ratione eius est [86] quod non solum sibi sed alteri velit et operetur bona et utilia ; unde virtus quae proprie generalis dicitur est non solum ad alterum ut aliquam determinatam habitudinem ad ipsum habentem, sed ad alterum quantumcumque extraneum in quantum sub communitate eius bo- [Cod. P, fol. 342 Rb] num per se intendit, comprehenditur ; propter quod, ut dicitur quinto *Ethicorum* (5) « bonum quod huiusmodi virtus generalis respicit [87] bonum alienum » ; videtur autem quod hoc [88], scilicet disponere hominem convenienter in ordine ad alterum cuius bonum velit et operetur, est proprium iustitiae ; ideo inter praedictas virtutes virtus generalis non nisi iustitia esse potest.

Sed non omnis iustitia, puta particularis cum sibi annexis, sed illa quae legalis dicitur ; quia iustitia particularis licet sit ad alterum, in hoc tamen per se non respicit bonum aliquod commune, quia non est ad alterum quemcumque, sed ad alterum aliquem [89] determinate secundum aliquam determinatam habitudinem quam habet ad agentem vel ad materiam quae actioni agentis subicitur. Est ergo quaedam virtus generalis [90] et haec [91] iustitia dicitur.

III. — Ad videndum autem qualis est ista generalitas huius [92] virtutis quae iustitia dicitur, est intelligendum quod cum iustitia quoddam debitum includat, iustitia uno modo dicitur rectitudo quaedam ; per quam intelligitur dispositio in homine secundum quam inclinatur per appetitum in actiones vel operationes sibi secundum quod homo vel secundum rectam rationem convenientes, cui omnia quae sunt in potestate hominis [Cod. Q, fol. 185 Vb] debent [93] concordare, ut videlicet sit homo sic dispositus quod non faciat nisi quod debet facere et sicut debet facere et propter quod debet facere. Et hoc modo diffinit **Anselmus** (6) iustitiam libro *De Veritate*, capitulo duodecimo, dicens « quod iustitia est rectitudo voluntatis propter se servata ». Et sic iustitia non dicit habitum unum secundum essentiam ; nec dicit determinate habitum perficientem hominem circa operationes quae sunt ad alterum, sed [94] perficientem [95] ipsum ad agendum convenienter operationes quascumque [96] homini secundum quod homo debitas et convenientes ; et ideo est generalis per praedicationem et est eadem in essentia [97] cum omni virtute speciali, sicut genus cum unaquaque specie est idem essentialiter [Cod. P, fol. 342 Va].

Alio modo dicitur iustitia habitus secundum quem homo perficitur ad convenienter agendum determinate operationes quae conveniunt uni in ordine ad alterum ; et sic iustitia [98] non est etiam una secundum essentiam, sed est generalis per praedicationem. Generalitas tamen ista non est secundum praedicationem pure univocam, sed analogam vel aequivocam [99] prout

dicit **Philosophus** (7) quinto *Ethicorum* : « quod videtur multipliciter dici iustitia [100] et iniustitia, sed propter propinquam esse acquivocationem [101] ipsorum latet » ; videlicet, quia utraque iustitia disponit hominem ad recte agendum operationes quae conveniunt uni in ordine ad alterum, in hoc convenientiam quae requiritur ad univocationem habent ; sed quia per modum cuiusdam oppositionis contrariae vel disparatae sub eodem communi diversitatem specificam [102] non important quia, ut infra videbitur, una respicit [103] pro materia totam materiam moralem [104] et omnes virtutes morales, et respicit finem communem in quem [105] omnes alii [106] referuntur et sic etiam aliam aliquo modo continet. Illa vero quia est circa materiam [**Cod. R, fol. 234 Ra**] determinatam [107], scilicet circa [108] res quae secundum suam substantiam veniunt in usum hominum, et respicit bonum determinatum tanquam finem qui est etiam [109] sub fine praedicto, propter quod etiam sub alia aliquo modo continetur et sic non ex aequo sub nomine iustitiae cum alia iustitia comprehenditur ; ideo nomen iustitiae non dicitur de utraque proprie univoce.

Tertio modo dicitur iustitia habitus secundum quem homo perficitur ad convenienter [110] [**Cod. K, fol. 76 Va**] agendum operationes quae sunt ad alterum in ordine ad alterum non quemcumque, sed ut est quaedam persona singularis et determinatam habitudinem habens ad illud quod agitur [**Cod. V, fol. 231 Rb**] vel secundum commutationem [111] communem vel secundum distributionem ; et sic est iustitia [112] virtus una secundum essentiam, non quidem unitate singularis individui sed unitate speciei ; [**Cod. P, fol. 342 Vb**] et est una virtus specialis, sicut fortitudo et temperantia, non habens generalitatem respectu aliarum.

Quarto modo dicitur iustitia habitus secundum quem [113] homo perficitur ad convenienter agendum omnia quorum usus [114] est referribilis [115] ad bonum [116] commune et omnium pertinentium ad communitatem in ordine ad huiusmodi bonum commune ; et sic est una virtus [117] secundum essentiam habens formam et speciem secundum quam essentialiter a qualibet [118] alia virtute distinguitur, ut infra videbitur.

Est tamen generalis respectu aliarum non praedicatione nec solum [119] efficacia et virtute, sicut causa universalis quae est una secundum essentiam dicitur generalis ad multos effectus quos virtute continet ; prout etiam caritas una virtus existens secundum essentiam est nihilominus generalis virtute in quantum ordinat actus omnium virtutum ad bonum divinum [120] ; sed est etiam generalis generalitate cuiusdam agregationis et continentiae multorum per modum cuiusdam totius integralis, in quantum obiectum eius comprehendit communitatem hominum [121] quibus [122] vult et operatur bonum [123] et [124] in quantum comprehendit communitatem bonorum quae illis vult et operatur ; in qua communitate bonorum quae [125] habens huiusmodi virtutem [126] vult et operatur aliis [127], bona [128] secundum omnes virtutes congregantur et continentur ; sicut in illa alia communitate cui vult et operatur habens huiusmodi

virtutem tale bonum, omnes homines ad talem communitatem pertinentes agregantur et continentur.

Est ergo huiusmodi virtus generalis virtute et huiusmodi agregatione multorum in quantum quodam modo in se [129] omnes virtutes comprehendit [130] et eis utitur; quod convenit ei [Cod. Q, fol. 186 Rᵃ] soli respectu aliarum virtutum [131] praedictarum in quantum pro fine et [132] obiecto principali habet bonum commune ad quod actus omnium aliarum virtutum sunt referribiles [133]. In hoc enim materia et actus omnium aliarum virtutum [134] sunt huic virtuti etiam pro materia.

Haec videntur importari per hoc quod dicit [Cod. P, fol. 343 Rᵃ] **Philosophus** (8) quinto *Ethicorum* « quod [135] ista iustitia est eadem omni virtuti, esse autem non idem ». Item (9) quod « huiusmodi iustitia non est pars virtutis, sed est tota virtus »; quia respiciendo ad materiam et subiectum materiale circa quod est virtus, sic iustitia est eadem omni virtuti speciali, quia materiam et actus cuiuslibet virtutis pro materia respicit in quantum sunt quaedam referribilia [136] in suum obiectum formale sive finem. Immo in quantum per illa huiusmodi suus finis attingitur, pertinent [137] ad essentiam huiusmodi [138] virtutis, sed secundum esse formale et specificum non est eadem, sed distincta a qualibet virtute speciali. Habet enim obiectum principale et finem proprium sibi, scilicet bonum commune propter quod intendit agere quaecumque [139] agit, et ab isto habet formam et speciem secundum quam [Cod. R, fol. 234 Rᵇ] ab omnibus aliis virtutibus essentialiter distinguitur.

Sed quia in [140] operando propter hunc finem non habet materiam qua utatur nisi materiam et actus aliarum virtutum, quae [141] naturali ordine sibi subsunt ratione [142] sui obiecti ad quod naturali ordine sunt referribiles [143]: ideo non solum quadam continentia virtuali ratione sui finis aliquo modo est omnis virtus virtualiter, sed etiam quadam continentia reali et substantiali. Et secundum hoc actus legalis iustitiae comprehendens actum alicuius virtutis specialis relatus [144] ad bonum commune ut ad finem suum proprium et obiectum principale, est unus actus et unius virtutis actus formaliter. Sed materialiter in hoc includuntur [145] duae virtutes et duo actus duarum virtutum. In quantum enim [146] talis actus agitur in ordine ad finem proprium virtutis cuius est actus [147] proprius, scilicet liberalitatis vel temperantiae, ut ad finem sub fine, sic est unus actus [Cod. V, fol. 231 Vᵃ] virtuosus et talis [148] virtutis unius [149] specialis. In quantum autem in hoc fine non sistitur, sed agitur etiam in ordine ad ulteriorem finem magis principalem virtutis generalis cuius est materia, sic etiam est [150] unus actus [Cod. P, fol. 343 Rᵇ] virtuosus unius alterius virtutis [151], scilicet iustitiae legalis. Est tamen hoc totum, ut simul utrumque continet, una virtus formalis, scilicet iustitia legalis habens virtutem specialem sive actum [152] eius pro materia. Et ideo sic agens magis dicitur iustus [153] quam largus vel temperatus; et dicitur iustus [154] formaliter, largus autem aut temperatus materialiter. Sicut etiam in actu quo quis moe-

chatur ut furetur, materialiter concurrunt [155] actus duarum malitiarum et duae malitiae materialiter committuntur ; tamen sic agens magis dicitur fur quam moechus ; et est fur formaliter, moechus autem materialiter ; quia moechia utitur ut materia vel instrumento ut ad furtum quod principaliter intendit, valeat [156] pervenire.

Circa hoc tamen intelligendum [157] quod, cum assumitur actus unius malitiae vel virtutis specialis in ordine ad [**Cod. K, fol. 76 V^b^**] finem alterius malitiae vel virtutis etiam specialis [158], aliter est ibi duplex actus moraliter sive quantum ad esse materiale quam quando assumitur actus alicuius virtutis specialis in ordine ad finem iustitiae legalis ; quia cum propria materia iustitiae legalis non sit nisi actus [159] specialium virtutum, cum assumitur aliquis talis actus [160] in ordine ad talem finem, non possunt ibi assignari duo actus materialiter sic quod seorsum possint accipi ut sunt realiter et secundum se essentialiter differentes, sed solum sic quod unus et idem actus secundum rem et substantiam potest accipi ut materia determinata [161] utrius specialis virtutis tantum. Et ultra hoc etiam potest accipi ut materia ad finem superiorem et principaliorem ordinata ; secus autem in aliis malitiis et virtutibus specialibus ubi [162] unaquaeque habet materiam propriam et distinctam. Et secundum hoc unus et idem actus secundum rem et substantiam diversificatus solum ratione ut consideratur secundum quod sic ad diversos fines refertur, est plures realiter realitate [**Cod. P, fol. 343 V^a^**] moris, secundum quod utrumque simul comprehenditur a [163] ratione iudicante et a voluntate eligente [164], scilicet [165] ipse actus et finis ad quem ordinatur sive ordo talis actus ad talem et talem [166] finem ; sicut etiam homo in domo et in theatro secundum quod consideratur in ordine ad esse quod habet in domo et [**Cod. Q, fol. 186 R^b^**] theatro est unum et idem secundum [167] rem et diversificatur solum ratione ; sed secundum quod simul comprehenditur homo cum esse in domo sive cum ubi [168] quod habet existens [169] in domo et cum esse in theatro [**Cod. R, fol. 234 V^a^**] sive cum ubi quod [170] habet in theatro, sic sunt plures res realiter differentes, scilicet realitate accidentis, non substantiae ; prout ab omnibus philosophis et sapientibus hactenus fuit suppositum quod decem praedicamenta de quorum numero ubi est unum, sunt vere res et vere quantum ad entitatem realem numerum cum substantia facientia.

Hoc etiam eodem modo potest declarari si comparetur homo ad esse quod habet sub albedine et nigredine de quibus adhuc [171] non ponitur quod non sint vere res. Sed forte venient qui hoc ponant [172] eadem facilitate qua hoc ponitur de septem generibus accidentis a quibusdam modernis.

IV. — Ex praedictis potest patere quod huiusmodi virtus generalis ab aliis virtutibus specialibus est distincta. Et hoc patet ratione [173] materiae vel obiecti circa quod operatur ; quia quaelibet alia virtus habet aliquam materiam specialem, et hoc patet in singulis inducendo ; ista autem pro

obiecto materiali habet materiam et actum cuiuslibet virtutis specialis et nullam habet [Cod. V, fol. 231 V^b] separatam operationem [174] a materia et actibus virtutum specialium, ut patet inducendo. Unde dicit **Philosophus** (9) quinto *Ethicorum* : « iusta dicimus factiva et conservativa felicitatis et particularium eius politica communicatione », id est in ordine ad communicationem politicam vel ad bonum commune. Hoc autem fit per actus omnium virtutum specialium. Ubi dicit **Commentator** (10), « quod legis po- [Cod. P, fol. 343 V^b] sitores de his quae secundum virtutes diversa dicunt [175] non [176] simpliciter naturam [177] virtutum intendentes sed coniectantes communiter conferens et ad illud relationem facientes, praecipiunt [178] quae secundum virtutes operari [179]. Item ibi dicit **Philosophus** (11) « quod in iustitia simul », id est comprehensive secundum **Commentatorem** (12) « omnis virtus est ». Ubi dicit **Commentator** (13) « quod iustitia perficitur ex omni virtutum congregatione », in quantum scilicet una forma generalis iustitiae omnes informantur « et in quantum scilicet habens hanc virtutem », ut ibi dicit **Philosophus** (14), « potest uti qualibet virtute speciali, non solum ad ad se ipsum, sed ad alterum ». Item **Philosophus** (15) quinto *Ethicorum*, assignat distinctionem iustitiae legalis a particulari ex parte materiae dicens de contrario eius, scilicet de iniustitia « quod iniustitia particularis est circa illa secundum quae attenditur commercium [180] inter homines, scilicet circa bona circa quae fortuna et infortunium quorum ipse usus est communis ut circa honorem vel circa ea quae pertinent ad salutem et bonam [181] dispositionem corporis, vel si quod [182] habeamus uno nomine comprehendere haec omnia ». « Est enim circa omnia ordinata ad lucrum et hoc propter delectationem quae est a lucro » in quo avarus finaliter requiescit [183]. « Iustitia autem legalis et iniustitia est universaliter circa totam materiam moralem qualitercumque potest aliquis [184] dici [185] studiosus » quia consistit in omnibus quae ad communitatem sive ad bonum communitatis secundum aliquem modum usus referri possunt [186], licet etiam quaedam illorum secundum essentiam et naturam communia esse [187] non possunt. Intendit ergo **Philosophus** (16) dare distinctionem iustitiae legalis et particularis per diversitatem materiae. Constat autem quod si iustitia generalis non esset aliqua virtus una distincta [188] essentialiter a virtutibus specialibus, non differret etiam a iustitia particulari realiter cum qua maiorem videtur [189] habere convenientiam. Cum ergo ponendo differentiam [Cod. P, fol. 344 R^a] inter legalem iustitiam et particularem non ponit eam solum secundum diversitatem ordinis actus [Cod. K, fol. 77 R^a] eiusdem ad diversos fines quia, scilicet actus aliquis [Cod. R, fol. 234 V^b] ut est iustitiae particularis est actus secundum quem homo convenienter ordinatur ad alterum aliquem ut ad determinatam personam. Ut autem secundum ipsum ordinatur homo convenienter ad bonum commune et ad quemcumque pertinentem ad communitatem est actus iustitiae legalis. Sed ponit huiusmodi differentiam esse realem

penes materiam, dicens quod ad iustitiam legalem ut [**Cod. Q, fol. 186 V**[a]] distinguitur a particulari non solum pertinet talis finis et ordo materiae vel actus iustitiae particularis in ipsum, sed per se pertinet ad ipsam materiam cuiuslibet [190] alterius virtutis.

Manifestum [191] est ergo quod differentiam essentialem intendit dare inter istas virtutes, scilicet [192] inter iustitiam legalem et alias virtutes speciales. Eodem enim modo quo arguit quod iustitia legalis realiter [193] differt a iustitia [194] particulari, potest argui de illa in comparatione ad temperantiam et ad alias, sic : temperantia est tantum circa passiones et operationes [**Cod. V, fol 232 R**[a]] secundum concupiscentiam carnalem ; sed iustitia legalis, licet sit etiam [195] circa illas, non est tamen tantum circa illas, sed est etiam circa passiones et operationes quae contingunt secundum [196] timores et audacias ; et sic de aliis. Ergo realiter et essentialiter differt per se ab unaquaque virtute speciali sic seorsum considerata et comparata ad iustitiam legalem, secundum quod omnes virtutes simul in se [197] comprehendit. Si autem consideratur iustitia legalis omnes virtutes in se comprehendens in comparatione ad temperantiam in se comprehensam, sic differt ab illa non per se sed per accidens, in quantum scilicet ipsa iustitia legalis etiam simul cum temperantia comprehendit fortitudinem a qua per se differt ipsa temperantia, sicut dicitur totum differre a suis partibus per accidens [**Cod. P, fol. 344 R**[b]].

Hoc etiam [198] patet ex parte finis qui principaliter et per se intenditur [199] in virtute, quia finis et bonum virtutis specialis quantum ad temperantiam et fortitudinem [200] consistit in convenienter aliquem se habere in his quae pertinent [201] ad materiam talis virtutis in ordine ad se ipsum absolute ; puta in convenienter passionari secundum delectationes et tristitias carnales. Item in convenienter passionari secundum timores et audacias et in convenienter operari secundum huiusmodi passiones quantum spectat ad illum in quo sunt huiusmodi passiones. Finis autem et bonum virtutis specialis quae est iustitia particularis consistit in convenienter aliquem se habere in his quae pertinent ad materiam illius virtutis in ordine ad se ipsum non absolute, sed in habitudine ad alterum non quemcumque, sed ut est aliqua persona singularis secundum aliquam specialem rationem et habitudinem quam habet ad agentem et ad materiam actionis, ut scilicet aliquis recte [202] se habeat in restituendo vel in distribuendo aliquid alteri personae determinatae quod est sibi debitum. In hoc tamen per se et directe non intenditur bonum illius ad quem huiusmodi actus ordinatur, loquendo proprie de bono morali ; et ideo dictum est quod [203] agens agit id quod agit in ordine ad se ipsum , id est in ordine ad bonum suum morale, non tamen in ordine ad se ipsum [204] absolute, quia hoc bonum non convenit [205] ei nisi secundum quod per tale opus convenienter se habet ad alium ; propter quod etiam licet huiusmodi iustitia sit ad alterum non dicitur tamen [206] bonum alienum. Bonum autem generalis iustitiae consistit in convenienter aliquem se [207] habere in his quae pertinent

ad totam materiam [Cod. R, fol. 235 R^a] moralem non solum in ordine ad se ipsum absolute vel etiam in habitudine ad aliquem alium ut quaedam determinata persona, sed in ordine ad se ipsum, id est ad bonum suum non absolute sed in habitudine ad [Cod. P, fol. 344 V^a] alium, sic quod in ordine ad bonum ipsius non quidem in ordine ad aliquem unum determinatum, sicut contingit in iustitia proprie dicta, sed in ordine ad quemcumque alium in quantum est aliquid communitatis cuius bonum per se intendit.

Unde **Philosophus** (17) quinto *Ethicorum* de hac virtute specialiter quantum ad eius finem et dignitatem ex [208] hoc sibi convenientem, dicit « quod iustitia haec virtus quidem est perfecta, sed non simpliciter, sed ad alterum. Perfecta enim est quoniam habens eam et [209] ad alterum potest virtute uti et non solum ad se ipsum ; et propter hoc praeclarissima virtutum esse videtur [210] ; multi enim in propriis quidem virtute [Cod. Q, fol. 186 V^b] uti possunt [211], in his autem quae ad alterum non possunt ».

Ex [212] his ergo potest sic argui : virtus quae ponit aliquid in aliquo solum in ordine ad se ipsum absolute vel in ordine [Cod. V, fol. 232 R^b] ad se ipsum [213] in habitudine tamen ad aliquem alium singulariter consideratum, est alia realiter a virtute quae ponit aliquid in aliquo in ordine ad se ipsum in habitudine ad alterum quemcumque ; quia in ordine ad totum bonum commune et omnium quae ad ipsam pertinent quantumcumque sint extranei et ignoti. Sed tales sunt virtutes speciales respectu iustitiae generalis. Ergo. Et caetera. In hoc ergo videtur consistere formalis ratio differentiae quae accipitur ex parte finis inter iustitiam generalem et alias quod [214] iustitia generalis illud quod agit [Cod. K. fol. 77 R^b] agit in ordine ad alterum vel in habitudine ad alterum [215].

Si dicatur quod non est ita cum iustitia particularis etiam dicatur virtus quae est ad alterum, dicendum quod quamvis iustitia particularis sit ad alterum, non tamen sic est [216] proprie [217] ad alterum sicut [218] iustitia generalis. propter quod etiam quinto *Ethicorum* (18) : « Iustitia legalis specialiter et sola dicitur alienum bonum quoniam [Cod. P, fol. 344 V^b] ad alterum est ; alii enim conferentia operatur ». Nam licet iustitia particularis sit ad alterum et non ad se ipsum, pro tanto quia est conservativa aequalitatis inter aliquos diversos et reductiva inaequalitatis ad aequalitatem quod non habet locum nisi inter diversos, quia tamen alter ad quem respicit huiusmodi iustitia non est nisi quaedam persona determinata determinatam [219] habitudinem [220] habens ad materiam operationis quae fit ad aequalitatis conservationem vel inaequalitatis rectificiationem. ideo talis persona non dicit aliquid proprie alterum ut pro alieno vel extraneo sumi possit. talis enim persona non reputatur aliena respectu eius qui agit secundum hanc virtutem aliquid in ordine ad ipsum quantum ad materiam quae suae actioni subicitur. sive secundum commutationem [221] sive secundum distributionem : talis enim iustitia sic respicit alterum non ut quemcumque sed ut determinatam personam et res-

picit ita unam personam determinatam quod non aliam. Unde quando emptor reddit venditori iustum pretium pro re empta, non respicit illum venditorem ut hominem quemcumque, sed ut venditorem talis rei et quantum ad hoc nullum alium respiceret [222] et illud quod dat illi dat ipsi non ut [223] bonum commune sive nulli appropriatum, sed ut bonum suum ut sibi et non alteri debitum. Non sic autem [224] est in iustitia legali ; quia cum illa per se respiciat bonum totius communitatis, in hoc etiam intendit bonum uniuscuiusque personae quantumque [**Cod. R, fol. 235 R**[b]] extraneae in quantum est pertinens ad communitatem.

Item licet iustitia particularis intendat bonum morale in eo quod agit, tamen per se non intendit bonum morale [225] illius ad quem est ut ad alterum, quia solum intendit quod servetur aequalitas et medium realiter inter aliquos in bonis quibus ad invicem communicant ; hoc autem bonum huiusmodi [226] aequalitalis intendere est quoddam bonum moris ipsius sic agen- [**Cod. P, fol. 345 R**[a]] tis ; non autem illius alterius aliquod bonum intenditur, quia circa ipsum ultra huiusmodi bonum [227] aequalitatis nihil attenditur ; sed agens secundum iustitiam legalem, licet operetur bonum morale sibi, operatur etiam ad profectum [228] alterius ; nam in hoc intendit concordiam [229] et [230] tranquillitatem temporalem in communitate propter bonum virtutis principaliter. In hoc etiam intendit bonum simpliciter cuiuslibet [231] de communitate et [232] temporale et morale.

Si dicatur etiam [233] quod amicitia politica est sic ad alterum quod intendit facere aliquid quod sit illi bonum simpliciter et sic est bonum alienum et praeclarissima virtus [234] sicut legalis [**Cod. V, fol. 232 V**[a]] iustitia, quia prout dicitur quinto *Ethicorum* (19) : « pessimus est qui malitia utitur ad se ipsum et ad amicos, ergo e contrario optimus [235] est qui virtute bene utitur ad se ipsum et ad amicos » ; dicendum quod qui utitur virtute [236] ad amicum non utitur proprie ut ad alterum vel alienum ; immo utitur quodam modo ut ad se ipsum [237] in quantum amicus unus est respectu alterius ut alter ipse ; et ideo etiam, [**Cod. Q, fol. 187 R**[a]] ut dicit ibi **Commentator** (20) [non] « proprie est optimus qui virtute utitur ad se ipsum et ad amicos quemadmodum [238] qui utitur malitia ad se ipsum et ad amicos [239], est pessimus » ; quia qui utitur virtute ad amicos secundum quendam modum [240] ad se ipsum utitur ; sed optimus qui ad se ipsum et ad alteros qualescumque existentes virtute utitur non solum qui ad se ipsum et quae ipsius ; ipsius enim amici et [241] quae amicorum.

Praeterea licet amicus aliquo modo sit alter ab amico qui sibi vult bonum quod [242] etiam pertinet ad rationem iustitiae generalis, scilicet alteri velle et operari bonum, nihilominus tamen manet differentia essentialis inter istas virtutes ex differentia [243] finis vel principalis obiecti, quia bonum quod respicit huiusmodi amicitia est aliqua determinata persona sive bonum alicuius unius

personae determinatae. Bonum [Cod. P, fol. 345 R^{b}] autem quod respicit legalis iustitia est tota communitas sive bonum totius communitatis.

Ex praedictis ergo potest colligi differentia realis et secundum essentiam iustitiae generalis et actum [244] eius ab aliis virtutibus [245] specialibus [246] ex condicione obiecti principalis vel finis ipsius iustitiae legalis ; quia in genere moris realiter differt actus rationis et voluntatis, prout solum comprehendit actum aliquem ordinatum in finem aliquem specialem et ipsum finem, quo quidem actu rationis et voluntatis aliquis actus alicuius virtutis ordinatur solum in finem proprium talis virtutis [247] qui est bonum alicuius secundum se ipsum vel in ordine ad aliquem alium determinate : et actus rationis et voluntatis, prout comprehendit talem actum [Cod. K, fol. 77 V^{a}] secundum quod ordinatur ultra hoc ad finem communem sive qui est [248] bonum commune vel communitatis et ipsum talem finem. Sicut enim in genere moris non nihil [249] est talis finis proprius sive tale bonum speciale [250] immo est formale in rebus illius generis, ita etiam est dicendum de fine vel bono communi. Unde actus [Cod. R, fol. 235 V^{a}] rationis et voluntatis sive a ratione et voluntate elicitus quo actus alicuius virtutis ordinatur ad huiusmodi finem proprium talis virtutis sive hoc totum quod est actus sic ordinatus et finis ad quem ordinatur ut comprehenditur simul sub actu rationis et voluntatis ratione talis ordinis, est unus actus realis et secundum essentiam in genere moris ; et actus rationis et voluntatis [251] quo actus talis [252] virtutis ordinatur [253] ad finem illius [254] specialis virtutis, ulterius ordinatur ad finem superiorem et communem sive hoc totum quod est actus sic ordinatus et finis ad quem ordinatur, prout hoc totum comprehenditur simul ratione talis ordinis est unus actus alius realis et [255] secundum essentiam in genere moris.

Si autem dicatur quod tales [Cod. P, fol. 345 V^{a}] actus non differant realiter et essentialiter in genere moris, sic scilicet quod pertineant ad diversas virtutes, sed [256] accidentaliter [257] secundum diversos gradus ad eandem virtutem pertinentes, ut dicatur quod actus alicuius virtutis relatus ad finem specialem [258] est bonus simpliciter et actus virtutis etiam [259] simpliciter non tamen perfectus, nec est actus virtutis perfectae, quia sibi deficit [260] ordo et relatio perfectorum [261] et ad perfectiorem finem, et ut sic est actus alicuius virtutis quae [262] ut sic [Cod. V, fol. 232 V^{b}] habet rationem virtutis simpliciter licet imperfecte ; idem autem actus relatus ad finem communem perfectum est perfectus, quia in hoc consecutus est perfectionem ad quam [263] natus est, sed sic etiam est actus eiusdem virtutis, quae [264] tamen ut sic habet rationem virtutis perfectae [265], et hoc videntur importare verba Philosophi (21) quinto *Ethicorum* dicentis quod « virtus simpliciter sumpta est eadem cum iustitia generali, esse autem non idem ; sed secundum quod ad alterum quidem iustitia est, secundum autem quod talis habitus simpliciter virtus est » :

Dicendum quod hoc non valet : quia cum huiusmodi finis communis sit quoddam bonum in genere moris per se et essentialiter ad bonum virtutis

pertinens sicut et finis quicumque specialis cum ex bonitate huiusmodi finis quandam [**Cod. Q, fol. 187 R**^{b}] perfectionem consequantur actus virtutum specialium, oportet quod ad aliquam virtutem aliam [266] a virtutibus specialibus per se et primo pertineat, sicut quicumque alius finis specialis ad aliquam virtutem pertinet, quia ad nullam specialem per se et primo potest pertinere ; eodem enim modo pertinet ad unam sicut ad aliam ; et ideo sicut huiusmodi finis est [267] communis vel generalis, ita etiam oportet quod ad aliquam aliam virtutem [268] etiam communem pertineat ; nec potest talis diversitas in actu ex diverso ordine ad diversos fines facere diversitatem solum accidentalem secundum perfectum et [**Cod. P, fol. 345 V**^{b}] imperfectum et in eadem specie, quia talis diversitas secundum perfectius [269] et imperfectius [270] in eadem specie sive secundum magis et minus est secundum intensius vel remissius [271] quae non sumuntur ex habitudine ad diversos fines sed alio modo, fine tamen non sic variato.

Item non potest dici quod huiusmodi finis [272] communis per se pertineat ad actum alicuius virtutis specialis ut completivum [273] et perfectivum [274] illius in esse specifico morali, quod oportet ponere si [275] sit finis eius intrinsecus, sicut ponitur de fine [276] proprio, quia cum actus virtutis habeat formam et speciem in genere moris principaliter a fine, nullus actus virtutis specialis esset virtuosus simpliciter nisi illum finem communem includeret, et sic omnes virtutes essent una virtus secundum speciem [277], et non different [278] virtutes speciales ab [279] invicem essentialiter et differentia specifica, sed solum materialiter ; sicut ponitur de iustitia legali, si bene intelligatur, quod est una virtus secundum essentiam et speciem, [**Cod. R, fol. 235 V**^{b}] est tamen omnes [280] virtutes sive omnis virtus materialiter. Cum ergo ab omnibus ponantur virtutes speciales habere fines speciales intrinsecos specie differentes, non potest poni quod ab huiusmodi fine communi eis extrinseco speciem habeant secundum quod ad invicem specie distinguuntur ; sed quia fines speciales virtutum specialium sunt fines sub fine, quia ad illum finem communem extrinsecum ordinabiles [281] non quidem virtute propria ipsarum virtutum specialium, quia nulla earum transcendit ex se finem sibi proprium, hoc [282] fiet virtute alicuius virtutis superioris et potentioris et cui huiusmodi finis communis est proprius et qui nulli speciali virtuti proprius esse potest ; sunt enim isti [283] fines diversarum rationum.

Et ad hoc quod homo bene se [284] habeat respectu illorum sunt diversae difficultates. Quod patet quia amota [**Cod. K, fol. 77 V**^{b}] una per exercitium actuum alicuius virtutis specialis in ordine ad [**Cod. P, fol. 346 R**^{a}] bonum hominis secundum se ipsum, quam amoveri [285] nihil [286] aliud est quam virtutem specialem secundum eius propriam rationem in aliquo propter bonum ipsius acquiri, non amovetur alia quae [287] est respectu boni alieni sive in ordine ad bonum commune, nisi homo etiam exerceat actus illius virtutis specialis in ordine ad talem finem, sicut [**Cod. V, fol. 233 R**^{a}] per experientiam pa-

tere [288] potest, et sicut dicit **Philosophus** (22) « quod multi in propriis bene utuntur virtute, in his autem quae ad alterum non ». verum est tamen [289] quod pro tanto sic est finis talis communis [290] pertinens ad quamcumque specialem virtutem [291], ut finis tamen extrinsecus quod [292] habens virtutem specialem, non ita virtuose utitur actu illius virtutis cum [293] utitur eo per huiusmodi virtutem in ordine ad se ipsum vel ad bonum suum proprium, sicut cum [294] utitur eo in ordine ad bonum commune, quod fit [295] per virtutem superiorem et communem. Nec tamen huiusmodi virtus specialis, cum sic [296] actus eius ordinatur ad finem altiorem, transit in speciem virtutis communis ; non enim sic virtutes specie differentes commiscentur ; nec ipsa virtus specialis ex hoc perfectior secundum se redditur, sed [297] in sua specifica perfectione [298] et entitate secundum se manet. Sed verum est quod virtus generalis hunc actum cum suo fine comprehendens [299] est virtus perfectior et ille actus etiam virtutis specialis in quantum est actu materia virtutis perfectioris **[Cod. Q, fol. 187 Vª]** potest dici perfectior perfectione talis virtutis communis quam habet ex perfectione finis.

Ex praedictis igitur patet quomodo intelligenda sunt verba **Philosophi** (23) praeallegata. Patet etiam quomodo est ponenda aliqua virtus quae est iustitia generalis.

[1] Incipit decimum quartum quolibet magistri Godefridi *praemisit* V ; *om.* R. *sed in margine scripsit* R ; — incipit decimum quartum quolibet eiusdem *praemisit* PQK. — [2] illis Q. — [3] a penitentia Q. — [4] quaedam R. — [5] per *add.* K. — [6] quae K. — [7] *om.* Q ; *suppl. postea.* — [8] bonarum P. — [9] conversationum P. — [10] *macula* R. — [11] generalibus *add.* 1ª *m.* K ; *del.* — [12] la *add.* Q ; *delev. postea.* — [13] virtus est] est virtus K. — [14] lapsii 1ªᵉ *m.* Q, *del, et* lapsi *corr.* 2ª *m.* K. — [15] hominis P. — [16] ad *add.* Q ; *del. postea.* — [17] operentur K. — [18] extensum R. — [19] ratione P. — [20] quod P. — [21] *om.* Q. — [22] convenientior PRQ. — [23] ut VK. — [24] ratione PQ ; hominis *add.* Q ; *deinde del.* — [25] eliciantur R. — [26] *om.* Q. — [27] refectibile P ; freferibile 1ªᵉ *m.* R. *in* referibile *corr.* 2ª *m.* R. — [28] natura civitas] necessitas 1ªᵉ *m.* V, *in* natura civitas *corr.* 2ª *m.* V. — [29] simul P ; — civile animal] naturale animal K. — [30] *om.* 1ª *m.* V, *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [31] refectibile P. — [32] ad hoc] *om.* Q. — [33] *om.* K. — [34] *om.* Q ; *postea suppl.* — [35] convenientem R. — [36] et P. — [37] per *add.* P. — [38] sic agere] agere sic K. — [39] est passionari et agere recte] quod est idem K. — [40] *om.* K. — [41] *om.* Q. — [42] *om.* K. — [43] dispositum P. — [44] operatione P. — [45] et R. — [46] sive — communitatis] *om.* Q. — [47] dispositiones Q. — [48] secundum — laudabilis] *om.* R. — [49] quod *add.* K. — [50] et *add.* Q.; *del postea.* — [51] genti et civitatibus] civitatibus et genti Q. — [52] pro materia] *om.* K. — [53] finis *add.* K ; *deinde del.* — [54] *om.* K. — [55] omnes virtutes] virtutes omnes Q. — [56] sunt annexae] annexae sunt K. — [57] istas K. — [58] quorum causa R. — [59] universalis boni] boni universalis K. — [60] his P. — [61] attingantur VK. — [62] *om.* K. — [63] bonum aliquod] aliquod bonum K. — [64] bonum V. — [65] scilicet K. — [66] oj *add.* K ; *del postea.* — [67] *om.* Q. — [68] et PRQ ; — *om.* 1ª *m.* V. *in marg. scrips.* 2ª *m.* V. — [69] *om.* Q ; *suppl. postea.* — [70] *om.* Q. — [71] fuit P. — [72] est P. — [73] determinat P. — [74] commune K. — [75] commune *add.* K ; *deinde del.* — [76] unum P. — [77] provincia vel] provinciali P. — [78] quoddam unum singulare] unum singulare quoddam K. — [79] comprehendentia K. — [80] quia P. — [81] *om.* Q.

— [82] comprehendere K. — [83] generalis *add.* R. — [84] obiectorum sive *add.* R. — [85] proprium *add.* Q ; *deinde del.* — [86] *om.* Q. — [87] respiut 1ae *m.* R, *in* respicit *corr.* 2a *m.* R. — [88] autem quod hoc] hoc autem PVR. — [89] sed ad alterum aliquem] *om.* R. — [90] *om.* Q. — [91] ius *add.* Q ; *del. postea.* — [92] huiusmodi R. — [93] dicitur PRQ ; dicuntur K. — [94] opportet K. — [95] perficientes P. — [96] quaslibet V. — [97] esse V. — [98] etiam *add.* K. — [99] sed analogicam *add.* K. — [100] iustitiam Q. — [101] videlicet *add.* P. — [102] specificatum P. — [103] finem communem omnes alii referuntur virtutes *add.* Q ; *deinde* finem — alii *del.* — [104] *om.* Q. — [105] quantum P ; quam K. — [106] aliae K. — [107] est *add.* K. — [108] quia 1ae *m.* V, *del. et* circa *in marg. scrips.* 2a *m.* V. — [109] *om.* Q ; est etiam] etiam est K. — [110] ad convenienter] convenienter ad K. — [111] *om.* 1a *m.* V, *add. in marg.* 2a *m.* V ; *om.* RQ ; commutationem communem] communicationem P. — [112] est iustitia] iustitia est K. — [113] *om.* Q ; *postea suppl.* — [114] ulterius P. — [115] refectibilis P. — [116] locum Q. — [117] sic est una virtus *add.* Q. — [118] a qualibet] ab alia K. — [119] nec solum] sed solum K. [120] virtutem R ; *del. et* divinum *in marg. scrips.* R. — [121] omnium K. — [122] homo *add.* K. — [123] *om.* R. — [124] *om.* P. — [125] illis — quae] *om.* Q. — [126] vult et operatur *add.* Q ; *del. et* illis vult et operatur in qua communitate bonorum quae habens huiusmodi virtutem *add.* Q. — [127] operatur aliis] aliis operatur K. — [128] quae *add.* K. — [129] *om.* Q ; *postea suppl.* — [130] virtutes comprehendit] comprehendit virtutes Q. — [131] virtutem Q ; *deinde* virtute *corr.* Q. — [132] in Q. — [133] refectibilis P. — [134] aliarum virtutum] virtutum aliarum PQRK. — [135] *om.* Q. — [136] refectibilia P. — [137] pertinet K. — [138] huius P. — [139] quem cumque P. — [140] *om.* K ; *suppl. postea.* — [141] tertia K. — [142] rationem Q. — [143] refectibiles P. — [144] relat P ; relati QRK. — [145] in hoc includuntur] includuntur in hoc K. — [146] scilicet R. — [147] agitur — actus] *om.* Q. — [148] et talis] unino alterius R ; *del. et* talis *in marg. scrips.* 2a *m.* R. — [149] unius specialis] specialis unius K. — [150] *om.* Q ; *deinde suppl.* — [151] *om.* V. — [152] actus K. — [153] dicitur iustus] iustus dicitur K. — [154] quam — iustus] *om.* R. — [155] concurrent K. — [156] ut vult K. — [157] est *add.* K. — [158] specialiter R. — [159] virtutum *add.* K. — [160] aliquis talis actus] talis actus aliquis K. — [161] *om.* K ; *in marg. scrips.* K. — [162] nisi V. — [163] *om.* 1a *m.* V, *add. in marg.* 2a *m.* V. — [164] ligente Q. — [165] sed K. — [166] alem 1ae *m.* K, *in* talem *corr.* 2a *m.* K. — [167] *om.* 1a *m.* Q ; *suppl.* 2a *m.* Q. — [168] ut P. — [169] exexcotens Q. — [170] quidem PRQ ; quoddam V. — [171] adhuc 1ae *m.* Q, *in* ad hoc *corr.* 2a *m.* Q. — [172] ponent K. — [173] *om.* 1a *m.* V, *add. in marg.* 2a *m.* V. — [174] separatam operationem] operationem separatam PQ ; — habet separatam operationem] operationem separatam habet K. — [175] sunt K. — [176] vero P. — [177] materiam RK. — [178] percipiunt P. — [179] praecipiunt — operari] quae — praecipiunt operari K. — [180] communicatio PQ ; commercio RK. — [181] bona P. — [182] si quod] quod si Q. — [183] requiescet PQ. — [184] ab *add.* Q ; *postea del.* — [185] disci V. — [186] potest P. — [187] communia esse] esse communia K. — [188] et *add.* Q ; *postea del.* — [189] maiorem videtur] videtur maiorem V. — [190] cuilibet P. — [191] quam K. — [192] secundum K. — [193] *om.* K. — [194] a iustitia] *om.* K. — [195] sit etiam] etiam sit K. — [196] circa 1ae *m.* K. *in* secundum *corr.* 2a *m.* K. — [197] simul in se] in se simul K. — [198] autem 1ae *m.* V ; vel etiam *suprascripsit* 2a *m.* V. — [199] includitur K. — [200] fortio Q. — [201] quae per *add.* Q. — [202] idem K. — [203] sic V. — [204] id est — se ipsum] *om.* Q. — [205] contingit P. — [206] dicitur tamen] tamen dicitur K. — [207] aliquem se] se aliquem K. — [208] et K. — [209] *om.* V. — [210] esse videtur] videtur esse K. — [211] potest K. — [212] quod 1ae *m.* Q ; *del. et* ex *corr.* 2a *m.* Q. — [213] absolute — ipsum] *om.* Q. — [214] quia K. — [215] vel — alterum] *om.* R. — [216] esse P. — [217] est proprie] proprie est K. — [218] *om.* 1a *m.* Q ; *suppl.* 2a *m.* Q. — [219] *om.* K. — [220] *om.* Q. — [221] communicationem P. — [222] respicit P. — [223] non ut] ut non PQRK. — [224] quae Q. — [225] in eo — morale] *om.* 1a *m.* V, *add. in marg.* 2a *m.* V. — [226] huius P. — [227] huiusmodi bonum] bonum huiusmodi K. — [228] perfectum PK. — [229] concordantiam P. — [230] tranquillitate *add.* Q ; *del. postea.* — [231] cuilibet P. — [232] om. K. — [233] om. PKQ ;

et 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V ; — dicatur etiam] etiam dicatur R. — [234] sicut *add.* K ; *postea del.* — [235] opptimus Q. — [236] utitur virtute] virtute utitur K. — [237] se ipsum] sep ipsum 1ae *m.* Q *in* se ipsum *corr.* 2ª *m.* Q. — [238] *om.* V. — [239] quem ad modum — amicos] *om.* PK ; — quemadmodum qui utitur malitia ad se ipsum et ad amicos *add.* Q. — [240] quendum modum] quem ad modum Q. — [241] *om.* K. — [242] et K. — [243] essentialis — differentia] *om.* 1ª *m.* V, *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [244] activum P. — [245] et *add.* Q. ; *del. postea.* — [246] specialibus *add.* Q. — [247] ordinatur solum *add.* Q, *del postea.* — [248] qui est] *om.* K. — [249] non nihil] nihil non K. — [250] sphaera P. — [251] ratione — voluntatis] *om.* K. — [252] talis *add.* Q ; actus talis] talis actus K. — [253] ordinatus PRQ. — [254] finem illius] illius finem R. — [255] *om.* 1ª *m.* V, *add. in marg.* 2ª *m.* V ; *om.* Q. — [256] *om.* K. — [257] accidentia habet Q. — [258] substantialem K. — [259] actus virtutis etiam] etiam actus virtutis K. — [260] sibi deficit] deficit sibi PRQK. — [261] perfectior PQK. — [262] qui P. — [263] quem P. — [264] qui P. — [265] virtutis perfectae] perfectae virtutis K. — [266] aliquam virtutem aliam] aliam aliquam virtutem K. — [267] huiusmodi finis est] unius est finis K. — [268] *om.* K. — [269] perfectivus 1ae *m.* Q *in* perfectius *corr.* 2ª *m.* Q. — [270] imperfectivus 1ae *m.* Q *in* imperfectius *corr.* 2ª *m.* Q. — [271] remissius[9] 1ae *m.* Q *in* remissius *corr.* 2ª *m.* Q. — [272] huiusmodi finis] finis huiusmodi K. — [273] complementum P. — [274] perfectum P. — [275] sic 1ae *m.* K *in* si *corr.* 2ª *m.* K. — [276] intrinseco *add.* PK. — [277] essent una virtus secundum speciem] secundum speciem essent una virtus K. — [278] differrent K. — [279] ad VK. — [280] omnes 1ae *m.* K *in* omnis *corr.* 2ª *m.* K. — [281] ordinales P. — [282] licet K. — [283] illi K. — [284] se *add.* Q. — [285] quod *add.* K ; *del. postea.* — [286] vel P. — [287] qua PVQ. — [288] patriae 1ae *m.* V, *del et* patere *in marg. scrips.* 2ª *m.* V ; — patriaeR. — [289] tantum P. — [290] omnino K. — [291] specialem virtutem] virtutem specialem K. — [292] quo P. — [293] tamen (?) RK. — [294] tamen (?) K. — [295] sicut K. — [296] sit PK. — [297] si K. — [298] specifica perfectione] perfectione specifica K. — [299] apprehendens R ; — cum suo fine comprehendens] comprehendens cum suo fine P.

(1) Aristotelis *Ethica Nicomachea*, A, 13 (II, 1103, a). — (2) Id., *ibid.*, B, 5 (II, 1106, a). — (3) Id., *Politica*, A, 2 (II, 1252, b – 1253, a). — (4) Id., *Ethica Nicomachea*, A, 1 (II, 1094, b). — (5) Id., *ibid.*, E, 3 (II, 1130, a). — (6) Sanctus Anselmus Cantuariensis, *De Veritate*, c. XII [al. XIII] (PL., t. 158, col. 482). — (7) Aristotelis *Ethica Nicomachea*, E, 2 (II, 1129, a). — (8) Id., *ibid.*, E, 3 (II, 1129, b). — (9) Id., *ibid.*, *loc. cit.*, p. 1130, a. — (10) Fortasse allud. ad Averrois Ethicam *Nicomacheam*, l. V, c. 2 (vol. 3, fol. 67 Ra). — (11) Resp. Aristotelis *Ethica Nicomachea*, E, 3 (II, 1129, b). — (12) Allud. ad Averrois *Ethican Nicomacheam*, l. V, c. 1 (vol. 3, fol. 65 Rb). — (13) Id., *ibid.* (loc. cit.). — (14) Resp. Aristotelis *Ethica Nicomachea*, E, 3 (II, 1130, a). — (15) Resp. Id., *ibid.*, E, 5 (II, 1130, b). — (16) Id., *ibid.* (loc. cit.). — (17) Id., *ibid.*, E, 3 (II, 1130, a). — (18) Id., *ibid.*, E, 3 (II, 1130, a). — (19) Id., *ibid.* (loc. cit.). — (20) Averrois *Ethica Nicomachea*, l. V, c. 2 (vol. 3, fol. 65 Va). — (21) Aristotelis *Ethica Nicomachea*, E, 3 (II, p. 1130, a). — (22) Id., *ibid.* (loc. cit., p. 1129, b). — (23) Id., *ibid.* (loc. cit.).

QUAESTIO II

Utrum praeter iustitiam sit aliqua alia virtus appetitiva generalis.

Deinde ad evidentiam secundae quaestionis est intelligendum quod secundum viam **Philosophi**, in virtutibus moralibus non est alia virtus generalis neque [1] etiam perfectior quam iustitia legalis ; nec est, secundum ipsum, ponenda aliqua virtus generalis quae amicitia dici [2] possit, sicut [**Cod. P, fol. 346 R^b**] tamen aliqui dicere videntur. Et hoc patet si considerentur ea quae ab ipso circa amicitiam sunt tractata.

Ut autem [3] plenius intelligatur si praeter iustitiam est aliqua alia virtus appetitiva generalis, quia si aliqua est talis, illa est aliqua amicitia quae etiam iustitiae magis assimilatur, considerandum [4] est primo si amicitia proprie possit esse virtus ; et deinde quomodo potest aliqua amicitia esse virtus generalis.

I. — Quantum ad primum est intelligendum quod videtur aliquibus quod amicitia secundum **Philosophum** (1) non sit virtus, sed aliquid consequens ad virtutem et ex parte amantis et ex parte amati ; quia amicitia virtuosa quae est propter bonum honestum videtur esse in amante ex eo quod per [5] virtutes quae sunt ipsum bonum ho [**Cod. R, fol. 236 R^a**] nestum secundum habitum, appetitus eius sic convenienter est dispositus quod bene afficitur [6] ad omne [7] bonum honestum et inclinatur ad operationes honestas ; et sic amare aliquem propter bonum honestum quod est [8] in amato videtur esse quoddam consequens ad bonum honestum virtutis quod est in utroque [9] ; et sic verificatur disiunctiva **Philosophi** (2) in principio [10], octavo *Ethicorum*, solum pro altera parte, scilicet quod amicitia proprie non est virtus secundum essentiam ab aliis distincta, sed est cum virtute quia bonum virtutis exigit et illud sequitur, sicut dictum est.

Sed melius videtur dicendum quod dicta disiunctiva vim copulativae [11] habens pro utraque parte verificetur et quod amicitia vere et proprie est virtus specialis ab aliis virtutibus essentialiter distincta, et quod etiam est cum virtute alia, scilicet quam coexigit [12] et requirit in amicis. Ista tamen amicitia non est sic consequens ad virtutem sive cum virtute quod in omni habente bonum virtutis respectu cuiuscumque [13] bonum virtutis [14] habentis sit talis amicitia et quod etiam inter illos [**Cod. P, fol. 346 V^a**] inter quos huiusmodi amicitia invenitur statim cum habetur bonum virtutis secundum alias virtutes quas requirit, simul etiam ipsa amicitia habeatur. Sed si sit aliqua amicitia sic consequens ad bonum virtutis [15] quod omnis ille qui

habet bonum virtutis [16] inclinatur sic ad [Cod. V, fol. 233 R[b]] omnem alium in quo etiam est bonum virtutis quod eum diligit propter se et quod [17] vult ei bonum, talis amicitia non dicit aliquem habitum secundum essentiam distinctum ab aliis virtutibus ; sed est sic consequens alias virtutes quod statim insurgit actus talis amoris inter tales quasi modo quodam [18] naturali absque aliquo habitu speciali.

Quod [19] autem, ut dictum est, sit quaedam amicitia quae est virtus specialis secundum intentionem **Philosophi**, potest patere ex dictis **Philosophi** et **Commentatoris** circa principium octavi *Ethicorum*, ubi dicit **Philosophus** (3) « quod amicitia videtur continere civitates propter quod legis positores magis circa ipsam student quam circa iustitiam [Cod. K, fol. 78 R[a]] quia etiam iusti existentes indigent amicitia ». Hoc enim et multa alia huiusmodi de amicita non verificarentur si ipsa non esset quaedam virtus essentialiter ab aliis [20] distincta, quoniam si sic non esset aliis habitis haberetur.

Item hoc [21] declarat ibi **Commentator** [22] (4) dicens « est autem amicitia una virtutum moralium sicut fortitudo et temperantia ». Et hoc probat : « quia ipsa est circa actiones et passiones ut reliquae ; etenim amare [23] quaedam passio est ;et actiones sunt amabiles vel amicabiles ». docens [24]. quod in hoc quod est amare ut pro passione accipitur est accipere superabundantiam et defectum, et ideo etiam [Cod. Q, fol. 187 V[b]] medium : aliqui [25] enim superabundanter et quasi [26] maniace [27] utuntur amore, qualiter [28] dicitur quidam **Tamyrus** [29] nomine ad patrem factus fuis- [Cod. P, fol. 346 V[b]] se qui neque [30] vivere volebat mortuo patre : alius autem sic deficit [31] et sic est severus [32] quod quasi impassibilis existens neque [33] volens neque [34] potens est amare [35] ; alius autem medio modo utens eo quod est amare amicus est [36].

Quod autem ita sit videtur : quia omnis habitus [37] laudabilis virtus est : amicitia autem [38] est habitus laudabilis. Quod autem illud quod nomine amicitiae importatur sit laudabile, hoc est manifestum. Quod autem sit habitus videtur, quia [39] non statim est homo virtuosus sic dispositus erga aliam aliquam determinatam personam [40] quod ei specialiter prae aliis convivere sit delectabile et amicabilia opera, quae scilicet non ex debito sed mere liberaliter exhibentur erga [41] ipsum delectabiliter [Cod. R, fol. 326 R[b]] exercere. Sed talis dispositio consuetudine acquiritur et firmatur. Unde dicit **Philosophus** (5) in octavo *Etticorum*, « quod amicitia indiget tempore [42] et consuetudine ut se invicem possint cognoscere quod sint amicabiles ». id est virtuosi, « et quod sint amici ».

Item dicit (6) « quod licet [43] loca non dissolvant per se amicitiam sed operationem, si tamen diuturna absentia fiat, amicitiae videtur oblivionem facere. Unde dictum est multas amicitias [44] non [45] appellatio dissolvit, quia nihil [46] ita est amicorum sicut convivere » : non tamen propter hoc, scilicet

si amicitia dissolvatur, « aliae virtutes [47] pereunt ». Et ex istis patet quod amicitia est quidam habitus ex consuetudine et frequentia actuum acquisitus.

Quod etiam declarat **Philosophus** in (7) in eodem. Distinguens enim inter amicitiam et amationem, dicit « quod amatio assimilatur passioni, amicitia autem habitui ». Amatio autem simplex potest esse ad inanimata. Amici autem redamant [48] cum electione. Redamare [49] enim quod pertinet ad rationem amicitiae, quia non est nisi rationabilium ad invicem, non fit nisi ex electione ; electio autem ab habitu fit, et bonum vo- [**Cod. P, fol 347 R**^{a}] lunt amatis [50] illorum gratia [51], non secundum passionem sed secundum habitum ; et cetera.

Et de tali quidem virtute amicitiae planum est quod non est generalis a generalitate vel communitate obiecti et finis principalis ; quia non respicit bonum multitudinis sive communitatis, sed tantum bonum unius vel paucorum ; quia [**Cod. V, fol 233 V**^{a}] in eodem octavo [52] dicit **Philosophus** (8) « quod multis esse amicum secundum perfectam amicitiam [53] non contingit » ; quia cum talis amicitia, quae scilicet est propter bonum virtutis et ad quam [54], ut praedictum, plura requiruntur de quibus non potest haberi certitudo respectu multorum ; ipsa enim est perfecta et quasi maxima quae potest esse inter homines secundum cursum naturalem et cuidam superabundantiae [55] in amando assimilatur ; superabundans autem amor non est natus fieri ad multos ; ideo [56], et caetera. Est tamen sic generalis, sicut amor quo aliquis amat se ipsum dici potest generalis non [57] generalitate finis communis, ut dictum est ; quia non disponit vel perficit hominem in ordine ad multitudinem cuius sit pars, sed in ordine ad se ipsum et sic in ordine ad bonum unius tantum. Sed quia istud unius bonum quod amans vult sic [58] amato non consistit in bono unius virtutis tantum, sed sub quadam generalitate indeterminate includit omne bonum possibile ille cuius bonum respicit iste amor, ideo quadam generalitate alicuius totius quasi integralis multa in se agregantis est huiusmodi virtus generalis non secundum suam essentiam et naturam sed quantum ad obiectum [59] materiale quod respicit, scilicet quantum ad bonum quod amans vult illi [60] qui per se et propter se amatur. Sicut enim in iustitia legali per se obiectum eius et principale est communitas continens multos [**Cod. K, fol. 78 R**^{b}] quibus per iustitiam iustus vult et operatur non solum bonum unum [61] determinatum [62], sed omne bonum quod cedit [63] ad profectum [64] illius ; et sic est generalis respectu [65] duorum, scilicet respectu eius cui vult et operatur bonum, et res- [**Cod. P, fol. 347 R**^{b}] pectu boni quod vult [**Cod. Q, fol. 188 R**^{a}] et operatur ; ita etiam in proposito obiectum primum et principale amicitiae proprie dictae, scilicet quod propter se amatur, non est aliquod bonum [66] commune, sed aliquid determinatum. Sed [67] obiectum secundarium, quod scilicet amans vult amico, habet communitatem modo supradicto. Non sic autem est de aliis vir [**Cod. R, fol. 236 V**^{a}]

tutibus specialibus; quia illud bonum unius quod respiciunt consistit per se in bono quodam determinato unius virtutis tantum, sicut patet in temperantia et in aliis. Temperatus enim intendens operari secundum temperantiam non intendit agere nisi quae sunt bona sibi et [68] quae conveniunt sibi [69] secundum ea quae ad virtutem temperantiae solum pertinent. Amicus autem intendens operari secundum virtutem amicitiae qua diligit se ipsum vel alium amicum non intendit agere determinate quae sunt bona sibi vel quae conveniunt sibi secundum ea quae ad virtutem temperantiae pertinent, sed quae pertinent ad omne genus virtutis qua perfici potest is [70] qui se ipsum amat, et secundum hoc amicitia qua quis diligit se ipsum [71] vel alteram personam [72] determinatam considerata in ordine ad bonum quod amatur amore amicitiae non est aliquo modo generalis virtus, quia illud est homo [73] aliquis determinatus. Respiciendo tamen ad bonum quod amatur amore concupicentiae, scilicet ad bonum quod amans vult amico, sic est aliquo modo virtus generalis, quia bonum tali modo amatum continet quadam generalitate omnia bona quibus convenienter potest perfici amicus.

Et ex his patet quomodo huiusmodi amicitia est virtus realiter differens ab aliis considerando illud quod ad obiectum virtutis pertinet; quia obiectum eius primum et principale est persona rationalis alia a persona amante in qua **[Cod. P, fol. 347 Vª]** est bonum honestum ratione cuius est propter se amabilis; et obiectum quasi secundarium est omne bonum possibile illi inesse salva habitudine et proportione ad amantem ipsius [74], secundum rationem talis amicitiae; et amicitia est virtus qua perficitur homo in ordine ad alium non quemcumque sed determinate ad talem ut modo praedicto, non ex debito [75] iustitiae in **[Cod. V, fol. 233 Vᵇ]** clinatus, sed ex honestatis complacentia libere se inclinans, illi [76] velit [77] et operetur bonum non aliquod [78] quidem determinatum, sed quodam modo omne [79] bonum sibi conveniens. Patet autem per virtutes alias discurrendo quomodo se habent alia obiecta.

Praeter hanc autem [80] amicitiam sic [81] propriissime dictam [82], determinat **Philosophus** (9) de aliis multis modis amicitiarum quae fundantur [83] super communicationibus diversis secundum quas invenitur inter amantes habitudo secundum rationem alicuius debiti et iusti; et ideo magis proprie ad iustitiam reducuntur quam praedicta amicitia. Propter quod etiam in illis non invenitur unde debeant dici virtutes generales, quia quaelibet habet determinatum obiectum.

Item nec in eis invenitur etiam illa generalitas quae est in amicitia praedicta magis proprie dicta [84], quia amicus alterius secundum illos modos amicitiae non amat alium sicut se ipsum sive sicut alterum se. Amicitia enim de cuius ratione est sic amare [85] non est nisi una et unius [86] rationis, sed amat alium sicut quendam alterum aliquo tamen modo secundum aliquam habitudinem determinatam sibi coniunctum, sicut patet in singulis inducendo. Et ideo etiam amans alicui secundum aliquem modum dictarum amicitiarum

per se et ratione huiusmodi amicitiae non vult nec operatur tali amico omnia bona quae sibi ipsi vult, sicut contingit in alia amicita proprie dicta ; sed bona [**Cod. P, fol. 347 V**^{b}] determinata secundum exigentiam habitudinis et communicationis super quam huiusmodi amicitia fundatur, quia talia bona vult amans amico secundum huiusmodi amicitiam, in quantum hoc exigit ut debitum talis coniunctio et habitudo quae est inter tales.

Ex [**Cod. R, fol. 236 V**^{b}] hoc autem quod sic est realis et formalis distinctio inter amicitiam proprie dictam et alias, et etiam inter diversos modos amicitiarum non sic proprie dictarum potest concludi quod amicitia est vere [**Cod. Q, fol. 188 R**^{b}] virtus essentialiter distincta ab aliis et non est solum aliquid consequens ad bonum [87] honestum aliarum virtutum statim cum habentur ; quia licet ex bona [**Cod. K, fol. 78 V**^{a}] dispositione secundum alias virtutes prompte et faciliter inclinetur virtuosus ad aliquem actum amoris [88] respectu virtuosi, tamen ad hoc quod talis inclinatio fiat per modum habitus non sufficiunt virtutes aliae ; sed oportet quod habeatur per acquisitionem aliquis habitus qui amicitia dicitur. Unde dicit **Philosophus** (10) octavo *Ethicorum* : « qui cito ad invicem amicabilia faciunt volunt quidem amici [89] esse [90], non sunt autem statim ; quia non [91] sunt amici nisi sciant se invicem amabiles », id est virtuosos, « et amicos [92]. Voluntas quidem igitur amicitiae [93] velox fit ». Sicut etiam dicit **Philosophus** (11) nono *Ethicorum* : « quod benevolentia amicabili assimilatur et amicitia videtur ; non tamen est amicitia, quia etiam fit ex repentino, amicitia autem non » ; quia, ut dicit **Philosophus** (12) in octavo, « indiget tempore et consuetudine amicitia ».

Item est intelligendum quod, sicut dictum est, amicitia communiter [94] dicta quae consequenter quodam modo se habet secundum quandam generalitatem ad bonum honestum virtutis, quod sub quadam generalitate respicit, in quocumque inveniatur, illa quidem habetur statim habitis aliis virtutibus [95] cum actu interiori cuiusdam benevolentiae simplicis et non sub ratione habitus et virtutis.

Et similiter dicendum de iustitia legali, quae etiam respicit bonum [**Cod. P, fol. 348 R**^{a}] cuiuslibet virtutis, quod quia obiectum eius est bonum commune et alienum quod non statim habitis aliis virtutibus habeatur tali modo quod ex hoc homo sic sit dispositus quod velit [96] bonum alteri cuicumque quantumcumque extraneo in ordine [97] ad bonum [**Cod. V, fol. 234 R**^{a}] commune et sit promptus ad hoc cooperari cum effectu ; licet etiam quodam actu voluntatis cuiusdam simplicis benevolentiae velit [98] cuicumque extraneo bonum in ordine ad bonum commune, quia bonum commune in quo, ut dictum est, includitur bonum alienum quia bonum quantumcumque extraneorum in ordine ad illud bonum commune quandam arduitatem et difficultatem specialem importat, quae non tollitur sufficienter per habitus aliarum virtutum nec per eas sufficienter habetur facilitas et promptitudo respectu

huius boni ; immo requiritur consuetudo et frequentia multorum actuum ad hoc quod talis habilitas acquiratur. Ex praemissis patet quod secundum **Philosophum** videtur ponenda quaedam amicitia quae vere et proprie est virtus ab aliis essentialiter distincta ; sed haec non est virtus generalis.

Est etiam intelligendum quod non est secundum **Philosophum** ponenda talis amicitia qualis est caritas : quia, ut dictum est, amicitia fundatur super aliqua communicatione ; « nihil enim sic est amicorum ut convivere », octavo *Ethicorum* (13). **Philosophus** autem [99] non novit [100] aliquam communicationem specialem cum Deo et substantiis spiritualibus nec praesentem nec futuram. Non enim supponit [101] quod Deus immediate nobis communicet aliqua bona gratuita per infusionem vel alio modo : nec quod immediate communionem hanc habeamus ad Ipsum quod nostras orationes [102] et meditationes [**Cod. R, fol. 237 Ra**] audiat vel attendat. Non supponit etiam quod post hanc vitam expressiorem communicationem cum eo habeamus. Unde cum **Philosophus** (14) diffuse tractaverit de amicitia et amicitiae modis pluribus octavo et nono *Ethicorum*. [**Cod. P, fol. 348 Rb**] nullam tamen posuit amicitiam quam diceret virtutem generalem. Immo cum praeter amicitiam quae magis proprie est virtus essentialiter et per se ab aliis distincta, quae est unius ad unum vel ad paucos et est [103] inter homines extraneos, id est non coniunctos secundum generationem naturalem, tractet [104] etiam ibi de diversis modis amicitiae fundatis super aliqua habitudine speciali inter aliquos, puta parentum ad filios et e converso : viri ad [105] uxorem, et generaliter imperantis [106] ad imperatum ; et sic de aliis. In talibus tamen non est amicitia proprie dicta quae [107] non respicit per se aliquod debitum [108] [**Cod. Q, fol. 188 Va**] sed gratuitam et liberalem [109] communicationem eorum quae pertinent ad amantes. Nec aliqua talium habet rationem virtutis generalis, sed pertinet ad virtutem aliquam specialem quae secundum aliquem modum specialem iustitia dicitur vel ad ipsam reducitur, licet in talibus etiam secundum aliquem modum specialem secundum [110] aliquam participationem ratio amicitiae et benevolentiae [111] inveniri possit, quia tales inclinationes voluntatis respectu talium personarum secundum [112] aliquam talem amicitiam videntur fundari super obligatione naturali quae est inter tales secundum habitudinem naturalem inter ipsos. Unde **Philosophus** (15) quinto *Ethicorum* dicit quod iustum simpliciter et proprie dictum est inter homines simpliciter distinctos et qui simpliciter sunt alteri ad invicem », sicut contingit in duobus hominibus quorum unus non est sub altero sed ambo sunt sub uno principe. Inter alios autem qui non sunt simpliciter alteri, sed unus est quasi aliquid alterius existens, prout filius est aliquid patris et servus aliquid domini, non est simpliciter iustum, sed quoddam [**Cod. K, fol. 78 Vb**] iustum, scilicet paternum vel dominantium [113] ; et sic potest [**Cod. V, fol. 234 Rb**] intelligi in aliis et inter istos modos amicitiae comprehenditur amor Dei eo modo [**Cod.P, fol. 348 Va**] quo, secundum **Philosophum**, Deus tali amicitia

est amandus, in quantum scilicet principium et causa essendi omnibus aliis entibus. Unde dicit **Philosophus** (16) octavo *Ethicorum* : « Est autem ad parentes amicitia filiis et hominibus ad deos ut ad bonum et superexcellens [114] essendi enim causae » ; et caetera. Et sic patet quod non videtur secundum intentionem **Philosophi** quod proprie dicta amicitia sit quaedam virtus generalis. Nec tales modi amicitiarum proprie loquendo pertinent ad amicitiam proprie dictam, sed magis ad iustitiam, ut dictum est. Unde dicit **Philosophus** (17) in octavo *Ethicorum* : « Amicitia non est ad inanimata nec iustum sed neque [115] ad bruta animalia neque [116] ad servum secundum quod servus sed secundum quod homo. Videtur enim quoddam iustum esse omni homini ad omnem potentem cum ipso communicare lege compositione seu conventione. Servus ergo secundum quod [117] homo communicare poterit amicitia cum domino. »

Praeterea si secundum **Philosophum** ponenda sit aliqua amicitia quae sit una virtus communis, quaeritur quid sit obiectum eius quod debet esse generale vel commune. Aut enim illud est bonum totius communitatis et sic non est nisi iustitia legalis ; nam et si bonum commune et bonum uniuscuiusque [118] ut ad communitatem pertinet, a virtuoso ametur et promoveatur cum hoc habeat rationem debiti, ut patet ex praedictis, et cum in [119] hoc non [**Cod. R, fol. 237 R^a^**] attendatur [120] principaliter ad aliquam determinatam personam quae principaliter ametur et cuius bonum principaliter quaeratur, ideo hoc ad iustitiam pertinet non ad amicitiam proprie dictam. Cum enim dicitur quod amicitia generalis est respectu boni honesti vel respectu finis ultimi naturaliter diligibilis quod volumus unicuique secundum modum et condicionem suam et [121] quantum in nobis est [122] ad hoc [123] agimus ut illud quilibet assequatur, constat quod talis amicitia non habet proprie [**Cod. P, fol. 348 V^b^**] rationem amicitiae qua amatur aliquid amore amicitiae sed concupiscentiae, quia bonum honestum et finem ultimum sive assecutionem finis ultimi amamus [124] nobis [125] et proximis [126], amore [127] autem amicitiae amamus directe proximos volendo et faciendo eis bona. Sic autem [128] amare proximos sub ratione boni communis in quantum scilicet volumus unicuique bonum et honestum etiam et bonum commodum secundum quod est aliquid communitatis cui per se hoc bonum volumus, quia hoc bonum sic proximis volitum licet non sit per se obiectum amicitiae, id est [129] aliquid quod per se et propter se ametur, est tamen obiectum iustitiae ; ideo pertinere videtur ad iustitiam legalem proprie et non ad amicitiam proprie dictam ; tali enim virtuti maxime convenit quod dicitur [**Cod. Q, fol. 188 V^b^**] de iustitia legali, scilicet quod est alienum bonum quoniam ad alterum est, alii enim conferentia operatur.

Patet ergo quod secundum **Philosophum** non ponitur aliqua amicitia quae sit amicitia [130] proprie dicta a iustitia essentialiter et perfecte distincta nisi illa qua diligitur unus, aut si plures diliguntur [131], pauci sunt ; et requirit

talis amicitia quandam aequalitatem inter amantem et amatum; quia, prout dicit **Philosophus** [132] in octavo *Ethicorum* (18): « Si multa distantia sit, non adhuc sunt amici ». Et ideo omnes aliae amicitiae de quibus tractat **Philosophus** in illo libro sunt quaedam iustitiae sive ad iustitiam pertinent. Unde dicit ibidem [133] **Philosophus** (19) [**Cod. V, fol. 234 Va**] quod omnes communicationes speciales continentur sub politica sicut quaedam partes eius, in quantum ordinantur ad quaedam particularia commoda; politica vero ad communem utilitatem. Et quia amicitiae consequenter se habent ad tales [134] communicationes [135], consequens est etiam quod amicitiarum distinctio secundum diversas communicationes politicas attenditur et secundum unamquamque urbanitatem, id est [136] politicae ordinem [137], videtur esse quaedam amicitiae species accipi [**Cod. P, fol. 349 Ra**] enda, in quantum et iustum; et sic [138] non potest secundum **Philosophum** inveniri aliqua virtus generalis nisi [139] iustitia legalis.

Si autem dicatur quod cum finis ultimus hominis [140] etiam ex naturalibus possibilis haberi secundum quod in vita contemplativa ponitur ultimum hominis bonum consistat [141] in cognitione [142] Dei et amore eius sive in executione cognitionis et amoris Dei, et hoc est bonum commune quod volumus nobis et proximis ad quod licet [143] amorem amicitiae proprie non habeamus, sed concupiscentiae, quia tamen Deus qui est obiectum talium actuum quibus homo finaliter perficitur [144] est aliquid [145] per se et propter se amabile, et [146] sic etiam talis amicitia quae est respectu boni communis habet obiectum quod est obiectum amicitiae proprie dictae, et in hoc haberi videtur propositum, scilicet quod est [147] amicitia quaedam quae vere et proprie est amicitia, et est virtus communis; non valet.

Quia licet ita sit quod tale obiectum de se natum sit esse obiectum amicitiae proprie dictae saltem [**Cod. R, fol. 237 Va**] fidelibus et beatis hoc tamen non contingit ei [148] secundum quod [149] [**Cod. K, fol. 79 Ra**] est obiectum actus quo volumus nobis et proximis ultimum finem qui est Dei cognitio et dilectio; immo obiectum per se huiusmodi actus est Dei [150] cognitio et dilectio quam nobis et proximis volumus propter se et sic nos et proximis [151] sumus qui amamur per se et [152] directe et non Deus ipse secundum se vel secundum quod est aliquod bonum secundum se et in se ipso cui velimus [153] bonum propter se, sed solum in quantum est cognitus sive [154] causa huiusmodi [155] perfectionis nostrae.

Sed quia secundum veritatem fidei alia est quaedam [156] communicatio substantiarum [157] spiritualium [158] et hominum inter se et cum Deo qui est summum bonum et bonum omnis boni, quia bonum cuiuscumque [159] in se perfectiori modo continens [160] quam [161] creatura continetur [162], qua communicatione [163] iam participant beati [164] perfecte [165], fideles autem [166] imperfecte, sed perfectam habent in spe; ideo secundum veritatem fidei respectu talis boni communis est aliqua virtus generalis ponenda. Sed illa proprie non

[**Cod. P, fol. 349 R^b**] dicetur iustitia sed amicitia quaedam sive caritas; quia iustitia generalis pro primo et principali obiecto [167] habet bonum commune sive totius communitatis, quod non respicit amicitia proprie dicta, quia amicitia pro obiecto habet aliquam determinatam personam intellectualem vel rationalem amatam propter bonum honestum ipsius personae dilectae, cum qua persona diligens [168] habet aliquam communicationem et conversationem familiarem; et ideo virtus generalis politica amicitia non potest dici; quia non habet pro obiecto principali aliquam personam intellectualem determinatam, sed ipsum bonum commune totius civitatis et [169] omnium quorumcumque in quantum ad illam communitatem pertinent. Si ergo sit aliqua virtus quae [170] habet pro obiecto aliquam personam intellectualem determinatam, talis tamen [**Cod. Q, fol. 189 R^a**] condicionis quod non possit convenienter amari nisi simul cum ipsa et propter ipsam [171] bonum commune sive tota communitas ametur; et ideo [172] etiam habens talem amicitiam et principaliter [173] amato primo [174] et principaliter velit [175] et operetur bonum et propter ipsum [176] etiam toti communitati, talis virtus [**Cod. V, fol. 234 V^b**] potest dici vere amicitia in quantum est ad determinatam personam intellectualem primo et principaliter propter se amatam; potest autem dici generalis in quantum est ad totam communitatem propter illam personam [177] amatam. Sed virtus theologica, scilicet caritas, pro obiecto principali habet aliquam personam determinatam intellectualem, scilicet Deum ipsum qui propter se et propter bonum honestum quod ipse est, summe est [178] diligendus et qui [179] nobiscum aliquam communicationem habet secundum quod nobis [180] suam habitudinem communicat perfecte in alia vita, imperfecte in hac vita in qua etiam [181] communicat iam nobis [182] beneficia spiritualia per quae iam aliquo modo imperfecte cum ipso communicationem habemus [183] secundum actus vitae contemplativae quae [**Cod. P, fol. 349 V^a**] multum differt a contemplatione philosophorum, circa Deum meditando, ipsum orando et ab ipso immediate influentias spirituales [184] recipiendo [185] per quas et disponimur et adiuvamur [186] ut illam quae erit in alia vita perfecte assequamur. Super huiusmodi [187] ergo communicatione vel conversatione [188] quae est et nata est esse inter creaturas spirituales et Deum et inter ipsas creaturas rationales ad invicem in Deo et propter [189] ipsum, fundatur virtus quae amicitia vel caritas dicitur; de qua communicatione potest exponi illud *prima Corinthiorum* (20) [190] primo : « Fidelis Deus propter quem vocati estis in societatem »; **Glossa** (21) : [191] non solum angelorum vel apostolorum, sed « filii eius ». Est etiam [**Cod. R, fol. 237 V^b**] possibilis unicuique conversatio sive communicatio familiaris cum ipso [192] et aliis substantiis spiritualibus, non quidem secundum vitam exteriorem corporalem et sensibilem « quia spiritus est Deus » (22), sed secundum vitam spiritualem et secundum mentem, in praesenti [193] statu quidem imperfecte secundum [194] illud **Philippenses** [195] (23) tertio : « Nostra conversatio in caelis [196] est ». Perficietur

autem in futuro « quando videbimus Deum facie ad faciem », secundum illud **Lucae** (24), vigesimo secundo : « Vos estis qui permansistis [197] mecum in tribulationibus [198] meis ; et ego dispono vobis [199] sicut disposuit mihi pater meus regnum [200] ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo ». *Glossa* (25): « hoc est invitatio [201] dextrae excelsi, ut qui humiles nunc gaudent ministrare cum servis, tunc sublimes super mensam *Domini* perpetuis dapibus alantur. Mensa autem quae omnibus sanctis est [202] ad fruendum proposita [203] est caelestis vitae gloria in qua saturabuntur, fruendo scilicet olim desiderato et amato gaudio veri [204] boni ». Per hoc autem patet quod talis virtus vere est amicita in quantum primum et principale obiectum eius est una [**Cod. P, fol. 349 V^b^**] persona intellectualis.

Sed quia licet huiusmodi principale obiectum [205] huius [206] virtutis [207] amicitiae sit quoddam bonum singulare in quantum est quaedam essentia et natura in se subsistens, ab omni alia natura distincta, quandam [208] tamen [209] habet bonitatem communem virtute in quantum in ipso ratio omnis boni perfecte continetur et [210] in quantum bonum quodlibet creaturae [211] non est nisi quaedam participatio talis boni et est Deus. illud bonum solum quod propter se et primo est amandum et in quo quodam modo omnia alia amantur, prout enim tractans **Augustinus** (26) de hac materia octavo *De Trinitate*, capitulo octavo, et ita dicit [212] [**Cod. K, fol. 79 R^b^**] : « Non amat aliquis [213] aliquid nisi quia bonum » ; et sic non est per se et primo obiectum amoris nisi illud quod est quasi omne bonum ; si enim aliquod particulare bonum esset per se et primo obiectum amoris, bonum illud quod est quasi omne bonum non amaretur nisi in ordine ad illud vel [**Cod. V, fol. 235 R^a^**] propter illud. Unde dicit ibi **Augustinus** (27) : « bonum hoc et bonum illud, tolle hoc et tolle illud, quae [214] participatione boni bona sunt et vide [215] ipsum bonum si potes ; ita Deum videbis non alio bono bonum, sed bonum omnis [**Cod. Q, fol. 189 R^b^**] boni et cuius participatione bona sunt alia [216]. Sic amandus est Deus, non hoc et illud bonum, sed ipsum bonum [217]. Infra [218] (28) : « pudeat autem cum alia non amantur nisi quia bona sunt eis inhaerendo non amare bonum ipsum unde omnia bona sunt ». Illud [219] ergo est primo [220] et per se obiectum perfecti amoris, sed in [221] hoc [223] etiam omnia alia in ipso et propter ipsum amantur.

Sed quia, ut dictum est, amor amicitiae proprie habetur ad naturam intellectualem vel rationalem, amicitia [223] quae per se et primo habetur ad summum bonum quod est Deus [224] ex consequenti et propter ipsum habetur etiam ad omnem [225] creaturam intellectualem et rationalem, in quantum sunt quasi de familia eius, cum ipso scilicet amicabiliter conviventes [226] vel convivere potentes [227]. Quia enim amicitia [**Cod. P, fol. 350 R^a^**] fundatur super aliqua communicatione vitae, nec Deus proprie habet amicitiam nisi ad illos cum quibus quasi delectabiliter convivit. nec nos debemus habere amicitiam propter Deum nisi ad illos [228] qui sic conviviunt vel in quantum convivere apti nati

sunt ; ideo talis virtus, qua scilicet amamus primam substantiam intellectualem primo et principaliter propter [229] **[Cod. R, fol. 238 Rª]** se ipsam et omnes alias propter illam, vere est amicitia ; et est virtus generalis, quia proprium est ei quod se extendit [230] ad totam communitatem sive ad omnes personas [231] quae pertinent ad communicationem beatitudinis aeternae super qua haec amicitia principaliter fundatur [232].

Patet ergo ex praedictis quod loquendo de virtutibus moralibus [233], id est [234] appetitivis, duo sunt genera virtutum generalium, scilicet : una quae respicit bonum commune secundum communicationem quae attenditur solum in vita praesenti et secundum ea quae solum [235] ex naturalibus nobis possibilia et convenientia reputantur nec ad aliud ulterius ordinatur [236] et quae ad conversationem philosophorum pertinet ; et haec est iustitia legalis. Alia vero est caritas, et quia bonum quanto communius tanto divinius et dignius ; bonum autem quod attenditur in caritate est communius et ideo divinius, immo est etiam ipse Deus ut obiectum principale, et in hoc etiam omnia alia cum illo communicationem habentia, oportet ponere quod inter morales virtutes [237] de quibus tractare habent [238] philosophi, iustitia legalis est perfectissima. Propter quod de ipsa solum [239] dicit **Philosophus** (29) quinto *Ethicorum* « quod est praeclarissima virtutum et perfecta maxime [240] virtus est [241] quoniam perfectae virtutis usus est » ; et caetera.

Sed caritas inter omnes simpliciter est perfectior et nobilior, de qua dicit **Augustinus** (30), decimo quinto *De Trinitate*, capitulo nonagesimo nono : « nullum isto dono Dei excellentius [242] est, solum est [243] quod dividit inter filios regni aeterni et filios perditionis [244] aeternae » **[Cod. P, fol. 350 Rᵇ]**.

Differunt autem istae duae virtutes generales quantum ad modum generalitatis in hoc quod illa quae vere et proprie est iustitia est generalis primo et per se non solum generalitate causalitatis et virtutis et solum quasi per modum imperii, quae scilicet non habeat aliis per se uti sive actus earum exercere, sed solum imperare ut sibi in ordine ad finem suum magis principalem subministrantibus et aliqua sibi necessaria ad hunc finem suum respectu cuius habet actus proprios et distinctos ab aliis exercere praeparantibus, prout vel ars [245] ad quam pertinet finis ultimus imperat virtutibus et artibus ad **[Cod. V, fol. 235 Rᵇ]** quas pertinent alii fines secundarii, sicut militare [246] imperat equestri [247], ut dicitur primo *Ethicorum* (31), sed est generalis generalitate cuiusdam continentiae per modum totius quasi integralis et ratione finis et ratione materiae in se multa ut partes suas agregantis, sicut dictum est ; propter quod aliis virtutibus non solum habet imperare, sed habet pro materia uti actibus earum sic quod habet ipsos exercere ; — alia vero quae vere et proprie est amicitia cuius primum et principale obiectum non est aliquod commune formaliter, sed aliquo modo virtute est **[Cod. Q, fol. 189 Vª]** generalis primo et per se generalitate causalitatis et virtutis, quia in quantum [248] illud suum primum et principale obiectum est summum bonum et est ultimus

finis [249] totius humanae vitae, ideo [250] extendit se ad actus totius humanae vitae [251] per modum cuiusdam imperii, non quasi eliciens omnes actus specialium virtutum, sed eis quasi quibusdam instrumentis utens ut bono [252] amato magis placeat et in amore eius amplius roboretur et mereatur quod ad eius praesentiam ut eo perfruatur valeat pervenire [253]. Sed in quantum eius obiectum [254] secundarium est commune [Cod. P, fol. 350 V^a] formaliter ex consequenti etiam [255] est generalis consimili generalitate qua iustitia praedicta dicitur generalis et [256] in hoc etiam virtualiter est quodam modo iustitia generalis in quantum vim et efficaciam [Cod. K, fol. 79 V^a ; Cod. R, fol. 238 R^b] consimilem illi habet.

Et ex praemissis patet quod aliter se habet caritas respectu aliarum virtutum [257] quibus utitur [258] materialiter et iustitia legalis ; quia iustitia legalis sic respicit alias virtutes et actus earum [259] ut materiam , quia [260] respectu sui obiecti principalis sive finis [261] communis non [262] habet aliquam materiam propriam [263] vel proprias operationes alias a materia et ab actibus virtutum [264] specialium. Unde sic est inseparabilis [265] ab aliis virtutibus ut a sua materia quod non habet suam essentiam et suos actus proprios secundum [266] se : quibus suppositis nihilominus actus specialium virtutum ad finem [267] huius [268] generalis [269] virtutis ordinentur per actum proprium et separatum ab actibus aliarum virtutum ipsius virtutis generalis ; sicut contingit [270] de caritate et aliis virtutibus, quia caritas non solum habet finem et obiectum principale sibi proprium, sed respectu illius habet etiam [271] proprias operationes quae non sunt operationes aliarum virtutum, scilicet amare Deum [272] et velle bonum sibi [273] propter se ; et ideo caritas sic est virtus distincta [274] essentialiter ab aliis quod [275] potest esse in actu suo primo et principali absque hoc quod adsit [276] actus alterius virtutis, ita quod quando assumitur [277] actus alterius virtutis [278] specialis in ordine ad finem caritatis, occurrunt ibi duae virtutes et duae operationes duarum virtutum, quae sunt ab invicem separabiles sic quod utraque per se erit quaedam virtus habens suam propriam operationem, sicut patet inducendo ; prout etiam apparet in duobus etiam [279] vitiis quorum unum cum suo actu ad finem alterius ordinatur.

Ratio autem huius diversi- Cod. P, fol. 350 V^b] tatis potest esse quod [280] illud quod est principale obiectum et finis iustitiae legalis, scilicet bonum commune sive bonum [281] communitatis, est [282] bonum quod non diligitur amore amicitiae sed concupiscentiae : sicut etiam contingit [283] in obiectis principalibus [284] aliarum virtutum specialium praeter amicitiam. Et ideo sicut speciales virtutes aliae ab amicitia non habent aliquas proprias operationes respectu suorum propriorum obiectorum alias ab illis [285] per quas tales res attinguntur, ita etiam est in iustitia legali respectu materiae vel actuum specialium virtutum : secus [Cod. V, fol. 235 V^a] autem est in caritate : et caetera.

II. — Est autem adhuc ulterius quantum ad secundam quaestionem considerandum quod cum virtus generalis, ut patet ex praedictis, non possit dici nisi quae habet bonum commune [286] pro obiecto [287] principali et pro fine, non est autem bonum commune [288] ad quod respicere possit homo ex puris naturalibus nisi quod [289] consistit [290] in communi conversatione hominis in hac vita ; tale autem [291] bonum commune [292] est obiectum iustitiae legalis, ideo considerantibus de virtutibus secundum dictamen rationis naturalis, non habet ponere aliam virtutem generalem quam iustitiam legalem.

Loquendo autem de virtute morali magis communiter [293] connumerando in virtutibus moralibus intellectualem practicam quae moralibus proprie dictis et actibus earum imponit modum debitum et mensuram debitam secundum rectam rationem secundum quam humani actus rectificantur, sic oportet ponere [**Cod. Q, fol. 189 V**^{b}] aliquam virtutem generalem aliam a praedictis quae prudentia dicitur ; ita tamen quod licet sint plures morales proprie dictae, scilicet quaedam speciales et quaedam generalis, non sunt tamen [204] plures prudentiae ponendae ut sint quaedam prudentiae [295] speciales respectu specialium virtutum moralium, et quaedam generalis respectu virtutis generalis [296], sed est una sola prudentia proprie dicta [**Cod. P, fol. 351 R**^{a}] respectu omnium virtutum moralium [297] quarum consideratio ad philiosophum pertinet ; haec [298] autem est generalis [**Cod. R, fol. 238 V**^{a}] generalitate obiecti et considerationis, quia eius est considerare fines omnium virtutum et specialium et generalium ; et etiam [299] actus omnium virtutum rectificare et dirigere sub una communi ratione, in quantum scilicet sunt hominis bona vel mala ; et sic est generalior in genere suo quacumque praedictarum virtutum moralium. Et ideo etiam nobilior et ratione obiecti quod per se respicit quodam modo generaliori [300], et ratione subiecti in quo existit quod [301] est dignius subiecto in quo sunt virtutes morales praedictae, quae secundum **Philosophum** sunt in appetitu sensitivo.

Et similiter est dicendum quod caritati respondet aliqua virtus intellectualis practica adeo generalis sicut est ipsa caritas ; quia eius est obiectum principale et finem communem illius virtutis attendere [302] et actus omnes qui ad illam referuntur regulare [303].

Est tamen circa hoc intelligendum quod tales virtutes intellectuales non sic proprie dicuntur [304] generales respectu appetitivarum praedictarum, sicut iustitia legalis et caritas ; quia generalitas quae competit istis virtutibus appetitivis respectu aliarum est, ut dictum est [305], generalitas causalitatis vel virtutis et cuiusdam regiminis et dominii convenientis eis ex ratione formalis obiecti et finis ad quem fines aliarum ordinantur ; et ideo ad illum virtute dictarum virtutum generalium actus omnium aliarum referuntur. Generalitas autem aliarum est quaedam continentia materialis [306] sub ratione communi obiecti, in quantum scilicet omnia quae ad alias [307] virtutes pertinent subsunt considerationi istarum [**Cod. K, fol. 79 V**^{b}] virtutum. Considerant etiam et [308]

fines [309] virtutum et operationes earum in ordine ad huiusmodi fines convenientes, et ordinem et proportionem eorum quae ordinantur in fines ad ipsos fines. Sed nulla ipsarum pro [**Cod. P, fol. 351 R^b^**] materia sibi principalius alia referantur ; quia quaelibet illarum virtutum intellectualium una existens totam [**Cod. V, fol. 235 V^b^**] materiam moralem habet per se pro materia vel obiecto ; et ideo etiam non est ponere prudentiam generalem et specialem sicut ponitur in virtutibus appetitivis [310] vel moralibus.

Est etiam circa praedicta ulterius intelligendum quod, sicut respectu praedictarum virtutum [311] moralium, est quaedam virtus intellectualis practica quae prudentia dicitur, ad quam pertinet consideratio quorundam universalium et particularium circa agibilia etiam particularia, non scientifice sed magis experimentaliter ; et haec [312] vere est prudentia etiam connexa virtutibus moralibus. Et praeter istam virtutem intellectualem practicam est alia virtus intellectualis non proprie practica [313] sive [314] operativa, immo sic speculativa ; quia tradens notitiam [315] agibilium scientifice [316] principaliter, licet ad hoc etiam requiratur quaedam cognitio experimentalis circa singularia et aliqua exercitatio [317] in actibus virtutum moralium per modum dispositionis, ut addiscens sit habilis [318] ad [319] addiscendum, prout docet **Philosophus** (32) primo [320] *Ethicorum* : « Quod politicae non est proprius auditor iuvenis ; inexpertus enim est eorum quae secundum vitam actuum [321] » ; rationes autem de his et ex his ; quia tamen propter [322] talem notitiam scientificam non redditur habens eam sufficienter cognoscitivus eorum quae ad operationem sunt necessaria, talis habitus non dicitur virtus practica, id est operativa, quae dividitur in artem et prudentiam : sed est habitus qui dicitur virtus intellectualis comprehensus [**Cod. R, fol. 238 V^b^**] sub habitu [323] qui scientia [324] dicitur [325] : quae dividitur in practicam et speculativam ; et haec [326] est scientia moralis tradita in libro *Ethicorum* praecipue quantum ad virtutes morales speciales : quia videtur esse quaedam [**Cod. P, fol. 351 V^a^**] alia scientia quae legis positiva dicitur, quae [**Cod. Q, fol. 190 R^a^**] magis respicit iustitiam legalem quae debet [327] tradi in libro *Politicae*.

Ita etiam respectu caritatis est ponenda quaedam virtus intellectualis practica, quae etiam prudentia dici potest ; quae etiam est connexa caritati. Et praeter illam est etiam ponenda quaedam alia virtus intellectualis tradens modum cognoscendi obiectum suum principale et eorum quae circa hoc sunt consideranda secundum modum sibi convenientem. Et ista virtus sub habitu intellectuali qui dicitur scientia, comprehenditur [328] non quidem speculativa sed vere et proprie practica ; et illa [329] non videtur alia nisi scientia fidelium quae theologia dicitur.

Unde non bene videntur dicere qui ponunt quod illud quod principalius intenditur in theologia est dilectio Dei : et tamen ponunt [330] eam simpliciter speculativam et non practicam. Et etiam illi [331] qui ponunt eam, ut dictum

est, principaliter intendere dilectionem Dei, et tamen ponunt subiectum theologiae Deum ; et etiam dicunt eam non esse practicam sed affectivam.

Si enim dilectio Dei est principale quod in hac scientia intenditur, hoc non est principaliter dilectio Dei [332] activa qua [333] nos diligit, sed quasi passiva qua ipsum diligimus. Scientia autem principaliter tractans de dilectione alicuius cuius [334] ipse diligens est non [335] obiectum vel [336] terminus, sed subiectum quia est eius perfectio [337], debet dici de dilectione talis diligentis, non autem de dilectione talis [338] dilecti ; et debet dici subiectum talis scientiae, vel ipsa dilectio talis subiecti respectu talis obiecti vel tale subiectum secundum quod est perfectibile tali [339] dilectione, non autem ipsum obiectum talis dilectionis. Et secundum hoc Deus non debet [340] per se cadere in [**Cod. V, fol. 236 R**[a]] ratione subiecti scientiae, quae principaliter tractat de dilectione qua diligitur ab homine sed per accidens. Dilectio autem ipsa primo et per se ut est hominis respectu tamen talis [**Cod. P, fol. 351 V**[b]] obiecti et ipse homo ut est natus perfici tali dilectione etiam per se, licet non primo, debet dici subiectum ; et cum non possit dici scientia practica nisi quae considerat de agibilibus vel factibilibus [342] a sciente. Nam si sciemus aliqua circa operationes et mores aliquorum animalium respectu quorum nihil agere possumus, licet talis scientia sit de aliquibus [343] operationibus, non est tamen scientia practica. Circa Deum autem nihil agere vel facere possumus cuius ipse sit subiectum, prout potest homo habere scientiam practicam de aegro et sano aliquorum animalium, quia illorum potest esse causa effectiva, et cetera [344] ; ideo in nullo [345] scientiae nostrae practicae [346] potest esse Deus subiectum ; immo si aliquas operationes [347] Deo in se ipso vel in comparatione ad creaturas convenientes in aliqua scientia consideramus [348], non propter hoc illa scientia dici [349] debet [350] practica, sed omnino speculativa. Scientia [351] ergo quae tractat principaliter solum de dilectione qua Deus ab homine diligitur et de aliis virtutibus [352] quibus Deus colitur, in quantum talia sub eius consideratione cadunt, non potest dici nisi vere practica ; et non potest dici de Deo tanquam de subiecto ; et sic non debet dici [353] theologica ; immo quaedam scientia simpliciter moralis appellando scientiam moralem quae [354] tractat de his quae conveniunt [355] [**Cod. R, fol. 239 R**[a]] homini secundum appetitum [**Cod. K, fol. 80 R**[a]] sive de actionibus quae eliciuntur vel imperantur ab hominis appetitu.

Si dicatur quod scientia tractans de dilectione qua Deus ab homine diligitur, non solum habet tractare de ipsa dilectione hominis vel de homine secundum quod sit natus diligere, sed etiam de ipso diligibili secundum quod est diligibilis [356] vel natus diligi ; hoc autem convenit ei secundum suam perfectionem et bonitatem essentialem et secundum beneficia quae ab illa bonitate ad nos derivantur, et secundum hoc haec [357] scientia poterit dici speculativa et de Deo tanquam de subiecto ;

Dicendum quod si loquamur [358] [**Cod. P, fol. 352 R**[a]] de Deo et de consi-

deratione Dei secundum quod [359] diligibilis, id est secundum quod cadit sub actu dilectionis, quod nihil quomodo et propter quid diligitur et qualis est dilectio qua diligitur, et sic de aliis ; et haec omnia non [360] considerentur nisi ut [361] ipse Deus convenienter et convenienti dilectione diligatur, sic considerare de Deo diligibili non pertinet ad scientiam speculativam sed solum practicam ; nec Deus simpliciter et secundum se in illa potest esse [**Cod. Q, fol. 190 R**[b]] subiectum [362]. Sed si loquamur de Deo et de consideratione eius secundum quod diligibilis, hoc est secundum condiciones sibi convenientes per quas redditur diligibilis principaliter propter ipsum scire, sive ut Deus, et talia circa ipsum cognoscantur, considerare sic de Deo diligibili non pertinet ad scientiam practicam sed [363] speculativam ; et in tali scientia dilectio et quae ad ipsam pertinent per se non est subiectum, quia nec in illa de dilectione [364] saltem per se [365] consideratur. Propter quod oportet dicere vel quod sunt simpliciter plures et distinctae scientiae, quarum una considerat de Deo speculative quae ad eius perfectionem pertinent, ex quibus nihilominus reddatur [366] diligibilis, ut dictum est ; alia vero considerat de Deo practice, scilicet quod conside [**Cod. V, fol. 236 R**[b]] rat de dilectione et de aliis virtutibus et actibus virtutum quibus Deus diligitur et colitur ; aut quod scientia aliquo modo realiter una sit considerativa talium et illa in quantum non ommino perfecte una, sed aliquo modo plures vere erit practica et speculativa ; sed in quantum una vel erit magis principaliter practica vel magis principaliter speculativa.

Ex supra dictis ergo patet quantum [367] spectat ad primam quaestionem quod est quaedam virtus quae quidem est specialis, in quantum est una secundum speciem propter unitatem obiecti principalis et formalis respectu cuius vel propter quod operatur, a quo [**Cod. P, fol. 352 R**[b]] habet formam et speciem ; et secundum hoc est etiam essentialiter ab aliis distincta. Est autem generalis quantum ad obiectum materiale circa quod operatur ; quia materia et actus cuiuslibet virtutis alterius specialis est sibi pro materia; quod tamen convenit [368] ei ratione sui principalis obiecti [369] quod est bonum commune : et est finis in quem omnes actus aliarum virtutum sunt referribiles [370]. Propter hoc enim omnibus aliis virtutibus et actibus earum ut [371] sua materia habet uti : et sic est aliquo modo ab aliis virtutibus indistincta, in quantum scilicet, ut superius est declaratum [372], in ipsa simul [373] est omnis virtus ; et ipsa ut sic non est pars virtutis, sed est tota virtus.

Et per praedicta potest responderi ad obiecta inducta [374] ad praedictas quaestiones. Et primo respondendum [375] ad ea quae inducebantur ad primam quaestionem.

[1] nec PR. — [2] dei P. — [3] quae P. — [4] ergo K. — [5] *om.* Q : *suppl. postea.* — [6] afficiatur 1[ae] *m.* Q ; *in* afficitur *corr.* 2[a] *m.* Q : — perficitur K. — [7] commune P. — [8] *om.* Q : *suppl. postea.* — [9] utraque P. — [10] in principio] *om.* K. — [11] complacentiae P. — [12] exigit

K. — [13] cuiuslibet K. — [14] respectu — virtutis] *om.* PQ. — [15] *om.* P. — [16] omnis ille qui habet bonum virtutis] eum diligit Q. — [17] *om.* K. — [18] modo quodam] quodam modo K. — [19] quia PK. — [20] ab aliis] *om.* Q. — [21] *om.* K. — [22] ibi commentator] commentator ibi P. — [23] passio *add.* K ; *del. postea.* — [24] dictiones K. — [25] aliquid K. — [26] manice *add.* Q. — [27] inamate P ; inamato K. — [28] qualis PV. — [29] tayius P ; taxus K ; tayrus R. — [30] nec P. — [31] diffinit K. — [32] sensus K. — [33] nec P. — [34] nec PR. — [35] amara P. — [36] *om.* Q ; *suppl. postea.* — [37] virtus est *add.* R ; *deinde del.* — [38] que *add.* Q ; *del. postea.* — [39] quod P. — [40] determinatam personam] aliam personam determinatam K. — [41] circa K. — [42] tempus K. — [43] loca *add.* Q. — [44] *om.* Q. — [45] *om.* R. — [46] vel P. — [47] amicitie P. — [48] reamant K. — [49] reamare K. — [50] amantis K. — [51] genera P. — [52] genere R. — [53] *om.* 1ª *m.* V, *in marg. scripsit* 2ª *m.* V. — [54] ad quam] dicendum quod K. — [55] superhabundantiam Iae *m.* K, *in* superhabundantie *corr.* 2ª *m.* K. — [56] ergo K. — [57] vero *add.* P. — [58] vult sic] vult K. — [59] generale *add.* K ; *del. postea.* — [60] sibi K. — [61] determin *add.* Q ; *postea del.* — [62] et *add.* Q. — [63] procedit VQ. — [64] perfectum P. — [65] du *add.* Q ; *postea del.* — [66] aliquod bonum] bonum aliquod Q. — [67] secundum Q. — [68] vel 1ae *m.* K ; *del* ; et *suprascrips.* 2ª *m.* K. — [69] *om.* Q ; — secundum ea quae ad virtutem temperantie pertinent *intra signa vacationis* (va — cat) *add.* K. — [70] aliquis K. — [71] et secundum — se ipsum] *om.* R. — [72] per *add.* Q ; *postea del.* — [73] illud est homo] homo iste est aliquis K. — [74] ad amantem ipsius] ipsius ad amantem RQ ; illius ad amantem K. — [75] non *add.* Q. — [76] *om.* R ; *lacuna.* — [77] velid K. — [78] quod Q. — [79] commune P. — [80] etiam P ; *om.* K ; — [81] *om.* K. — [82] sic *add.* K. — [83] fundatur V. — [84] magis — dicta] *om.* R. — [85] sic amare] quod sic (est *add.* 2ª *m.* K) amatus com. *add.* K. — [86] uns K. — [87] *om.* Q. — [88] actum amoris *add.* Q. — [89] quidem amici] amici quidem K. — [90] et *add.* Q ; *postea del.* — [91] vera P. — [92] quod benivolentia amicabili assimilatur *intra signa vacationis* (va — cat) *add.* K. — [93] *om.* K. — [94] communi RPQ. — [95] habitis aliis virtutibus] aliis virtutibus habitis K. — [96] velid K. — [97] in ordine] *om.* K. — [98] velid K. — [99] *om.* K. — [100] ponit K. — [101] *om.* Q. — [102] rortiones 1ae *m.* Q, *in* actiones *corr.* 2ª *m.* Q. — [103] et est] est etiam K. — [104] tractat K. — [105] et K. — [106] parentis K ; imperantes R. — [107] quia K. — [108] sed grat *add.* Q ; grat *del. postea* Q ; — proprium *add.* K, *deinde del.* — [109] libertatem R. — [110] vel K. — [111] benivolentie R. — [112] scilicet K. — [113] dominativum PK. — [114] superexcellenti K. — [115] nec P. — [116] nec PR. — [117] secundum quod] quod secundum V. — [118] unius cuiuscumque P. — [119] *om.* K. — [120] intendatur K. — [121] in K. — [122] sint K. — [123] ad hoc] et quod K. — [124] directe *add.* Q ; *del. postea.* — [125] nos K. — [126] proximos amore concupiscentie K. — [127] amare 1ae *m.* K, *in* amore *corr.* 2ª *m.* K. — [128] etiam P. — [129] id est] scilicet K. — [130] *om.* P. — [131] tamen *add.* K. — [132] *om.* VPRQ. — [133] idem VPRQ. — [134] et ad tales *add.* K. — [135] communitates P. — [136] id est] *om.* Q ; *suppl. postea.* — [137] ordine Q. — [138] ut K. — [139] sit P. — [140] ultimus hominis] hominis ultimus K. — [141] consistit K. — [142] congregatione Q. — [143] quod licet] quemlibet PQ ; quos licet K ; quemlibet 1ª *m.* V *in* quod licet *corr.* 2ª *m.* V. — [144] percipitur K. — [145] vero P. — [146] *om.* K. — [147] *om.* V. — [148] esse K. — [149] est obiectum actus quo volumus *ima parte folii scripsit* K. — [150] *om.* K. — [151] proximi K. — [152] directe *add.* Q ; *del. postea.* — [153] volumus K. — [154] sine P. — [155] huius VPQ. — [156] alia est quaedam] quaedam est alia K. — [157] substantialium K. — [158] specialium P. — [159] cuicumque P. — [160] continet K. — [161] *om.* Q. — [162] contineatur K. — [163] quia communicatione] quem communicationem K. — [164] boni P. — [165] participant beati perfecte] perfecte beati perspiciunt K ; *deinde* perspiciunt *in* percipiunt *corr.* 2ª *m.* K. — [166] *om.* K. — [167] obiectum K. — [168] dilectus P. — [169] *om.* R. — [170] 9r Q. — [171] ipsum QK. — [172] etiam *add.* Q. — [173] principali et primo K. — [174] *om.* K. — [175] velid K. — [176] bonum *add.* Q. — [177] primam P. — [178] *om.* QK ; summe est] est summe PR. — [179] *om.* K. — [180] secundum *add.* Q. — [181] etiam *add.* Q. — [182] nos P. — [183] haberemus P. — [184] influentias spirituales]

spirituales influentias K. — [185] respiciendo P. — [186] invamur K. — [187] huiusmodi K — [188] diversatione Q. — [189] super K. — [190] ad corinthios K. — [191] om. K. — [192] familiaris cum ipso] cum ipso familiaris K. — [193] in *add.* P. — [194] mentem in ipsum *add.* Q. — [195] philosophi VP. — [196] celo P. — [197] permansisistis 1^{ae} *m.* Q, *in* permansistis *corr.* 2^{a} *m.* Q. — [198] temptationibus K. — [199] regnum *add.* K. — [200] *om.* K. — [201] immutatio R; mutatio K; — vel immutatio *scrips. in marg.* 2^{a} *m.* V. — [202] esset 1^{ae} *m.* Q *in* est *corr.* 2^{a} *m.* Q. — [203] perpetuo K. — [204] verbi PRQK *et* 1^{a} *m.* V; veri *corr.* 2^{a} *m.* V. — [205] principale obiectum] obiectum principale K. — [206] est Q; huiusmodi K. — [207] virtus PRQ *et* 1^{a} *m.* V; virtutis *corr.* 2^{a} *m.* V. — [208] quoddam Q. — [209] *om.* Q. — [210] *om.* P. — [211] naturae K. — [212] de hoc *add.* K; *del. postea.* — [213] quis K. — [214] et per *add.* K. — [215] unde PK. — [216] bona sunt alia] alia sunt bona K. — [217] sed ipsum bonum] *om.* R. — [218] ita PRQR. — [219] idem P. — [220] primum K. — [221] *om.* Q; *suppl. postea.* — [222] hoc *add.* K. — [223] autem *add.* K. — [224] sed *add.* K. — [225] commune VPR. — [226] convenientes P. — [227] ponentes 1^{ae} *m.* Q, *in* potentes *corr.* 2^{a} *m.* Q; — vel convivere potentes] *om.* R. — [228] alios VPRQ. — [229] se ipsam et omnes *ima parte folii scrips.* K. — [230] extendat K. — [231] partes K. — [232] principaliter fundatur] fundatur principaliter K. — [233] *om.* R. — [234] id est] *om.* K. — [235] quae solum] solum quae K. — [236] ordinantur K. — [237] *om.* VPQ. — [238] tractare habent] habent tractare K. — [239] de ipsa solum] solum de ipsa K. — [240] perfecta maxime] maxime perfecta K. — [241] *om.* R. — [242] perfectius K. — [243] solum est] nisi solum K. — [244] dampnationis K. — [245] vel ars] universalis K. — [246] militare 1^{ae} *m.* V, *in* militaris *corr.* 2^{a} *m.* V. — [247] equester PK. — [248] quem Q. — [249] ultimus finis] finis ultimus Q. — [250] et K. — [251] ideo — vitae] *om.* V. — [252] modo *add.* R. — [253] ut eo perfruatur valeat pervenire] pervenire valeat ut eo perfruatur K. — [254] eius obiectum] obiectum eius K. — [255] et PRQ. — [256] etiam K. — [257] moralium *add.* K. — [258] utitus 1^{ae} *m.* Q, *in* utitur *corr.* 2^{a} *m.* Q. — [259] eorum RP. — [260] quod PQK. — [261] *om.* K. — [262] *om.* K. — [263] materiam propriam] propriam materiam K. — [264] virtutibus 1^{ae} *m.* Q, *in* virtutum *corr.* 2^{a} *m.* Q. — [265] in separabilibus PR. — [266] per K. — [267] fine P. — [268] huiusmodi R. — [269] essentialis K. — [270] convenit P. *et* 1^{a} *m.* V; contingit *corr.* 2^{a} *m.* V. — [271] habet etiam] etiam habet K. — [272] amare deum] deum amare K. — [273] bonum sibi] sibi bonum K. — [274] distinctus Q. — [275] quae P. — [276] assit K. — [277] assumitur 1^{ae} *m.* Q, *in* assumitur *corr.* 2^{a} *m.* Q. — [278] *om.* K; — ita quod — virtutis] *om.* R. — [279] *om.* PQK. — [280] quia PK. — [281] communi *add.* P. — [282] et K. — [283] etiam contingit] contingit etiam Q. — [284] principibus PQ; *del.* Q *et in marg.* principabus *scrips.* Q; — principibus 1^{ae} *m.* V, *in* principalibus *corr.* 2^{a} *m.* V. — [285] aliis R. — [286] *om.* K. — [287] pro obiecto] prob'o Q. — [288] *om.* V. — [289] *om.* K. — [290] consistat K. — [291] *om.* K. — [292] *om.* Q. — [293] communi P *et* 1^{a} *m.* V; communiter *corr.* 2^{a} *m.* V. — [294] *om.* 1^{a} *m.* Q; *suppl. postea.* — [295] ut sint quaedam prudentiae ponendae *add.* Q. — [296] virtutis generalis] virtutum generalium K. — [297] et quaedam generalis — moralium] *om.* V. — [298] hoc PQ. — [299] est P. — [300] modo *add.* K. — [301] quia K. — [302] *om.* K. — [303] et dirigere *add.* K. — [304] proprie dicuntur] dicuntur proprie K. — [305] et *add.* K. — [306] *om.* V. — [307] illas K. — [308] *om.* K. — [309] fiines 1^{ae} *m.* Q, *in* fines *corr.* 2^{a} *m.* Q. — [310] et *add.* Q. — [311] *om.* VPRQ. — [312] hoc PQ. — [313] non proprie practica] practica non proprie K. — [314] sicut K. — [315] *om.* K. — [316] cognitionem et *in marg. add.* K. — [317] exercitio PRQ *et* 1^{a} *m.* V. *corr.* 2^{a} *m.* V. — [318] sit habilis] sic hilaris P; sit humilis K. — [319] *om.* 1^{a} *m.* Q; *suppl. postea.* — [320] septimo K. — [321] activam sunt K. — [322] proprie K. — [323] sub habitu] *om.* R. — [324] dicitur *add.* Q; *del. postea.* — [325] scientia dicitur] dicitur scientia K. — [326] hoc PQ. — [327] dicitur PK. — [328] apprehenditur R. — [329] *om.* VPRQ. — [330] ponit K. — [331] *om.* K. — [332] est principale — Dei] *om.* 1^{a} *m.* V, *add. in marg.* 2^{a} *m.* V. — [333] quas R. — [334] eus K. — [335] est *suprascrips.* 2^{a} *m.* K. — [336] in K. — [337] et *add.* K. — [338] diligentis — talis] *om.* P. — [339] perfectione *add.* Q; *del. postea.* —

340 habet K. — 341 non *add.* Q ; *del. postea.* — 342 scibilibus PR. — 343 alibus K. — 344 etiam P. — 345 nulla K. — 346 nostrae practicae] practica nostra K. — 347 de *add.* K ; *deinde del.* — 348 in aliqua scientia consideramus] consideramus in aliqua scientia K. — 349 potest *add.* Q ; *postea del.* — 350 dici debet] debet dici K. — 351 speculativa scientia] scientia speculativa K. — 352 *om.* Q. — 353 de deo — dici] *om.* Q. — 354 qua VPRQ. — 355 convenienter PRQ. — 356 est diligibilis] diligibilis est K. — 357 *om.* V. — 358 quaeratur K. — 359 *om.* Q. — 360 *om.* V, *add. in marg.* 2ª *m.* V ; *om.* PRQ. — 361 *om.* 1ª *m.* R ; *deinde suppl.* — 362 in illa — subiectum] potest esse subiedctum in illa K. — 363 pra *add.* Q ; *del. postea* .— 364 in illa de dilectione] de dilectione in illa K. — 365 non *add.* K. — 366 tradatur K. — 367 quantumque P. — 368 contingit P. — 369 principalis obiecti] obiecti principalis K. — 370 refectibiles P. — 371 in K. — 372 in quantum — declaratum] ut superius declaratum est in quantum scilicet K. — 373 similis P. — 374 *om.* Q. — 375 *om.* K ; respondi Q ; responderi PR *et* 1ª *m.* V ; respondendum *corr.* 2ª *m.* V.

(1) Videtur alludi ad ARISTOTELIS *Ethicam Nicomacheam*, Θ, 1 (II, 1155, a, in fine). — (2) ID., *ibid.* (loc. cit. in principio). — (3) ID., *ibid.* (loc. cit.). — (4) AVERROIS CORDUBENSIS *Ethica Nicomachea*, l. VIII, c. 1 (vol. 3, fol. 110 Vª). — (5) ARISTOTELIS *Ethica Nicomachea*, Θ, 4 (II, 1156, b). — (6) ID., *ibid.*, Θ, 6, (II, 1157, b). — (7) ID., *ibid.*, Θ, 7 (II, 1157, b). — (8) ID., *ibid.*, Θ, 7 (II, 1158, a). — (9) ID., *ibid.*, Θ, 13 (II, 1161, a). — (10) ID., *ibid.*, Θ, 4 (II, 1156, b). — (11) ID., *ibid.*, I, 5 (II, 1166, b). — (12) ID., *ibid.*, Θ, 4 (II, 1156, b). — (13) ID., *ibid.*, Θ, 6 (II, 1157, b). — (14) ID., *ibid.* (Θ et I). — (15) Allud. ad ARISTOTELIS *Ethicam Nicomacheam*, E, 3 (II, 1129 a-b). — (16) ID., *ibid.*, Θ, 14 (II, 1162, a). — (17) ID., *ibid.*, Θ, 13 (II, 1161, a). — (18) ID., *ibid.*, Θ, 9 (II, 1158, a-b). — (19) Resp. ID., *ibid.*, Θ, 11 (II, 1160, a). — (20) I *Cor.*, I, 9. — (21) *Glossa ordin.*, I *Cor.*, I, 9 (op. cit., t. VI, p. 197-198). — (22) IOH. *Evang.* IV, 24. — (23) *Ad. Phil.*, III, 20. — (24) LUC. *Evang.* XII., 28-30. — (25) *Glossa ordinaria* (super LUC. *Evang.* XXII, 28-30 (PL. t. 114, col. 339, 30). Litteraliter. — (26) SANCTUS AUGUSTINUS, *De Trinitate*, l. VIII, c. 8, 12 (PL., t. 42, col. 958). — (27) Allud. ad SANCTUM ANGUSTINUM, *De Trinitate*, l. VIII, c. 3, (PL., t. 42, col. 950, 5). — (28) Resp. ID., *ibid.* (op. cit., loc. cit.). — (29) ARISTOTELIS *Ethica Nicomachea*, E, 3 (II, 1130, a). — (30) SANCTUS ANGUSTINUS, *De Trinitate*, l. XV, c. 18 (PL., t. 42, col. 1082, 32). — (31) ARISTOTELIS *Ethica Nicomchea*, A, 1 (II, 1094, a). — (32) ID., *ibid.*, A, 1 (II, 1095, a).

QUAESTIO III.

Utrum iustitia legalis sit virtus generalis.

Ad primum [1], cum dicitur quod [2] virtuti generali debet respondere operatio generalis et circa materiam generalem, sicut virtuti [**Cod. R, fol. 239 R^{b}**] speciali respondet operatio specialis et circa materiam specialem ; sed iustitiae legali non potest attribui operatio vel materia alia ab operationibus et materia specialium virtutum quae non sunt operatio vel materia generalis ; ergo ; et cetera ;

Est dicendum [3] quod huic virtuti eo modo quo est virtus generalis et respondet ei finis generalis et operatio generalis et circa materiam generalem. finis generalis, quia bonum commune et generale supradicta generalitate [4] sub quo fines speciales [5] virtutum specialium virtualiter continentur [6]; operatio generalis quia ratione huius [7] finis qui in illa principaliter intenditur et [8] qui attingitur non solum per operationem determinatam alicuius virtutis specialis, sed per operationes omnium, non determinat sibi aliquam operationem specialem, sed operationes omnium virtutum sunt suae operationes, quae quidem ut insimul quasi sub quodam toto [9] integrali congregatae [10] intelliguntur, non dicunt operationem aliquam specialem, sed potius generalem. In [**Cod. P, fol. 352 Va**] hoc ergo quod non exercet solam opertionem alicuius unius virtutis sed omnes [11] circuit, eius operatio non est specialis sicut alterius virtutis, sed est generalis modo praedicto ; materia etiam [12] circa quam operatur est generalis, quia propter eandem causam ad nullam materiam specialem determinatur, sed ratione huius sui obiecti principalis [14] et finis [15] circuit totam materiam et omnes [16] actus [17] aliarum virtutum.

Ad secundum cum arguitur quod non est virtus ab aliis distincta [18] [19] quia non [20] habet operationes sibi proprias [**Cod. Q. fol. 190 Va**] sed operationes [21] suae sunt operationes aliarum virtutum [22], est [23] dicendum quod ipsa sic est generalis quod tamen est virtus quaedam secundum speciem et formam [24] essentialiter ab aliis distincta [25]. Virtus autem [**Cod. V, fol. 236 Va**] secundum formam et speciem ab aliis distincta habet operationes sibi proprias ab [26] operationibus aliarum virtutum formaliter et essentialiter distinctas. Et ideo concedendum quod ita est in proposito. Nam licet eaedem sint [27] operationes huius [28] virtutis et aliarum [29] materialiter, non tamen sunt eaedem [**Cod. K, fol. 80 Rb**] formaliter. Sicut enim commisceri mulieri non suae est operatio vel actus unus materialiter et secundum rem ut est actus luxuriosi et furis [30] sive eius qui moechatur ut [31] furetur [32], differt tamen formaliter [33] secundum quod refertur ad finem qui est delectatio in concupiscibilibus carnis et ad alium finem qui est delectatio in [34] lucro inordinato ; differunt ergo dicta vitia essentialiter ; et habet quodlibet [35] actum sibi proprium ; et differt actus ille [36] ut est unius vitii a se ipso ut est alterius vitii formaliter et in genere moris, licet materialiter et in genere naturae sint [37] unus secundum rem ; ita etiam actus aliquis secundum virtutem temperantiae ut ordinatur [38] ad finem proprium [39] temperantiae et ut ordinatur ad bonum commune quod [40] est finis iustitiae legalis est unus actus materialiter et in genere naturae. est tamen alius et alius formaliter et in genere moris : et uno modo [**Cod. P, fol. 352 Vb**] est actus proprius temperantiae et alio modo est actus proprius iustitiae legalis.

Ad illud ergo quo arguitur postea, istud idem. scilicet quod idem et unus actus est virtutis [41] specialis et huius [42] virtutis. puta cum miles in bello fortiter [43] persistit et propter bonum fortitudinis et propter bonum commune.

dicendum quod verum est quod ille actus secundum substantiam et materialiter non diversificatur, ut scilicet consideratur in ordine ad hos diversos fines. Verumtamen ut accipitur cum utroque dicto fine, dicendum quod ille acceptus cum uno fine et iterum acceptus cum alio fine, prout intelligitur quod totum quoddam, scillicet actus cum ipso fine, est aliquid unum in genere moris ratione ordinis unius [44] sub quo utrumque [45] horum compre — [**Cod. R, fol. 239 V**[a]] henditur, sic realiter differt actus militis ut comprehenditur sub fine fortitudinis et ut comprehenditur [46] sub fine iustitiae generalis [47]; et secundum hoc fortitudo et iustitia legalis habent actus formaliter differentes et sunt virtutes differentes.

Ad quartum cum arguitur quod non est alia virtus, ab aliis scilicet distincta, quia virtus quae non ponit in numerum cum illis non est distincta ab eis ; sed iustitia legalis non ponit in numerum cum aliis virtutibus, quia dicit **Philosophus** (1) [40] quinto *Ethicorum* quod iustitia legalis non est pars virtutis, sed est tota virtus [50]; item ibidem (2) dicit quod haec iustitia simul [51] est omnis virtus ; ergo ; et cetera ; dicendum quod iustitia secundum quod consideratur ut est quaedam virtus una secundum formam et speciem et ut sic [53] etiam considerantur aliae virtutes, sic ponit in numerum cum aliis virtutibus et non est tota, id est [54] quaelibet virtus secundum essentiam, sed est pars virtutis, haec [55] est quaedam specialis virtus contenta sub uno quodam toto universali quod dicitur virtus moralis [56], quia ut sic consideratus habet et materiam et actum et finem sibi propria et a materia et [57] actu ac [58] fine aliarum virtutum formaliter in genere moris distincta. Consideran- [**Cod. P, fol. 253 R**[a]] do autem ipsam ut ratione [59] sui finis [60] generalis virtualiter fines aliarum virtutum comprehendens ratione cuius est sic generalis quod [61] potest [**Cod. Q, fol. 190 V**[b]] actus omnium aliarum [62] virtutum exercere et referre ad hunc finem et actibus aliarum virtutum uti [**Cod. V, fol. 236 V**[b]] pro materia ; sic est dicendum quod in quantum iustitia legalis includit hunc suum finem quasi formam et alias virtutes et actus earum tanquam suam materiam, sic non est pars virtutis sive virtus aliqua specialis finem aliquem specialem et actus circa materiam determinatam importans, sed est tota [63] vel omnis virtus modo praedicto [64], omnes [65] virtutes speciales et materias earum virtute sui finis communis qua omnes [66] quodam modo informat comprehendens.

Ad quintum cum arguitur quod non potest esse generalis ratione finis vel obiecti communis, quia est in appetitu sensitivo ; sed ille non se extendit ad bonum generale vel commune, sed solum ad bonum aliquod particulare ; dicendum est [67] quod generale vel commune potest accipi pro toto. Multiplex [68] autem est totum, scilicet universale, integrale, potentiale, et cetera. Bonum ergo commune quod per iustitiam legalem intenditur non est unus homo singularis, sed est ipsa tota communitas sive bonum totius communitatis sive omnium in communitate contentorum secundum quod sunt aliquid communi-

tatis et ad ipsam pertinent; et sic est aliquid commune quod tamen singulare quoddam [69] in quantum est quoddam totum integrale multos homines alicuius communitatis in illa continens congregatos. Cum ergo arguitur quod iustitia non potest respicere bonum commune si est in [70] appetitu sensitivo, posset dici quod [71] hoc intelligitur de communi quod est totum universale non de alio communi.

Ad huiusmodi tamen pleniorem [72] evidentiam est intelligendum quod virtutes omnes [73] morales sunt in appetitu sensitivo qui per se et directe non est appetitus nisi quorundam bonorum particularium et tamen virtutum illarum obiectum [74] [Cod. P, fol. 353 R^b] per se non est aliquod bonum particulare sed aliquod [76] bonum universale sive generale [77] per praedicationem sive sit vere univocum sive analogum. Cum enim finis in agibilibus sit sicut principium in speculabilibus, quia a fine sumitur principium universale totius processus syllogistici intellectus practici circa [Cod. R, fol. 239 V^b] omnia quae ad finem [78] illum sunt ordinabilia et per quae potest huiusmodi finis attingi; ergo oportet ponere quod hic finis non est aliquod bonum particulare. Hoc etiam patet ex hoc quod prudentia est habitus intellectivus cognoscitivus circa morales virtutes [79] [Cod. K, fol. 80 V^a] eorum ad quae inclinat appetitus secundum habitum virtutis moralis. Constat autem quod prudentia principaliter est [80] in intellectu; et ad prudentiam, in quantum est virtus intellectualis, principaliter [81] pertinet cognitio universalium, sed in quantum est [82] directiva in actibus particularibus ad quos [83] universalia applicantur, pertinet ad ipsam cognitio particularium. Cum enim finis virtutum moralium sit bonum [84] humanum quod est secundum rationem esse [85] secundum **Dyonisium** (3) quarto [86] *De Divinis Nominibus* oportet quod finis moralium virtutum [87] praeexistat in ratione a quo, ut dictum est [88], sumitur principium universale.

Nec obstat quod dicitur sexto *Ethicorum* (4) quod « virtus moralis existens in appetitu sensitivo facit intentionem finis rectam »; quia per hoc non intelligitur qud virtutes quae sunt [89] in appetitu sensitivo praestituant ipsum [90] finem ut habet modo praedicto rationem boni communis vel universalis: sed quia ex bona dispositione appetitus quae fit [91] per habitum consequitur homo [92] conformitatem ad illa quae sibi conveniunt secundum rectam rationem. Et ex hoc contingit quod cum offeruntur talia intellectui apparent ut [93] bona et homini secundum rationem convenientia, prout dicit **Philosophus** tertio *Ethicorum* (5) « quod qualis est unusquisque, talis finis videtur ei ». Habitus ergo virtuosus [Cod. P, fol. 353 V^a] non facit quod appetitus [Cod. V, fol. 237 R^a] inclinetur in aliquid sub ratione communi vel universali [94]. Facit tamen aliquo modo ut aliquid apprehendatur sub ratione boni in universali. Deinde conclusio per syllogismum practicum de aliquo operabili particulari per quod [Cod. Q, fol. 191 R^a] huiusmodi finis attingitur ad habitum in appetitu existentem [95] pertinet quod [96] appetitus ille convenienter dispositus

in illud particulare operabile prompte et immobiliter inclinetur. Si ergo propter hoc iustitia non posset esse in appetitu sensitivo quia [97] haberet obiectum principale commune communitate praedicationis, nulla virtus alia etiam posset esse in appetitu sensitivo.

Sed quia in argumento videtur inquiri in quo debet poni iustitia ut in subiecto, scilicet utrum sit in voluntate vel in appetitu sensitivo, licet autem de hoc alibi aliquid sit tactum, ad eius evidentiam tamen est intelligendum quod sicut alias pluries dictum est, iterum [98] dico quod respectu eorum quae nobis sunt possibilia et convenientia ex naturalibus per se [99] primo et principaliter non requiritur aliquis habitus disponens [100] et habilitans [101] voluntatem ad hoc quod prompte et recte [102] inclinetur in illud [103] quod apprehenditur a recta ratione ; quia hoc convenit [104] ei ex condicione naturae suae [105] cum sit appetitus in ratione intellectui tamen est in actu perfecte [106] proportionatus ut in actu consimili conformiter [107] fiat sicut in brutis ad hoc quod appetitus sensitivus prompte inclinetur in illud quod a sensu apprehenditur, non requiritur aliquis habitus ipsum habilitans et disponens, quia cum sit appetitus [108] in sensualitate hoc ei contingit [109] ex condicione naturae suae [110]. Sed quia in homine [111] isti duo appetitus sunt coniuncti et inferior [112] natus est oboedire superiori, non tamen prompte propter [**Cod. P, fol. 353 V**[b]] hoc quod frequenter alliciendo trahit [113] contra illud quod apprehenditur [**Cod. R, fol. 240 R**[a]] a ratione per aliquid apprehensum a sensu et sic est ibi repugnantia non voluntatis ad intellectum, sed carnis, id est [114] carnalis affectionis appetitus sensitivi ad spiritum quae non contingit ex parte appetitus [115] rationalis, sed ipsius appetitus sensitivi ; ideo [116] ad hoc quod voluntas non impediatur quin prompte et faciliter sequatur rationem quae non impeditur nisi ex inordinata dispositione appetitus et etiam quod ipse appetitus inferior moveatur prompte et faciliter concorditer rationi, primo [117] per se et principaliter requiritur habitus disponens [118] et habilitans appetitum et reducens ad medium excessum vel defectum circa passiones appetitus per quas causatur huismodi repugnantia vel resistentia. Et ideo necesse est ponere per se et primo [119] et principaliter habitum in appetitu et non in voluntate, tamen cum virtus sit habitus laudabilis et potentiam in qua est perficit et nobilitat, hoc quod in appetitu sensitivo sic ponitur habitus virtuosus non autem in voluntate, in nullo deroget dignitati voluntatis nec perfectioni sui [120] actus qui non elicitur mediante habitu virtuoso. Immo super illam attestatur, quia nobilius est illud quod habet suam nobilitatem, perfectionem et dignitatem ex condicione suae naturae quam quod illud ex aliquo adventitio et coniuncto [121] naturae suae consequatur. Et ideo licet actus voluntatis conformis rectae rationi non eliciatur a voluntate informata habitu virtuoso, sed actus appetitus conformis rectae rationi elicitur ab ipso ut est habitu virtuoso dispositus, tamen non propter hoc actus appetitus est perfectior [122] et laudabilior quam actus voluntatis ; immo est e converso. Quamvis [**Cod. P, fol. 354 R**[a]] autem, ut dictum

est, dignitati voluntatis non [Cod. V, fol. 237 R^b] derogat [123] quod exeat in actum suum [124] convenienter praeter habitum virtuosum, et intellectus secundum aliquos est potentia nobilior quam voluntas, tamen ad hoc quod in actum suum convenienter exeat requiritur habitus virtuosus in ipso, quia cum non fiat in actu nisi ministerio potentiarum sensitivarum materialiter variabilium, intellectus non est determinatus ad hoc quod semper convenienter in actum suum exeat [125]. Et ideo oportet quod ad hoc aliquo habitu perficiatur, qui, licet [126] secundum aliquos philosophos, ponatur [Cod. Q, fol. 191 R^b] in viribus inferioribus sensitivis, tamen magis [Cod. K, fol. 80 V^b] communiter ponitur [127] in intellectu. Hoc tamen verum est quod si sufficeret talis habitus in viribus sensitivis ad hoc quod intellectus posset convenienter moveri ab obiecto suo non oporteret habitum ponere in intellectu. Constat autem quod voluntas movetur ab intellectu sic quod obiectum intellectus est obiectum voluntatis, quia bonum secundum quod apprehensum; et ideo planum est quod supposito quod intellectus sit sic dispositus quod convenienter possit exire in actum suum amoto etiam impedimento quod praestatur [128] ex parte appetitus inferioris, primo per se [129] et principaliter non requiritur aliquis habitus in voluntate ad hoc quod convenienter exeat in actum conformiter [130] rationi. Est ergo iustititia et omnis virtus moralis ponenda in appetitu sensitivo. Et hoc expressissime patet per **Philosophum** (5) et eius expositores (6) in [Cod. R, fol. 240 R^b] pluribus locis in libro *Ethicorum*, sicut alias fuit evidenter declaratum.

Sed quia appetitus sensitivus dividitur in duas partes, scilicet in irascibilem et concupiscibilem, dubium videtur quomodo in appetitu sensitivo potest poni iustitia; quia cum sit una virtus essentialiter secundum formam et speciem, non debet poni nisi [131] in uno [Cod. P, fol. 354 R^b] tanquam in subiecto. Videtur autem quod conveniens dispositio tam irascibilis quam concupiscibilis requiritur ad hoc quod virtus iustitiae habeatur. Et sic iustitiae duo subiecta responderent. Et prout alias dicebatur loquendo de iustitia in generali, videtur quod appetitum secundum utramque vim [132] aliquo modo pro subiecto respicit. Et hoc confirmabitur per **Commentatorem** (7) dicentem [133] sexto *Ethicorum* super illud (8): « opus perficitur secundum prudentiam et secundum virtutem moralem ». « Omnis autem [134] virtus moralis alicuius est vel aliquarum particularium habitus passivi [135] animae; puta irascililis quidem fortitudo, concupiscibilis temperantia, iustitia autem utrarumque utrique harum dignum [136] tribuens et ad invivem et ad rationem ».

Sed magis exquisite et [136] magis explicite [138] loquendo et in speciali descendendo ad hanc duplicem iustitiam, scilicet generalem et particularem, videtur dicendum quod iustitia particularis principalius est in appetitu secundum vim concupisibilem, iustitia vero generalis est in appetitu secundum vim irascibilem, quia iustitia et iniustitia particularis principaliter versantur circa bona et mala circa quae etiam est liberalitas et avaritia. Propter quod

etiam iniustus iniustitia particulari avarus dicitur, in [139] quantum plus vult habere de bonis fortunae [140] et minus de malis quam debeat, prout patet ex quinto *Ethicorum* ubi dicit **Philosophus** (9) « quod iniustitia particularis est circa honores et divitias et generaliter circa talia circa quae contingit delectatio [141] quae est [142] a lucro, circa eadem autem [143] est virtus et malitia, licet alio modo. Ergo circa talia est etiam iustitia. Et sic videtur quod sit in concupiscibili.

Quamvis ergo ad hoc quod aliquis agat bene secundum iustitiam particularem requiratur quod sit bene [Cod. P, fol. 354 Va; Cod. V, fol. 237 Va] dispositus non solum secundum concupiscibilem sed etiam secundum irascibilem [144], hoc tamen [145] non arguit quod per se habeat esse in irascibili ; quia consimiliter etiam ad hoc quod aliquis bene agat secundum temperantiam vel liberalitatem quam constat esse in concupiscibili, hoc requiritur. Sicut etiam [147] iratus iniuste agit alium laedendo in corpore vel in rebus, ita etiam continens timore agit contra bonum continentiae ; sed agendo magis dicitur ille iracundus [148] quam iniustus et iste magis dicitur timidus quam incontinens.

De iustitia autem legali videtur dicendum quod est in irascibili ; quia irascibilis respicit aliquid sub ratione ardui et difficilis. Illud autem quod iustitia legalis principaliter respicit habet rationem ardui et difficilis, quia est bonum alienum. Propter quod dicit **Philosophus** (10) quinto [149] *Ethicorum*, « quod est perfecta virtus quoniam habens eam non solum [Cod. Q, fol. 191 Va] ad se ipsum sed etiam [150] ad alterum potest virtute uti ; in propriis quidem enim multi possunt virtute [151] [Cod. R, fol. 240 Va] uti qui non possunt in his quae sunt ad alterum. Propter quod dicit bene **Bias** [152] quod principatus ostendit virum ».

Nec est inconveniens sic ponere iustitiam generalem [153] in alia vi quam sit illa in qua est iustitia particularis, cum etiam contingat hoc in virtutibus quae [154] respiciunt quasi unam materiam, licet sub [155] alia et alia ratione. Nam liberalitas quae est circa mediocres sumptus ponitur in concupiscibili sicut in subiecto ; et similiter virtus quae est circa mediocres honores. Magnificentia autem et magnanimitas ponuntur in irascibili, quia sunt circa magnos honores respectu quorum quaedam specialis attenditur difficultas [156].

Cum ergo adhuc aliter aliqui arguunt [157] quod iustitia non potest esse in appetitu sensitivo, quia ius- [Cod. P, fol. 354 Vb] titia est ad alterum ; iustitiae enim est reddere unicuique quod suum est ; hoc autem non potest procedere ex appetitu sensitivo, quia apprehensio sensitiva non se extendit [Cod. K, fol. 81 Ra] ad hoc quod considerare possit proportionem unius ad alterum ; sed hoc est proprium rationis ; ideo videtur quod iustitia non est nisi in appetitu qui movetur a [158] ratione, scilicet in voluntate ;

dicendum quod hoc non valet : quia, ut ex supra dictis patet, quamvis virtutes morales ponantur in appetitu sensitivo et actus earum sint particu-

lares et circa particularia, tamen ad hoc quod habeant rationem boni humani, ut scilicet habitus appetitus sensitivi virtutes humanae dicantur et actus in quos inclinant appetitum sint virtuosi, non [159] sufficit apprehensio sensitiva a qua immediate et per se movetur appetitus ; sed supponitur quod apprehensiva rationalis sit perfecta habitu cognitivo [160] universalium [161] et particularium quae ad eliciendum convenientem [162] operationem secundum talem virtutem requiruntur et quod [163] ipse appetitus sensitivus sic sit [164] convenienter dispositus per habitum virtuosum quod ratione sic existente in actu rectae cognitionis tam universalium quam particularium ad quam quidem cognitionem intellectus quantum ad particularia concurrit apprehensio sensitiva ad quam quodam modo reflexus intellectus huiusmodi particularia apprehendit, ipse appetitus inclinatur oboedienter et absque repugnantia in operationes convenienter [165] sic per rationem rectam iudicatas [166]. Verum est ergo quod ad virtutem iustitiae quae est ad alterum, ut dictum est, requiritur apprehensio proportionis unius ad alterum ; et hoc quidem est per se rationis, non autem [Cod. V, fol. 237 V^b] appetitus neque [167] rationalis neque [168] sensitivi ; sed prout haec apprehensio debet esse principium alicuius operationis particularis qua alteri reddatur [169] [Cod. P, fol. 355 R^a] quod suum est, oportet adesse cognitionem sensitivam particularem : et appetitui sensitivo in homine convenit quod, cum sit rationalis per participationem, [quod] in illud quod apprehensum est et [170] iudicatum [171] secundum rectam rationem continere [172] convenientem proportionem unius ad alterum, cum pertractatum est [173] ad cognitionem particularem quae est principium operationis, in huiusmodi operationem particularem prompte et delectabiliter inclinetur. Et non pertinet ad appetitum quemcumque quod huiusmodi proportionem apprehendat ad hoc quod in illud in quo iudicata est huiusmodi proportio consistere [174] inclinetur, sed quod ab eo a quo sic apprehenditur [175] aliquo modo [Cod. R, fol. 240 V^b] natus sit moveri ad illud in quo talis proportio est iudicata. Prout enim tactum est supra, non magis debet appropriari [176] uni virtuti morali quam alteri quod in operationibus quae sunt secundum unam virtutem, appetitus consequatur apprehensionem rationis ; immo sicut non ponitur alius modus apprehensionis rationis secundum prudentiam in his quae pertinent [177] ad unam virtutem et in his quae perti- [Cod. Q, fol. 191 V^b] nent ad aliam quin respectu cuiuslibet virtutis ad eam pertineat cognitio universalium et particularium, ita etiam non ponitur alio modo fieri inclinatio appetitus in operationes virtutum moralium secundum unam virtutem quam secundum aliam, quin scilicet [178] in omnibus vel secundum omnes inclinetur in aliquod opus particulare qualis inclinatio convenienter ad appetitum sensitivum potest pertinere.

Quod etiam dicitur ab aliquibus quod sicut iustitia est virtus quae est ad alterum ita opus iustitiae est ad alterum [179] ; sed appetitus sensitivus non inclinatur ad alterum [180], apparet esse falsum : quia etiam bruta per suos

appetitus ad alterum inclinantur [188], prout brutum aliquod lactat foetum proprium et non alienum ; et caetera. Sed [**Cod. P, fol. 355 R^b**] verum est quod, licet in bruto per aliquam aestimationem apprehendatur determinate illud ad quod determinate inclinatur et aliud [182] quod ab ipso repellitur, tamen huiusmodi inclinatio non est virtuosa ; quia in bruto non est apprehensio huius [183] ordinis et proportionis quae est unius ad alterum et ex huiusmodi apprehensione non inclinatur appetitus bruti [184] sic in alterum [185], cum non sit animal rationale ; nec eius appetitus est natus moveri a ratione, quia nec est rationalis per participationem, sed quodam instinctu naturali taliter inclinatur [186].

Ad aliud cum arguitur quod virtus generalis ex eo quod per eam homo unus ad bonum multitudinis vel multorum hominum ordinatur non differt realiter et secundum speciem ab illa per quam homo unus ad unum hominem ordinatur [187], quia penes unum et multa non videtur ponenda differentia formalis et specifica ; est dicendum [188] quod si loquamur de bono singulari unius et de bono communi multitudinis sive multorum praecise secundum quod illud bonum [189] unum secundum rationem eandem invenitur in uno vel [190] in multis, sic non contingit ex hoc aliqua diversitas formalis et essentialis, sicut bonum temperantiae prout consideratur ut habet esse in aliqua una singulari persona et prout habet esse in pluribus. Sed si loquamur de bono singulari unius prout per hoc convenienter ordinatur aliquis ad se ipsum et prout convenienter ordinatur per illud ad alterum et ad multos sive ad totum aliquod alicuius communitatis, sic est ibi differentia secundum formam et essentiam [**Cod. V, fol. 238 R^a**].

Sic etiam dicendum est quod, licet penes unum et multos non sumatur diversitas secundum formam in bono ipsorum, scilicet unius et multorum, prout scilicet unusquisque multorum et bonum suum secundum se ut [**Cod. K, fol. 81 R^b**] singularis persona et prout bonum talium simul collectorum consideratur, tamen prout unusquisque illorum et bonum suum consideratur in ordine [**Cod. R, fol. 241 R^a**] ad quemlibet [191] alium [**Cod. P, fol. 355 V^a**] sic scilicet ut toti communitati bonum eveniat ex his quae agit aliquis, et non solum in ordine ad se ipsum et ut ex eo quod agit bonum sibi secundum se eveniat, sic invenitur differentia secundum formam inter unum et multos. Et hoc modo verum est quod dicitur quod bonum commune civitatis vel regni et bonum unius personae non differunt [192] solum secundum multum et paucum sed secundum formalem differentiam, prout **Philosophus** (11) dicit primo *Politicorum* [193] quod non bene dicunt qui dicunt civitatem et domum et alia huiusmodi differre solum multitudine et paucitate, et non specie.

Ad aliud cum arguitur quod iustitia generalis non potest distingui ab aliis virtutibus per hoc quod illas ad alium finem, scilicet ad obiectum suum sive finem ordinat et refert, quia quando hoc contingit quod actus unius

virtutis refertur ad finem alterius, ibi reperiuntur duo actus materialiter; sicut e contra patet in vitiis [194] cum aliquis moechatur ut furetur, et in caritate cum aliquis dat eleemosynam indigenti propter Deum; sed hoc in proposito non invenitur, ergo et cetera [195];

Dicendum quod quando per unam aliquam virtutem refertur alia virtus ad aliam [196] virtutem per modum cuiusdam imperii, tenet quod assumitur. Sed hoc non oportet quando hoc [197] fit propter hoc quod virtus referens continentia cuiusdam totius integralis [Cod. Q, fol. 192 Ra] congregat in se virtutem relatam ratione sui finis et obiecti principalis, quia hoc modo videtur virtus relata ad essentiam virtutis referentis ut eius materia sic per se pertinere [198] quod aliam materiam non habet quam materiam talis virtutis. Pro tanto etiam dicitur virtus generalis alias [199] per modum cuiusdam totius integralis in se comprehendere [200] non quidem formaliter, quoniam sic essent [201] plures virtutes formaliter; sed materialiter quia materia cuius- [Cod. P, fol. 355 Vb] libet virtutis utitur sicut virtus [202] specialis sua propria tantum.

Dicendum ergo quod verum est quod ad hoc aliqua virtus essentialiter ab alia distinguatur, oportet quod habeat finem alium sibi proprium, quia hoc est formale a quo in moribus sumitur diversitas formalis. Sed non oportet quod habeat operationes quibus hic finis attingatur sibi sic proprias quod non possint esse operationes [203] alterius virtutis; quia huiusmodi operationes et ea circa quae sunt, sunt [204] materialia in moribus. Nec penes talia sumitur per se differentia formalis in moribus, quia una et eadem operatio secundum substantiam et genus potest esse actus plurium virtutum vel [205] vitiorum [206] materialiter; sed diversitatem in genere moris sortitur ex diversa habitudine ad diversos fines. Et secundum hoc dicendum quod non oportet quod [207] iustitia legalis respectu sui finis, qui est bonum commune, habeat actum sibi proprium qui non sit actus alicuius virtutis specialis: quia de ratione suae communitatis est quod sic comprehendit bonum omnium virtutum et actus earum [208] quod [209] non nisi per actus illarum ad ipsum convenienter relatarum attingitur. Non est ergo ponendum quod iustitia legalis quae est virtus communis habens finem sibi proprium circa illum habeat aliquam operationem propriam praeter operationes [Cod. V, fol. 238 Rb] specialium virtutum, puta: amare ipsum bonum commune vel aliquid huiusmodi; sicut [210] etiam virtus specialis respectu sui finis sibi proprii [211], puta: temperantia [Cod. R, fol. 241 Rb] vel fortitudo, non habet aliquem actum specialem, puta: amare bonum ipsum [212] temperantiae vel aliquid huiusmodi; quia non amatur amore amicitiae qui est actus virtutis amicitiae [213], sed amore concupiscentiae; sed habet actus [214] alios quibus hoc bonum attingitur et habetur. Ita etiam in iustitia legali est respectu sui finis et actuum aliarum virtutum.

Ad aliud cum [215] arguitur quod iustitia generalis non differt rea- [Cod. P, fol. 356 Ra] liter a particulari propter unitatem obiecti, quia sicut amicitia

respicit bonum sub ratione boni simpliciter, ita iustitia respicit aliquid sub ratione debiti ; sed amicitia non distinguitur per hoc quod est respectu boni communis vel particularis ; ergo justitia non distinguetur per hoc quod est respectu boni communis vel particularis ;

Est dicendum quod loquendo philosophice de amicitia quae est respectu boni honesti, verum est quod non distinguitur amicitia proprie dicta in communem respectu [216] boni communis [217] et in specialem respectu boni determinati, quia ad [218] bonum commune quod respicit philosophus tanquam finem communem non habetur amicitia proprie dicta ut est quaedam virtus ab aliis distincta, propter causam supra dictam. Verum est tamen quod diversi modi amicitiarum ponuntur [219] a **Philosopho** (12) respectu diversarum personarum [220] secundum diversas communicationes quae inter aliquos diversimode inveniuntur. Sed, ut dictum est, amicitia proprie dicta et [221] perfectissime ab aliis virtutibus distincta [222] non est nisi una secundum speciem, quia ibi non invenitur nisi una ratio formalis, ut patet ex his quae circa hoc traduntur [223] octavo et nono *Ethicorum* ; et sic quia respectu boni communis ratio boni amabilis virtute amicitiae proprie dictae non invenitur nec [224] virtus [225] amicitiae respectu eius ponitur. Sed quia respectu [226] boni communis ratio debiti proprie invenitur et alia est ratio boni communis quod consistit in ordine omnium quae ad communitatem pertinent ad se invicem ut sunt aliquid totius communitatis et alia est ratio boni specialis quod consistit in ordine unius hominis ad alium aliquem hominem secundum quod est **[Cod. Q, fol. 192 R^b^]** aliqua persona determinata secundum **[Cod. K, fol. 81 V^a^]** aliqua bona quibus homines ad invicem communicant respectu cuius etiam [227] ratio debiti invenitur, ideo virtus quae perficit hominem in ordine ad ta- **[Cod. P, fol. 355 R^b^]** lia bona diversa erit iustitia et essentialiter erit una diversa ab altera.

Est tamen circa hoc amplius intelligendum quod praeter illam virtutem amicitiae de qua philosophi habent considerare, est quaedam alia quae etiam est generalis, qua sic diligitur omne diligibile sub ratione boni, quod non dividitur huiusmodi amicitia secundum quod ea diligitur aliqua persona specialiter et secundum quod diliguntur omnes diligibiles communiter. Cuius ratio patet ex [228] his quae circa eius generalitatem sunt supradicta.

Ad aliud cum arguitur quod non oportet ponere virtutem generalem quae sit iustitia, sed solum quandam amicitiam generalem acquisitam, quia sicut [229] caritas quae est amicitia supernaturalis sufficienter ordinat omnes alias virtutes [230] morales in suum finem supernaturalem. Nec ad hoc **[Cod. R, fol. 241 V^a^]** quod hoc fieri possit requiruntur [231] virtutes morales aliae ab acquisitis infusae, ita etiam videtur quod amicitia acquisita ex naturalibus sufficienter refert omnes alias virtutes in finem hominis naturalem ; nec requiritur ad hoc faciendum aliqua virtus quae **[Cod. V, fol. 238 V^a^]** iustitia legalis dicatur.

Ad hoc est dicendum quod similitudo quae assumitur non est conveniens; quia licet respectu finis supernaturalis sit quaedam virtus generalis ad omnes [232] alias virtutes quae amicitia dicitur et quae sufficit ad hoc quod omnes virtutes alias referat in finem suum, tamen respectu [233] finis naturalis non est aliqua virtus generalis quae [234] amicitia proprie dicitur, sed alia quae iustitia legalis dicitur. Posito etiam quod verum sit quod praeter virtutem generalem quae caritas dicitur, non requiritur [235] quod infundantur aliae virtutes morales [236] similes temperantiae, fortitudini et aliis acquisitis quia ipsa caritas sufficit ad hoc [237] quod per eam actus [Cod. P, fol. 356 V^a] omnium aliarum virtutum referantur ad suum finem, prout sufficit ad salutem, tamen quia est alia ratio [238] boni communis [239] et etiam alia est ratio communicationis super quibus fundatur ista amicitia caritatis a bono communi et a [240] modo quo ad invicem communicant contenti sub illa communitate cuius bonum commune intendit iustitia generalis quae est virtus acquisita : ideo non obstante quod caritas est virtus generalis, tamen [241] requirit etiam [242] iustitiam generalem acquisitam cuius actus habet etiam in suum finem referre, sicut requirit alias virtutes morales acquisitas ad hoc quod prompte et delectabiliter [243] possit actus omnium [244] moralium virtutum [245] ad finem suum proprium [246] referre. Nec est hoc [247] inconveniens nec superfluum quod virtus caritatis quae est generalis exigit aliam virtutem moralem quae etiam est [248] generalis, quia [249] sunt diversarum rationum et una ad aliam ut ad superiorem ordinatur. Ad hoc ergo quod per virtutem supernaturalem caritatis actus omnium moralium virtutum [250] in finem ultimum et supernaturalem referantur. non requiritur quod aliae virtutes morales fundantur ; requiritur tamen quod iustitia legalis quae est etiam [251] virtus generalis cum aliis habeatur.

Ad aliud cum arguitur quod iustitia generalis et particularis non differunt secundum rem sed solum secundum rationem, immo etiam quod [252] iustitia generalis et quaecumque virtus specialis non differunt nisi secundum rationem, quia homo consideratus in ordine ad alterum aliquem singulariter quod pertinet ad iustitiam particularem, et consideratus in ordine ad quemcumque generaliter [253] quod pertinet ad iustitiam generalem non [254] differt nisi ratione ; similiter etiam actus alicuius virtutis specialis ut relatus ad bonum particulare virtutis particula- [Cod. P, fol. 356 V^b] ris et ut relatus ad bonum commune quod respicit virtus generalis non differt nisi ratione :

Est dicendum [255] quod [Cod. Q, fol. 192 V^a] licet homo singularis et actus eius ut relatus ad bonum aliquod particulare et [256] ut relatus ad bonum commune differat sola ratione. tamen hoc totum quod est homo singularis et actus eius ordinatus ad bonum particulare. et hoc totum quod est homo singularis et actus eius ordinatus ad bonum commune sunt quaedam plura realiter et essentialiter in genere moris differentia ; iustitia autem particularis et iustitia legalis et actus [257] virtutis specialis et actus ille ut est actus virtutis generalis non respiciunt solum hominem singularem [Cod. R, fol. 241 V^b]

et actum eius ut sic [258] relatum ad diversos fines, sed hoc totum prout [259] complectitur actum particularis virtutis et praedictos fines plures et ordines plures [260] ad ipsos ; et ideo differunt non solum ratione sed essentialiter.

Ex his patet quod non est intelligendum ex auctoritate illa **Philosophi** (13): «Quod autem differt [261] virtus a iustitia manifestum est. Est [262] quidem eadem, esse autem non idem ; et secundum quod ad alterum iustitia, secundum autem quod talis habitus simpliciter [263] virtus»,—[**Cod. V, fol. 238 V**[b]] quod [264] iustitia legalis essentialiter non differt ab alia virtute, sed quod illud quod est specialis virtus secundum formam et speciem consideratum [265] ut comprehendit actum proprium [266] solum in ordine ad finem sibi proprium. Item ipsa eadem virtus ut [**Cod. K, fol. 81 V**[b]] consideratur secundum quod a superiori virtute [267], scilicet a iustitia legali in finem communem superiorem ordinatur, sic est unum et idem simpliciter et essentialiter, differens solum secundum quid et secundum rationem ; sicut homo consideratus secundum se et consideratus secundum quod in theatro. Sed si consideretur praedicta specialis virtus modo praedicto secundum se, item consideretur non solum in ordine ad finem praedictum communem, sed hoc totum simul, scilicet ipsa virtus specialis aut [268] [**Cod. P, fol. 357 R**[a]] actus eius simul cum fine [269] alio communi ad quem per aliam virtutem ordinantur ut simul comprehendatur [270] et actus virtutis specialis et finis communis, sic differunt haec simpliciter et essentialiter et non solum ratione. Et sicut talis actus ut comprehenditur simul cum fine proprio specialis virtutis constituit unam virtutem secundum formam et essentiam quae specialis est [271] ratione finis specialis, ita etiam prout comprehenditur simul cum fine communi constituit aliam virtutem secundum formam et essentiam quae [272] generalis est ratione finis [273] ; sicut etiam hoc totum quod est homo in theatro differt realiter ab [274] hoc simplici quod est homo.

Et secundum praedicta, dictum **Philosophi** praedictum, scilicet [275] « quod virtus et iustitia legalis est eadem, esse autem non idem », uno modo sic exponitur quod per identitatem secundum substantiam intelligatur identitas [276] secundum materiam, sic scilicet quod aliquid unum secundum rem est quod sic [277] ordinem habet [278] ad diversa ; et per diversitatem in esse intelligatur diversitas secundum rationem quae dicit solum ens rationis, in quantum scilicet per hoc [279] intelligitur diversa consideratio unius et eiusdem secundum rem, ut sic diversimode relatum. Alio vero modo sic exponitur quod per diversitatem in esse intelligatur diversitas secundum rationem diffinitam [280] quae est realis differentia secundum essentiam et formam a qua est esse ; et secundum hoc actus unius virtutis ut [281] relatus ad finem proprium solum [282] et ut comprehensus [283] sub dicto toto in quo includitur ipse actus virtutis specialis simul cum fine communi [284] est unum et idem secundum substantiam vel [285] materiam et subiectum, differens tamen secundum esse formale et specificum.

Per hoc patet responsio ad rationem quae fundabatur super subsequenti dicto **Philosophi** [286] (13) « quod secundum quod ad alterum iustitia est, secundum autem quod est talis habitus simpliciter virtus est » [287]. Ex quo sic arguitur : quando virtus vel actus alicuius virtutis ordinatur ad diversos fines quorum unus [**Cod. P, fol. 357 R^b**] est perfectior alio, ex hoc non videtur diversificari talis virtus vel actus secundum essentiam et realiter, sed solum secundum rationem et secundum esse magis perfectum [288] et minus perfectum. Sed secundum dictum praedictum **Philosophi** [289] (14), ita videtur esse in proposito. Ergo ; et cetera. Verum est enim quod quando [**Cod. Q, fol. 192 V^b**] unus actus materialiter vel secundum [**Cod. R, fol. 242 R^a**] substantiam ordinatur ad diversos fines, talis actus ut sic consideratus non includit diversitatem realem nec secundum speciem nec etiam secundum [290] perfectius vel [291] minus perfectum, sed solum diversitatem secundum rationem. Sed si consideretur talis actus ordinatus ad diversos fines, prout simul comprehenditur a ratione apprehendente talis actus cum tali fine ita quod ratione ordinis utrumque, scilicet et actus ordinatus et finis ad quem ordinatur simul comprehendatur, sic actus relatus [292] ad diversos fines [293] non solum differt [**Cod. V, fol. 239 R^a**] secundum rationem, sed essentialiter et secundum formam in genere moris ; et si unus finis est altero perfectior, ille actus secundum quod includitur ratione talis ordinis cum illo fine perfectiori erit perfectior realiter se ipso ut includitur ratione talis ordinis [294] cum fine alio minus perfecto [295], sed perfectio haec et imperfectio haec [296] referuntur ad virtutes specie differentes [297], ut dictum est.

Ad aliud cum arguitur quod non sunt diversae, quia [298] non sunt connexae, quia aliae virtutes possunt haberi sine iustitia legali ; nam, prout dicit **Philosophus** (15), « aliquis bene utitur virtute [299] aliqua speciali ad se ipsum qui illa non bene uteretur ad alterum » ; quod fit per iustitiam legalem . Ergo ; et cetera ;

Dicendum quod virtutes quae essentialiter sunt distinctae, ad [300] invicem sunt connexae, non sic quod per se et essentialiter habeant habitudinem inter se et una alteram per se et directe coexigat et requirat, sed aliquo modo per accidens et indirecte [301] in quantum uni prudentiae coexistunt et secundum quod prudentia habetur [**Cod. P, fol. 357 V^a**] simpliciter et perfecte vel secundum quid et diminute ; ita etiam et [302] virtutes morales et etiam e converso. Dicendum ergo quod ille qui bene se habet in his quae ad se ipsum, non autem in his quae ad alterum, non habet prudentiam simpliciter et perfecte sed secundum partem et diminute. Quia enim per ea quae ad unam virtutem pertinent, si non convenienter se habeat homo secundum habitum illius virtutis, potest alia virtus in suis [303] operationibus impediri, ideo ad hoc quod aliquis habeat virtutem aliquam sic perfecte quod absque impedimento valeat convenientes operationes illi proprias exercere, oportet quod habeat alias virtutes. Si enim aliquis sit temperatus nisi etiam sit liberalis, sed sit

avarus propter cupiditatem lucri ab [304] operationibus temperantiae impediretur ; et e converso. Propter quod oportet quod qui debet [305] habere prudentiam sufficienter dirigentem in his quae ad temperantiam pertinent secundum quod in temperantia consistit [**Cod. K, fol. 82 Ra**] bonum humanum, debet etiam eam habere ut est directiva in hiis quae ad alias virtutes pertinent. Unde eius obiectum per se est bonum humanum in generali. Huiusmodi tamen connexio virtutum specialium inter se magis manifeste apparet in virtutibus quae habent habitudinem cuiusdam disparationis [306], scilicet temperantia, fortitudine [307], et cetera. Et aliquo modo aliter se habet quam in virtutibus habentibus ordinem secundum quosdam gradus, quorum unus est altior et perfectior alio, quia etiam homines perficiunt [308] secundum diversos status, ita quod una perficit hominem secundum aliquem eminentem statum et alia perficit hominem secundum communem hominis statum [309], sicut se habent magnificentia et magnanimitas [**Cod. R, fol. 242 Rb**] respectu liberalitatis et virtutis innominatae, et iustitia generalis respectu cuiuscumque virtutis specia- [**Cod. P, fol. 357 Vb**] lis, quae quidem iustitia legalis est magis proprie principis, id est hominis secundum modum illum [310] dispositi quod convenienter se habet ad hoc quod principari possit. Etenim secundum hoc est talis virtus in principe principaliter et quasi architectonice ; in subditis autem secundario et quasi ministrative. Magis enim impeditur temperantia per defectum fortitudinis quam liberalitas [311] per defectum [312] magnificentiae et etiam quam virtus aliqua specialis propter defectum iustitiae legalis.

Et secundum praedicta dicendum est in proposito quod qui habet virtutem aliquam specialem qua bene potest se habere ad se ipsum, nisi cum hoc habeat virtutem generalem qua sciat [**Cod. V, fol. 239 Rb**] se bene habere ad alterum, non habet prudentiam simpliciter et perfecte ; sicut etiam contingit respectu aliarum, scilicet quod qui habet virtutem [313] liberalitatis secundum quam [**Cod. Q, fol. 193 Ra**] circa mediocres sumptus et expensas et non habet virtutem magnificentiae qua possit bene se habere circa magnos sumptus, talis, inquam, non habet virtutem prudentiae simpliciter et perfecte.

Alio tamen modo se habent huiusmodi virtutes in quibus attenditur ordo praedictus secundum diversos status hominum quantum ad earum connexionem inter se quae attenditur in eis ex comparatione earum ad invicem praeter [314] connexionem quam habent in prudentia et aliter aliae virtutes speciales et proprie disparatae ; quia propter ordinem et habitudinem quam habent istae virtutes inter se, una, puta inferior, a defectu [315] alterius non sic impeditur sicut contingit in aliis. Item propter convenientiam quam habent ex hoc quod habent talem ordinem secundum tales gradus habens unam, scilicet inferiorem, magis est dispositus ut habeat aliam, scilicet superiorem quam in aliis virtutibus. Quamvis ergo possint esse speciales virtutes [316] modo praedicto sine ista generali etiam magis [**Cod. P, fol. 358 Ra**] quam

una specialis sine alia speciali, quae non sunt ad invicem coordinatae, et alio modo minus sunt ad invicem connexae quantum ad unum modum connexionis minus principalem ; ex hoc tamen non sequitur quod non sint diversae virtutes essentialiter differentes, sed quod pertineant ad eandem virtutem differentem secundum gradum magis perfectum [317] et minus perfectum ; quia, ut dictum est, isti gradus non sunt secundum diversos gradus [318] intentionales qui exprimuntur [319] per [320] magis et minus sed secundum diversas rationes formales, scilicet secundum diversos fines ; alia enim est diversitas in temperato cum dicitur sic esse dispositus quod bene se habet in his quae sunt temperantiae cum est solitarius et etiam cum inter mulieres conversatur et cum dicitur sic esse dispositus quod bene se habet solum cum est solitarius, ab illa qua dicitur quod temperatus bene se habet in his quae sunt temperantiae in ordine ad se ipsum et non bene se habet in talibus in ordine ad bonum commune; et cum dicitur quod bene se habet in talibus non solum in ordine ad se ipsum [321] sed etiam in ordine ad bonum commune. Et secundum hoc non debet [322] intelligi quod temperantia secundum quod per eam sic est homo bene dispositus quod bene se habet in his quae sunt temperantiae in ordine ad se ipsum, sit [323] virtus simpliciter dicta, non autem sit [324] virtus perfecta ; ipsa autem secundum quod per eam homo est sic [325] dispositus quod bene se habet in his quae sunt temperantiae in ordine ad bonum commune, est [326] secundum hoc virtus non [327] alia quam [328] prius [329] sed eadem, secundum hoc [330] tamen perfecta et ipsa ut sic dicatur esse iustitia [**Cod. R, fol. 242 V^a^**] generalis de qua dicit **Philosophus** (16) quinto *Ethicorum* « quod est virtus perfecta quia perfectae virtutis usus » ; et cetera. Immo quantumcumque homo sit bene dispositus secundum temperantiam ut possit dici perfectissime habere virtutem temperantiae ex hoc non habebit virtutem qua [**Cod. P, fol. 358 R^b^**] possit uti [331] actibus temperantiae convenienter [332] et perfecte in ordine ad alterum nisi [333] cum hoc [334] habeat aliam virtutem generalem quae est alia essentialiter propter supradicta, et quae simpliciter est perfecta eminenti perfectione respectu omnium aliarum virtutum moralium quantumcumque perfectarum.

Ad aliud [335] cum arguitur quod illa virtus est generalis quae salvat omnem [**Cod. V, fol. 239 V^a^**] virtutem, talis est temperantia quae, secundum **Philosophum** (17) sexto *Ethicorum*, salvat prudentiam, qua [336] salvata, omnis virtus salvatur ; ergo temperantia est virtus generalis ;

Est dicendum [337] quod verum est quod prudentia quae est virtus intellectualis aliquo modo est virtus generalis, ut supra dictum est : et [338] qua existente omnes aliae salvantur. Sed temperantia quae est virtus [**Cod. K, fol. 82 R^b^**] moralis non est virtus generalis. Cum ergo dicitur quod immo quia salvat prudentiam, dicendum quod posito quod una esset [339] temperantia quae salvat [340] prudentiam quae [341] generalis est [342], tamen illa temperantia proprie non esset generalis, quia temperantia in salvando prudentiam non

habet rationem alicuius [343] actualitatis virtutis et perfectionis ratione suae nobili- [**Cod. Q, fol. 193 R^b**] oris et perfectioris formae ratione cuius habeat regulare vel ordinare prudentiam et ex consequenti alias virtutes, sed tantum dispositive sive ut removens prohibens in subiecto habet salvare prudentiam, in quantum scilicet removet excessum et inordinationem passionum quae impediunt rationis usum praecipue in agibilibus de quibus est prudentia.

Praeterea, prout declarat **Commentator** (18) ibidem, « tres virtutes morales, scilicet temperantia, fortitudo et iustitia aliquo modo sunt [344] circa delectationes et tristitias, licet specificam differentiam habeant haec inter se [**Cod. P, fol. 358 V^a**] et virtus quae respicit praecipuas delectationes et tristias quae sunt, scilicet [345] circa tactum et gustum, temperantia dicitur appropriate » ; sed hoc nomen extendi potest ad unamquamque aliarum pro quanto habet esse etiam circa delectationes et tristitias ; et ideo dicit quod **Philosophus** hoc [346] non accipit temperantiam [347] salvantem prudentiam pro temperantia quae est una specialis virtus distincta contra alias morales ; sed de temperantia communiter dicta, prout se extendit ad omnes alias virtutes morales. Verum est tamen quod temperantiae proprie dictae magis convenit salvare prudentiam quam cuicumque alteri virtuti, eo quod inordinatio passionum sive passiones quas respicit magis impediunt usum rationis quam passiones quas respiciunt aliae [348].

[1] ergo *add.* K. — [2] *om.* V. — [3] est dicendum] dicendum est K. — [4] supradicta generalitate] generalitate supradicta K. — [5] fines speciales] finis specialisK. — [6] continetur K. — [7] huiusmodi K. — [8] *om.* VPRQ. — [9] totam 1^ae^ *m.* Q, *in* toto *corr.* 2^a^ *m.* Q. — [10] congregante P ; aggregatae K. — [11] om nis P. — [12] et PRQ. — [13] huiusmodi K. — [14] sui obiecti principalis] principalis obiecti sui K. — [15] et finis] *om.* K. — [16] *om.* K. — [17] omnium *add.* K. — [18] quia R. — [19] ab aliis distincta] distincta ab aliis K. — [20] est — non] *om.* P. — [21] sibi — operationes] *om.* 1^a^ *m.* V, *add. in marg.* 2^a^ *m.* V. — [22] ad secundum — virtutum] *om.* 1^a^ *m.* R, *in marg. add.* 2^a^ *m.* R. — [23] *om.* K. — [24] et *add.* K. — [25] ab aliis distincta] distincta ab aliis K. — [27] *om.* 1^a^ *m.* V, *in marg. add.* 2^a^ *m.* V. — [27] operationes *add.* P. — [28] huiusmodi PRK. — [29] virtutum *add.* Q, *del postea.* — [30] furi R. — [31] furetur *add.* Q, *deinde del.* — [32] fures R. — [33] materialiter Q. — [34] in — delectatio] *om.* P. — [35] habet quodlibet] quodlibet habet K. — [36] differt actus ille] differunt actus illi K. — [37] sicut P. — [38] ordinantur Q. — [39] finem proprium] proprium finem K. — [40] ut K. — [41] virtus V. — [42] huiusmodi K. — [43] in bello fortiter] fortiter in bello K. — [44] ordinis unius] unius ordinis K. — [45] uterque P. — [46] sub — comprehenditur] *om.* P. — [47] iustitiae *add.* Q, *deinde del.* — [48] non est — virtutibus] *om.* 1^a^ *m.* V, *add. in marg.* 2^a^ *m.* V ; — non est distincta ab eis sed iustitia legalis non ponit in numerum cum aliis virtutibus *add. in marg. alia m.* R. — [49] in *add.* K. — [50] tota virtus] virtus tota Q. — [51] *om.* K ; *in marg. scrips.* K. — [52] *om.* K. — [53] et ut sic] sicut K. — [54] id est] in Q. — [55] et K. — [56] hoc *add.* K, *del. postea.* — [57] in *add.* Q, *del. postea.* — [58] et a K. — [59] rationem P. — [60] sui finis] finis sui P ; — fini Q. — [61] et K. — [62] urt *add.* Q, *deinde del.* — [63] virtus *add.* K. — [64] scilicet *add.* K. — [65] ostendens P. — [66] omnis P. — [67] *om.* K. — [68] mentalis PQ. — [69] quod tamen singulare quoddam] est K. — [70] *om.* 1^a^ *m.* Q ;

deinde suppl. — [71] in *add.* V. — [72] tamen pleniorem] pleniorem tamen K. — [73] virtutes omnes] omnes virtutes K. — [74] virtutum illarum obiectum] obiectum illarum virtutum K. — [75] per se non est] non est per se K. — [76] aliud PR. — [77] sed — generale] *om.* 1ª *m.* V, *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [78] fines 1ªᵉ *m.* Q, *in* finem *corr.* 2ª *m.* Q. — [79] morales virtutes] virtutes morales P. — [80] *om.* 1ª *m.* VK, *add. in marg.* 2ª *m.* VK ; — principaliter est] est principaliter PRQ. — [81] *om.* K. — [82] de *add.* Q, *deinde del.* — [83] alia *c add.* Q ; *deinde del.* — [84] commune *add.* QK. — [85] *om.* K. — [86] decimo P. — [87] moralium virtutum] virtutum moralium bene K. — [88] sui *add.* Q ; *del. postea.* — [89] quae sunt] *om.* K. — [90] ipsum *add.* Q. — [91] sit VK. — [92] per *add.* R. — [93] *om.* 1ª *m.* K ; *suppl* 2ª *m.* K. — 94 deinde conclusio per syllogismum practicum *inter* va — cat *add.* K. — [95] existenti K. — [96] quia 1ªᵉ *m.* R. ; *del et* quod *in marg. scripsit* 2ª *m.* R. — [97] quod P. — [98] item P. — [99] et *add.* K. — [100] dispones Q. — [101] habilitas K. — [102] et recte] *om.* RK. — [103] id RV. — [104] contingit P. — [105] naturae suae] suae naturae K. — [106] perfectione P ; p *add.* K ; *postea del.* — [107] confirmiter 1ªᵉ *m.* Q, *in* conformiter *corr.* 2ª *m.* Q. — [108] sit appetitus] appetitus sit K. — [109] convenit V. — [110] naturae suae] suae naturae K. — [111] isti homine *add.* Q. — [112] inferior] in f' ioe Q ; in fi *cum lacuna in albo* R. — [113] est hic PQ. — [114] id est] scilicet P ; respectu RQ. — [115] *om.* K. — [116] *om.* Q ; *suppl. postea.* — [117] et *add.* K. — [118] dispositiones Q. — [119] per se et primo] primo per se VPQR. — [120] perfectioni sui] imperfectior est suus K. — [121] coniunctio P. — [122] est perfectior] conformis rectae rationi elicitur R ; *del. et* est perfectior *in marg. scrips.* 2ª *m.* R. — [123] deroget K. — [124] *om.* K. — [125] convenienter in actum suum] in actum suum convenienter K. — [126] qui licet] quilibet PRQ. — [127] ponuntur VPRQ ; communiter ponitur] secundum alios ponitur K. — [128] principaliter K. — [129] primo per se] per se et primo K. — [130] conformem rectae K. — [131] *om.* K. — [132] naturam K. — [133] *om.* K. — [134] dicit enim sic Commentator *add.* K. — [134]*bis* enim VR ; est Q. — [135] *om.* K. — [136] dignitatem P. — [137] *om.* V. — [138] exquisite et magis explicite] explicite et exquisite K. — [139] et K. — [140] fortitudinis Q. — [141] delectando Q *in* delectatio *corr.* 2ª *m.* Q. — [142] *om.* VPRQ. — [143] quae K. — [144] sed — irascibilem] *om.* Q. — [145] hoc tamen] habitum P. — [146] quae P. — [147] etiam 1ªᵉ *m.* V, *del et* enim *scrips. in marg.* 2ª *m.* V. — [148] iratus K. — [149] *om.* V. — [150] *om.* VPRQ. — [151] uti — virtute] *om.* Q. — [152] Byans VRQK ; Hilarius P. — [153] legalem K. — [154] quae *add.* P. — [155] sub *add.* K, *deinde del.* — [156] attenditur difficultas] difficultas attenditur K. — [157] arguant K. — [158] voluntate *add.* 1ª *m.* K, *postea del.* — [159] tamen *add.* K. — [160] cognitio PK *et* 1ª *m.* V ; cognitivo *corr.* 2ª *m.* V. — [161] universali mus Q. — [162] convenientem *add.* Q. — [163] quae P. — [164] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [165] convenientes PRQ. — [166] iudicans K. — [167] nec R. — [168] nec R. — [169] redditur RK. — [170] *om.* 1ª *m.* V, *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [171] iudicium PRQ *et* 1ª *m.* V : iudicatum *corr.* 2ª *m.* V. — [172] continentem K. — [173] sit quod K. — [174] insistere K. — [175] comprehenditur K. — [176] appellari P. — [177] pertinet K. — [178] similem P ; si licet QK. — [179] ita — alterum] *om.* P. — [180] hoc *suprascrips. alia m.* K. — [181] inclinant P. — [182] ad Q. — [183] huiusmodi PR ; *om.* K. — [184] bruta P. — [185] et ex huiusmodi — alterum] *om.* K. — [186] taliter inclinatur] inclinatur taliter K. — [187] non — ordinatur] *om.* P. — [188] est dicendum] dicendum est K. — [189] secundum unam *add.* Q ; *postea del.* — [190] *om.* 1ª *m.* K ; *suppl. postea.* — [191] aliquem 1ªᵉ *m.* R, *del et* quemlibet *suprascrips.* 2ª *m.* R. — [192] differant K. — [193] politicae K. — [194] in vitiis] invitus P. — [195] ergo — cetera] *om.* VPRQ. — [196] illam R. — [197] non *add.* K. — [198] videtur *add.* K. — [199] aliter K. — [200] comprehendens materiam aliarum virtutum specialium *add.* K. — [201] essent 1ªᵉ *m.* V, *in* esset *corr.* 2ª *m.* V. — [202] generalis *add.* Q. — [203] esse operationes] operationes esse P. — [204] sive P. — [205] nec K. — [206] virorum Q. — [207] quia P. — [208] eorum P. — [209] quae P. — [210] sic RK ; sit P. — [211] sibi proprii] proprii sibi K. — [212] bonum ipsum] bonum K. — [213] qui — amicitiae] *om.* K. — [214] *om.* K. — [215] *om.* — K. [216] boni determinati *add.* Q. — [217] boni

communis] communis boni K. — [218] *om.* Q. — [219] ponuntur *add.* R. — [220] diversarum personarum] personarum diversarum K. — [221] est K. — [222] et *add.* K. — [223] tractantur K. — [224] nisi R. — [225] proprie — virtus] *om.* Q. — [226] quia respectu] ratio K. — [227] *om.* K. — [228] de R. — [229] sic Q. — [230] alias virtutes] virtutes alias R. — [231] *om.* K. — [232] *om.* K. — [233] idem Q. — [234] *om.* Q. — [235] requiratur K. — [236] *om.* K. — [237] ad hoc] *om.* Q. — [238] boni *add.* K. — [239] boni communis] communis boni VP. — [240] alio K. — [241] causa PQ. — [242] *om.* K. — [243] delectabiliter br 1ae *m.* Q, *in* delectabiliter *corr.* 2a *m.* Q. — [244] omnes P. — [245] moralium virtutum] virtutum moralium K. — [246] finem suum proprium] proprium suum finem K. — [247] est hoc] hoc est K. — [248] *om.* VPRQ. — [249] quae P. — [250] moralium virtutum] virtutum moralium RK. — [251] est etiam] etiam est K. — [252] *om.* K. — [253] quod pertinet — generaliter] *om.* 1a *m.* V, *add. in marg.* 2a *m.* V. — [254] *om.* P. — [255] *om.* K. — [256] ut — et] *om.* R. — [257] et actus *add.* Q. — [258] sit P. — [259] ut K. — [260] ordines plures] ordinem K. — [261] autem differt] differt autem K. — [262] *om.* K. — [263] est *add.* K. — [264] autem *add.* K. — [265] consideratam K. — [266] *om.* Q ; *suppl. postea.* — [267] superiori virtute] virtute superiori K. — [268] ac P. — [269] fuit PR. — [270] insimul *add.* P. — [271] dicitur K. — [272] *om.* K. — [273] communis *add.* K. — [274] ad VPR. — [275] *om.* K. — [276] diversitas 1ae *m.* R, *del. et.* ydemptitas *in marg. scrips.* 2a *m.* R. — [277] est quod sic] et K. — [278] habeat K. — [279] *om.* P. — [280] diffinitivam K. — [281] est P. — [282] ad finem proprium solum] solum ad finem proprium K. — [283] comprehenditur P. — [284] et *add.* K. — [285] *om.* Q, *postea suppl.* — [286] subsequenti dicto philosophi] dicto philosophi subsequenti K. — [287] virtus est] est virtus K. — [288] nec *om.* K. — [289] praedictum philosophi] dictum philosophi praedictum K. — [290] nec — secundum] *om.* R. — [291] etiam secundum perfectius vel] secundum magis et K. — [292] ordinatus K. — [293] *om.* K. — [294] cum illo — ordinis] *om.* K. — [295] perfectio V. — [296] *om.* VRK. — [297] secundum diversos fines specie differentes *add.* K. — [298] cum *add.* R., *postea del.* — [299] etiam *add.* K. — [300] ab K. — [301] directe Q. — [302] *om.* K. — [303] in suis *om.* R. — [304] est 1ae *m.* V, *del et* ab *in marg. scrips.* 2a *m.* V. — [305] quod qui debet] eum habere K ; — qui debet] quidem P. — [306] disparacionis K. — [307] et fortitudinem K. — [308] perficiuntur P. — [309] hominis statum] statum hominis K. — [310] modum illum] illum modum K. — [311] liberalitatis VPR. — [312] fortitudinis — defectum] *om.* 1a *m.* V, *add. in marg.* 2a *m.* V ; — fortitudinis quam liberalitas per defectum *add. in marg.* R. — [313] virtute P. — [314] propter P. — [315] a defectu] ad e ffectum K. — [316] *om.* K. — [317] *om.* K. — [318] *om.* Q. — [319] exprimentur 1ae *m.* V, *in* exprimuntur *corr.* 2a *m.* V ; exprimentur RQ. — [320] *om.* R. — [321] et non — se ipsum] *om.* R. — [322] dicitur P. — [323] sit] sic est K. — [324] est K. — [325] est sic] sic est K. — [326] et K. — [327] est *add.* K. — [328] *om.* R. — [329] sed eadem quam prius *add.* Q. — [330] secundum hoc] sed K. [331] duti 1ae *m.* R, *in* uti *corr.* 2a *m.* R. — [332] convenientes 1ae *m.* Q, *in* convenienter *corr.* 2a *m.* Q. — [333] ut P. — [334] *om.* K. — [335] illud P. — [336] quae PR *et* 1a *m.* V ; qua *corr.* 2a *m.* V. — [337] est dicendum] dicendum est K. — [338] *om.* VQ. — [339] prudentia *add.* K, *postea del.* — [340] salvaret K. — [341] *om.* Q. — [342] generalis est] est generalis K. — [343] alicuius *add.* Q. — [344] *om.* 1a *m.* V, *add. in marg.* 2a *m.* V. — [345] *om.* K. — [346] hic R. — [347] properantiam Q. — [348] virtutes *add.* K.

(1) Resp. ARISTOTELIS *Ethica Nicomachea*, E, 3 (II, 1130, a). — (2) ID., *ibid.* (loc. cit., 1129, b). — (3) Locum non inveni. — (4) Allud. ad ARISTOTELEM *Ethicam Nicomacheam*, *Z*, 13 (II, 1144, a). — (5) ID., *ibid.*, *Γ*, 7 (II, 1114, a. b). — (6) Verbi gratia, *Ethica Nicomachea*, E, 5 (II, 1130, b) ; *Z*, 13 per totum (II, 1144). — (7) Verbi gratia AVERROÏS *Ethica Nicomachea*, l. VII, c. 4 (vol. 3, fol. 99 Va, I) ; et l. VI, 13 (vol. 3, fol. 93 Ra). — (8) ARISTOTELIS *Ethica Nicomachea*, *Z*, 13 (II, 1144, a). — (9) ID., *ibid.*, E, 5 (II, 1130 b). — (10) ID., *ibid.*, E, 3 (II, 1130, a). — (11) ARISTOTELIS *Politica*, A, 1 (II, 1252, a). —

(12) Resp. ARISTOTELIS *Ethica Nicomachea*, Θ, 3 (II, 1154 ss.). — (13) ID., *ibid.*, E, 3 (II, 1130, a). — (14) ID., *ibid.* (loc. cit.). — (15) Resp. ID. *ibid.*, E, 3 (II, 1130, a). — (16) ID., *ibid.* (loc. cit.). — (17) Resp. ID., *ibid.*, Z, 13 (II, 1144). — (18) Allud. ad AVERROÏS *Ethicam Nicomacheam*, l. VII, c. 4 (vol. 3, fol. 99 Va, I).

QUAESTIO IV

Utrum praeter iustitiam sit alia virtus appetitiva generalis.

Deinde accedendum ad solutionem rationum quae inducebantur ad aliam quaestionem qua quaeritur [1] utrum praeter iustitiam sit alia virtus appetitiva [2] generalis. Circa quod est intelligendum quod ad hanc quaestionem inducebantur quaedam rationes generales quarum quaedam ostendebant quod non est aliqua virtus appetitiva generalis ; quaedam vero quod non est aliqua virtus appetitiva [3] quae non sit generalis. Et istae [4] etiam possunt ad primam quaestio- [**Cod. R, fol. 242 V**^{b}] nem aliqualiter applicari. Sic enim procedebatur in disputando circa huiusmodi quaestiones quod quaedam rationes inducebantur ad unam quae induci poterant ad aliam, et e converso.

Cum ergo arguitur primo quod nulla virtus appetitiva est generalis sic : sicut virtus appetitiva specialis dicitur quae est respectu alicuius appetibilis specialis, ita etiam virtus generalis debet dici quae est generaliter respectu cuiuscumque appetibilis. Sed nulla virtus una [**Cod. P, fol. 358 V**^{b}] appetitiva potest esse generaliter respectu cuiuscumque appetibilis. Ergo nulla virtus appetitiva potest esse virtus generalis. Maior patet. Minor probatur : quia maior [5] est ambitus potentiae quam cuiuscumque habitus existentis in ea praecipue quando est subiectum plurium habituum ; cum ergo potentia appetitiva in qua ponuntur plures habitus respectu appetibilium extendat se ad omnia appetibilia, [**Cod. V, fol. 239 V**^{b}] nom est aliquis habitus appetitivus qui ad omnia se extendat ;

Dicendum quod [6] quamvis in intellectu possit esse una virtus cognoscitiva respectu omnium appetibilium [7], scilicet prudentia [8], tamen in appetitu [9] non potest poni aliqua virtus [10] appetitiva [11] quae per se directe et immediate et tanquam in obiectum formale sit inclinativa respectu omnium appetibilium : quia sub una communi ratione possunt omnia appetibilia cadere sub cognitione intellectus, prout etiam contrariorum [12] eadem est disciplina, quia secundum esse quod habent in apprehensione apud animam non habent contrarietatem : immo unum contrarium potest esse ratio cognoscendi alterum licet in essendo in rerum natura repugnantiam habeant et unum non est ratio essendi alterum, immo potius est ratio non essendi illud [13]. Sed cum appetitus inclinetur in

rem appetibilem [14] secundum condicionem appetibilitatis ex parte ipsius rei, sive quae [15] est in ipsa re secundum se, prout dicitur quod bonum est in rebus, ideo non potest esse inclinatio appetitus una vel unius rationis respectu obiectorum formaliter in ratione appetibilitatis differentium ; et secundum hoc etiam nec [16] habitus disponens [**Cod. Q, fol. 193 Va**] appetitum [17] per se et immediate in ordine ad tales inclinationes respectu diversorum appetibilium poterit esse unus et unius rationis, tamen una virtus appetitiva potest perficere [**Cod. P, fol. 359 Ra**] appetitum in ordine ad omne bonum appetibile, non quidem per se et directe [18] et immediate tanquam in obiectum formale [19], sed materialiter et sic per accidens, quia consequenter et mediate [20] in quantum scilicet per se et primo huiusmodi virtus respicit aliquod bonum commune vel generale non communitate praedicationis, ratione cuius quia non est essentialiter aliquid nisi quod pertinet ad bonum speciale cuiuslibet virtutis [21], per se omne bonum appetibile respiciat, secunduum [22] generalitatem cuiusdam totalitatis integralis, in quantum scilicet respicit aliquod bonum unum [23] commune in quo [24] quasi toto [25] integrali plurimi [26] continentur [27] quibus habens talem habitum in quantum sub [28] huiusmodi communitate comprehenduntur, vult et operatur [29] omne bonum ordinabile ad utilitatem et perfectionem talis boni communis ; et quia ad bonum totius et communis ordinabilia sunt bona specialia omnium vir [**Cod. K, fol. 82 Va**] tutum, ideo talis virtus se extendit ad omnia bona secundum speciales virtutes ; [**Cod. R, fol. 243 Ra**] et secundum hoc potest dici quod virtus generalis potest esse illa quae, licet non sit [30] respectu omnis boni appetibilis per se et formaliter sed respectu [31] alicuius unius — quia tamen in illo virtualiter et materia liter multa specialia includuntur, ad illa autem se attendit non quidem per se et immediate, sic scilicet quod ad hoc non indigeat virtutibus speciàlibus quae per se et immediate [32] illa bona respiciunt et in illa inclinant, immo mediantibus illis hoc agit, et pro tanto etiam dictum est supra quod huiusmodi virtus generalis per modum cuiusdam totius integralis in se continet omnes virtutes speciales, quia sine illarum actibus [33] finem suum non attingit. Unde ipsa est talis virtus sic generalis et sic sua generalitate alias continens quod ad sui [**Cod. P, fol. 359 Rb**] entitatem et ad hoc quod suas operationes exerceat, exigit alias virtutes alio modo quem [34] una specialis aliam specialem coexigit [35] in quantum illi connexa dicitur.

Per praedicta patet responsio ad aliud. Cum arguitur quod non est virtus appetitiva nisi generalis, quia ad hoc quod aliquis sit perfectus in esse moris duo [**Cod. V, fol. 240 Ra**] genera virtutum requiruntur et sufficere videntur, scilicet : virtus directiva in bonum in intellectu, et virtus [36] inclinativa in illud in appetitu [37]; sed virtus directiva existens in intellectu non est nisi una, scilicet prudentia quae est una et est virtus generalis, quia ad omnia agibilia se extendit ; ergo similiter virtus inclinativa [38] in appetitu [39] non est nisi una [40] ; et illa est etiam [41] generalis ; dicendum est enim quod propter

causam supra dictam una est tantum virtus directiva in intellectu, non autem [42] potest esse una [43] in appetitu qua per se et immediate inclinetur appetitus in omnia appetibilia sed hoc est plenius [44] declaratum in illa quaestione disputata : utrum sit una tantum prudentia.

Ad aliud cum arguitur quod praeter iustitiam non est aliqua alia virtus moralis sive appetitiva generalis, sed [45] solum illa virtus est generalis quae perficit [46] hominem in ordine ad bonum commune sive in ordine [47] ad alterum quemcumque ut est pars communitatis et quae non est determinata ad actus determinatos secundum aliquam determinatam materiam ; sed nulla alia virtus est huiusmodi ; et hoc declaratur specialiter de caritate, de qua tamen magis videtur quod sit generalis, quia virtus quae perficit hominem per se et determinate vel directe in ordine ad aliquod bonum proprium vel speciale et ab aliis distinctum et quae respectu illius habet operationes proprias ab actibus aliarum virtutum distinctas, [**Cod. P, fol. 359 V**a] non perficit hominem in ordine ad bonum commune. Sed bonum quod respicit caritas per se et [**Cod. Q, fol. 193 V**b] directe est bonum divinum sive Deus ipse qui est bonum quoddam speciale essentialiter ab omni alio bono distinctum et respectu illius elicit operationes proprias, scilicet actus amoris ab actibus aliarum virtutum distinctas [48] ; ergo ; et cœtera ;

Dicendum quod verum est quod virtus generalis proprie loquendo habet pro obiecto aliquod bonum commune communitate cuiusdam agregationis [49] plurium insimul, non communitate praedicationis vel solius causalitatis. Sed hoc contingit dupliciter [50] : quaedam enim sic habet tale bonum commune pro obiecto quod illud eius obiectum primum et principale, scilicet quod primo et per se [51] respicit ; et talis est proprie et per se [52] virtus generalis et talis est iustitia generalis ; propter quod etiam, ut supra dictum est, respectu talis obiecti non habet aliquas operationes proprias circa materiam aliquam propriam alias ab actibus virtutum [53] specialium. Alia [**Cod. R, fol. 243 R**b] autem [54] habet tale [55] obiectum commune non quidem sic per se quod ut primum et principale ; sed primum et principalius [56] obiectum est aliquod bonum determinatum secundum essentiam, commune tamen causalitate et virtute quale est Deus, sicut supra declaratum est. Bonum autem commune modo supradicto habet pro obiecto non quidem simpliciter [57] per accidens sive accidentaliter, sed pro obiecto secundario sic tamen quod respicit illud [58] aliquo modo per se, quia essentiali et inseparabili consequentia : et talis est caritas cuius obiectum primum et principale est bonum [59] divinum sive Deus ipse, secundarium autem et minus principale est omnis creatura rationalis sive intellectualis sub ratione cuiusdam communitatis cuiusdam totius integralis in habitudine ad Deum comprehensa, prout est superius declaratum. Propter quod convenit huic virtuti quod respectu sui obiecti pri- [**Cod. P, fol. 359 V**b] mi et principalis habet operationes proprias praeter [60] actus aliarum virtutum, scilicet amare convenienter, et huiusmodi : et sic est virtus quae vere est amicitia : et praeter hoc habet pro materia

actus omnium aliarum virtutum in quantum ordinantur ad hoc bonum primum, scilicet ad hono- [**Cod. V, fol. 240 R**[b]] rem Dei et ad secundarium bonum, id est ad utilitatem et profectum [61] omnium proximorum ; et sic potest dici virtus generalis secundum efficaciam et virtutem.

Simili modo potest responderi ad aliud, cum arguitur quod « virtus generalis non est pars virtutis vel aliqua virtus [62], sed est tota virtus vel omnis virtus [63] », prout **Philosophus** (1) de iustitia dicit [64] quinto *Ethicorum* ; sed caritas non est tota virtus vel omnis virtus [65], sed est pars virtutis vel aliqua virtus, quia habet obiectum non commune sed determinatum, scilicet Deum, et operationes proprias respectu illius, scilicet amare Deum, et huiusmodi [66] ; ergo ; et cetera ;

Dicendum est enim quod caritas est aliquo modo tota virtus vel omnis virtus et [67] aliquo modo est pars virtutis et aliqua virtus, id est quaedam virtus specialis. In quantum [**Cod. K, fol. 82 V**[b]] enim, ut dictum est, habet obiectum primum et principale determinatum secundum essentiam et non commune, et respectu illius exercet operationes proprias, est quaedam specialis virtus et pars virtutis ita quod non solum est essentialiter alia et distincta ab aliis sicut est iustitia generalis respectu virtutum specialium, sed etiam super alias ; sed est quaedam virtus specialis sicut aliae. Sed quia istud obiectum ratione suae summae perfectionis habet generalitatem causalitatis et virtutis ad quod sunt omnia referenda et cum quo habent vel nata sunt habere communicationem omnes naturae rationales vel intellectuales amore amicitiae diligibiles, ideo talis ratio specialitatis quam contrahit ex huiusmodi primo et principali obiecto non impedit quin etiam [68] sit [**Cod. P, fol. 360 R**[a]] generalis etiam [69] proprie ratione [70] communitatis obiecti secundarii et minus principalis. Et hoc modo dicendum quod est tota virtus vel etiam omnis virtus, sicut dicitur de iustitia generali.

Ad aliud cum arguebatur [71] contra respondentem qui dicebat [72] quod caritas est virtus generalis respectu aliarum, quia alias habet referre in finem suum, quod hoc [73] non sufficiebat, tamen quia talis generalitas non est nisi cuiusdam causalitatis, in quantum scilicet per modum imperii alias refert [74] in suum finem [75] ; nunc autem non quaeritur principaliter de tali generalitate [**Cod. Q, fol. 194 R**[a]] vel communitate ; sed magis de generalitate [76] quae fundatur super quadam communitate cuiusdam totalitatis multa bona insimul agregantis, sicut patet in iustitia legali ;

Praeterea si hoc sufficeret ad ponendum caritatem esse virtutem generalem [77], amicitia proprie dicta quae [78] est una virtutum particularium esset virtus generalis, qua habens amicum per virtutem [**Cod. R, fol. 243 V**[a]] amicitiae qua vere diligit illum propter bonum honestum, et vult et [79] operatur ei omne bonum honestum et alias virtutes refert in ipsum amicum, ut patet in singulis inducendo ;

Praeterea quaelibet virtus etiam posset dici generalis, quia quaelibet

virtus potest referre actus aliarum virtutum ad finem suum, puta temperatus propter bonum temperantiae quod vult conservare eligit liberalis esse et fortis esse et operari convenienter secundum has virtutes ne a bono temperantiae per istarum carentiam impediatur ; et ita est in aliis ; ergo ; et cetera [80];

Dicendum ad primum horum quod verum est quod ex hoc quod caritas [81] sic habet referre actus omnium aliarum virtutum in finem suum qui est obiectum suum primum et principale, scilicet in [82] Deum vel in bonum divinum, habet quandam rationem [83] vere et proprie dictae generalitatis, licet non illius cuius est [Cod. V, fol. 240 V^{a}] generalitas iustitiae generalis. Quia enim, ut dictum est, illud obiectum primum et [Cod. P, fol. 360 R^{b}] principale quod est determinatum secundum essentiam est [84] nihilominus commune vel generale et indeterminatum secundum causalitatem et virtutem cuius [85] bonitas [86] infinita continet omnem rationem amabilitatis et exigit ut super omnia ametur et omnia ad ipsum referantur, quod in nullo alio invenitur, ideo virtus quae sic respicit tale bonum pro suo tali obiecto habet huiusmodi generalitatem respectu omnium aliarum virtutum, scilicet cuiusdam causalitatis [87] et virtutis et per modum imperii. Sed huiusmodi generalitas non excludit ab ipsa aliam generalitatem consimilem generalitati iustitiae generalis : immo potius illam includit, quia ad communitatem hanc primam [88] huiusmodi obiecti principalis consequitur alia communitas in obiecto eiusdem virtutis secundario et minus principali, ratione cuius eadem virtus quae illud [89] respicit potest etiam dici vere generalis alia generalitate consimili illi [90] qua est iustitia generalis.

Est etiam ulterius dicendum [91] quod huiusmodi generalitatem causalitatis non habet aliqua alia [92] virtus specialis proprie loquendo, quia ista generalitas fundatur in hoc quod obiectum huius [93] virtutis ratione suae eminentis bonitatis et perfectionis summae ad nullam aliam rem ordinabilis [94] est ; sed omnes aliae referribiles [95] sunt in ipsam tanquam minora et inferiora et imperfecta bona in [96] maius superius et perfectius [97] bonum quod virtualiter et causaliter ex natura sua continet omnia bona specialia quae nata sunt [98] illi tanquam digniori quasi instrumentaliter subservire [99]. Hoc autem invenitur in obiecto caritatis et ideo talis [100] generalitas qua contingit [101] alicui [102] aliis imperare [103] merito attribuitur caritati prout [104] virtus vel ars ad quem [105] pertinet finis superior imperat virtutibus vel artibus ad quos pertinent alii fines inferiores vel [106] secundarii, [Cod. P, fol. 360 V^{a}] sicut militaris imperat equestri [107]. Si ergo contingat quod habens amicitiam virtuosam et propter bonum honestum ad aliquam personam determinatam ordinet actus aliarum virtutum ad bonum amici, quia tamen hoc non fit propter hoc quod bonitas amici ratione suae eminentiae hoc magis includat quam bonitas alterius, immo forte minus, nec propter hoc quod [108] alia bona tanquam minora inferiora et imperfecta bona in quocumque inveniantur ad bonum amici tanquam ad bonum [109] maius superius et perfectius referantur ; immo ipse amicus qui

amatur non amatur ut bonum sic generale vel commune [110] causalitate et [111] virtute prae omnibus et super omnia quantum est ex natura rei a- [**Cod. R, fol. 243 V^b**] mabile [**Cod. Q, fol. 194 R^b**] sed solum ut quoddam ens determininatum determinatam [112] habens unionem et habitudinem ad diligentem ex speciali communicatione [113] quam habent inter se invicem, quamvis [114] ea quae amans vult amico non sint [115] determinata in quantum vult ei omne bonum sicut sibi [116] ipsi, ex hoc non debet [**Cod. K, fol. 83 R^a**] talis virtus habere talem generalitatem proprie loquendo.

Similiter etiam est dicendum quod licet una virtus specialis aliis aliquo modo imperet illas ad bonum suum referendo, ex hoc tamen non [117] habet generalitatem causalitatis et virtutis proprie loquendo respectu illarum [118], quia hoc non facit ratione eminentiae bonitatis et dignitatis quam [119] per se respicit ad quam per se ordinetur bonitas aliarum, cum illa quae sic aliis imperet etiam supra se respiciat imperium ab aliis et ad bonum earum consimiliter referatur. Sed talis [**Cod. V, fol. 240 V^b**] ordo et relatio est non per se, sed per accidens in quantum una virtus instrumentaliter potest ad aliam ordinari vel removendo prohibens vel praestan- [**Cod. P, fol. 360 V^b**] do aliquod iuvamentum. Patet ergo quod aliae virtutes non possunt dici generales ratione finis ratione cuius actus multarum virtutum ad aliquam virtutem unam pertinere possunt, quia ad finem quem respicit una virtus specialis possunt actus aliarum virtutum referri. Nam sicut in vitiis actus unius vitii ad finem alterius potest ordinari, ita etiam contingit in virtutibus.

Dicendum enim quod talis finis non est aliquid secundum se commune [120], quia omnia quae sic [121] agens facit [122], agit in ordine ad se ipsum et ad bonum suum ad quem ordinat primo et per se bonum alicuius virtutis magis determinate et [123] propter illud bonum aliarum virtutum relatio etiam [124] ad talem finem non est per se, quia scilicet sub illo virtualiter [125] comprehensus, sed per accidens, quia etiam talis finis non est per se finis actuum alterius virtutis. Quod patet per hoc quod etiam eodem modo finis virtutum quarum [126] actus ad hunc finem referuntur, potest accipi pro fine respectu actuum talis virtutis ; nam liberalis propter bonum liberalitatis firmius [127] conservandum [128] potest eligcre opera continentiae ne propter incontinentiam [129] ad agendum illiberaliter inducatur, et e converso. Et [130] ideo nulla huiusmodi virtus habet ex ratione et natura sui obiecti vel finis generalitatem respectu alterius, sed sunt virtutes ad invicem oppositae sive [131] disparatae, quia taliter sunt etiam eorum obiecta diversa et distincta. Sed finis iustitiae legalis et etiam caritatis est ex natura sua communior et superior sic quod ad ipsum actus aliarum virtutum per se referuntur sicut specialia quaedam et inferiora [132] bona [133] et sic ad iustitiam legalem in quantum ordinat hominem ad bonum commune omnes virtutes speciales et actus earum in quantum proficere [134] possunt ad bonum commune pertinent sive sint practicae sive speculativae et illas in

[Cod. P, fol. 361 Rª] se quodam modo comprehendit. Consimiliter etiam est intelligendum circa caritatem.

Ad aliud cum arguitur quod alia virtus est [135] generalis praeter iustitiam quam caritas et hoc communitate generis universalis quod est idem per essentiam cum illis respectu quarum habet generalitatem, ostendendo hoc de perseverantia secundum **Augustinum** (2) in libro *De Praedestinatione Sanctorum*, qui videtur dicere quod perseverantia quae est virtus est eadem [136] per essentiam cum omni [Cod. R, fol. 244 Rª] virtute speciali: item ostendendo [137] hoc de virtute heroica quae, secundum **Philosophum** (3) septimo *Ethicorum*, est eadem per essentiam cum omni virtute speciali; — dicendum quod talia non sunt ad propositum. Quia cum quaeritur [138] utrum praeter iustitiam sit alia virtus generalis, non intelligitur de generalitate qua [139] genus praedicabile est generale respectu specierum, cum iustitia generalis non sit generalis tali generalitate. Sed quaeritur utrum [Cod. Q, fol. 194 Vª] aliqua virtus essentialiter distincta ab aliis respectu illarum sit generalis alia a iustitia quae supponitur in hac quaestione esse distincta ab aliis per essentiam et nihilominus generalis.

Sic autem intelligendo quaestionem, dicendum ad [140] id quod arguitur de perseverantia quod ipsa, ut consideratur sub ratione sub qua circuit omnem virtutem specialem, non dicit aliquam virtutem essentialiter ab aliis distinctam quae respectu earum sit generalis; sed magis dicit quandam condicionem cuiuslibet virtutis, quia non [Cod. V, fol. 241 Rª] dicit nisi immobiliter persistere in bono opere virtutis quod pertinet ad omnem virtutem quae est habitus quo quis prompte et immobiliter bene operatur. Unde [141] ad unam quamcumque virtutem pertinet ut per eam aliquis perseveret usque ad [142] finem operis. Cum autem praeter hunc finem specialem qui est finis operis sit alius finis vitae humanae et actus virtutum dicitur durare per totam vitam et debet homo persistere in operibus virtutum quamdiu vivit, prout perseverantia accipi- [Cod. P, fol. 361 Rᵇ] tur pro eo quo est [143] non deficere ab operibus virtuosis in tota vita, sic [144] est [145] circumstancia cuiuslibet virtutis sicut finalis impoenitentia, quae aliquando [146] dicitur peccatum in Spiritum Sanctum, est circumstancia cuiuslibet peccati in quo homo discedit.

De virtute etiam [147] heroica est dicendum quod est aliqua virtus essentialiter distincta ab aliis, quae scilicet non sit temperantia vel fortitudo vel iustitia et coetera, habens generalitatem super illas, immo non est nisi quidam excessus in qualibet virtute, propter quod dicitur divina quia perficit hominem ultra gradum secundum quem [148] homines [149] communiter [150] assequuntur bonum virtutis. Item si etiam virtus heroica essentialiter esset alia a virtutibus secundum quod communiter [151] habentur ab hominibus, non esset tamen distincta ab illis [152] quae habentur super humano modo, prout dicit **Commentator** (4) septimo *Ethicorum* « quod virtus heroica est illa quae dirigit omnem virtutem super omnem hominem »; nec esset [Cod. K, fol. 83

R^b] in illis ponere aliam a iustitia heroica generalem quantum ad virtutas acquisitas quae esset essentialiter distincta ab aliis quia, prout ibi pertractat **Commentator** (5), « cum quis dirigit temperantiam super omnem temperatum, dicitur talis virtus heroica et divina ». Similiter [153] si quis fortis fiat super omnem hominem fortem, talis fortitudo dicitur heroica et divina. Et sic etiam in aliis [154] est intelligendum, scilicet quod est quaedam virtus heroica quae est iustitia, et quaedam quae est liberalitas et quod quaelibet harum est quaedam virtus specialis per se [155] essentialiter ab aliis distincta [156]; et non est ponenda inter heroicas aliqua generalis nisi [157] heroica, quae est iustitia legalis.

Ad aliud cum arguitur quod non solum caritas vel amicitia praeter iustitiam est virtus generalis, sed etiam [158] magnanimitas, quia virtus quae in omnibus [**Cod. P, fol. 361 V^a**] specialibus virtutibus operatur est virtus generalis ; sed magnanimitas est huiusmodi secundum quod dicit **Philosophus** (6) quarto *Ethicorum* « quod ad magnanimum pertinet quod est in unaquaque virtute magnum » ; dicendum quod magnanimitas non est generalis aliqua generalitate praedictarum genera- [**Cod. R, fol. 244 R^b**] litatum quia habet speciale obiectum, scilicet bonum honoris magni et actus eius proprius et immediatus est convenienter passionari et affici respectu bonorum magnorum et convenienter operari in ordine ad bonum quod est in illis ; nec est honor bonum aliquod [159] commune vel generale totalitate alicuius [160] continentiae multorum quasi totius integralis ; nec etiam generalitate causalitatis et virtutis, licet sit quoddam magnum bonum in genere exteriorum bonorum [161] ; et ideo illud quod agit magnanimus non agit in ordine ad alterum etiam ut est aliqua persona determinata et multo minus [**Cod. Q, fol. 194 V^b**] in ordine ad [162] aliquod bonum [**Cod. V, fol. 241 R^b**] commune modo praedicto ; sed in ordine ad se ipsum, scilicet ut bene se habeat respectu magnorum honorum [163]. Sed quia honor est [164] maximum bonorum exteriorum [165] quae in usum [166] hominis veniunt et est propinquissimum virtuti in quantum est quaedam rectificatio de virtute alicuius ; quia etiam [167] Deo et optimis exhibetur et propter honorem consequendum et vituperium vitandum [168], homines omnia [169] alia bona postponunt ; et ideo etiam dicitur praemium virtutis, quia non invenitur maius bonum quod possit pro bono virtutis recompensari ; ideo etiam materialiter respicit omnes virtutes ; et ideo magnanimus [170] intendit magna operari in qualibet virtute, non quidem in ordine ad aliquod bonum [171] alterius, sed in ordine ad se ipsum in quantum [172] vult se dignum esse magno honore ; virtus autem generalis non solum debet operari in omni vir- [**Cod. P, fol. 361 V^b**] tute vel opere omnium [173] virtutum, sed hoc debet facere in ordine ad aliquod bonum commune modo supra dicto.

Ad aliud cum arguitur quod non solum caritas sed etiam amicitia acquisita sit virtus generalis, quia virtus [174] qua in genere moris non invenitur [175] melius et excellentius et quae plures virtutes continet

est generalis ; talia enim dicit **Philosophus** (7) de virtute quam [176] ponit generalem in quinto *Ethicorum*. Sed amicitia acquisita est talis. quia de illa dicit **Tullius** (8) in libro *De Amicitia* : « amicitia nihil aliud est quam omnium rerum divinarum humanarumque summa cum benevolentia consensio nec sine amicitia [177] ulla pactio [178] esse potest. Virtutum enim adiutrix amicitia data est, ut quando solitaria non posset virtus ad summa pervenire, coniuncta et sociata cum alia perveniret. Solem [179] de mundo [180] tollere videntur [181] qui amicitiam de vita tollunt, qui populos universos tueri eis consulere solebat [182] optime » ; et cetera.

Dicendum quod loquendo de amicitia prout de ea loqui pertinet ad philosophos, quae scilicet per se respicit aliquam personam determinatam quae prae aliis et propter se diligitur et maius bonum propter se vult et operatur amans, sic nulla [183] amicitia potest esse virtus generalis, ut supra dictum est. Amicitia enim talis non est ad quemcumque [184] indifferenter ; nec operatur bonum unicuique [185] indifferenter. Quae ergo [186] dicit **Tullius** [187] (9), si debent intelligi ut dicta philisophice loquentis. exponenda sunt et dicendum quod accipit amicitiam pro iustitia generali. Ad illam enim convenienter possunt sua dicta adaptari. Cum enim per iustitiam generalem iustus convenienter afficiatur ad unumquemque [188] de communitate non [189] in speciali. sed in quantum [190] est aliquid communitatis. et omnes nati sunt amari amore amicitiae et per huiusmodi iustitiam iustus [Cod. P, fol. 362 Ra] eis vult bonum quod amatur [191] amico amore concupiscentiae [192], talis iustitia non inconvenienter potest dici amicitia communiter [193] sumpta.

Ad aliud cum arguitur quod caritas non sit virtus generalis, quia non inveni- [Cod. R, fol. 244 Va] tur caritas particularis ei correspondens, quia caritas [194] est una virtus non plures, sicut invenitur iustitia generalis et particularis ; sicut tamen per iustitiam perficitur homo in ordine ad alterum, sic etiam par amicitiam ; ergo ; et cetera ;

Dicendum quod operari [195] debet caritas non ad iustitiam in communi quae [196] dividitur in generalem et particularem, sed solum ad iustitiam legalem, cum caritas [Cod. V, fol. 241 Va] dicatur generalis virtus [197] sicut etiam iustitia legalis. Sicut autem virtus quae est iustitia legalis non potest esse iustitia particularis, ita etiam caritas cum [Cod. K, fol. 83 Va] virtus generalis non est virtus particularis, quia sicut iustitia legalis est ad alterum non sub ratione speciali, scilicet ut est aliqua determinata persona [198] aliquam determinatam habitudunem habens ad alterum. sed sub ratione communi. in quantum scilicet est aliquid communitatis, ita etiam caritas in quantum est generalis ratione sui obiecti [199] secundarii est ad alterum non sub ratione propria et ut est aliqua persona determinata. sed sub ratione hac generali. in quantum scilicet habens habitudinem ad Deum [Cod. Q, fol. 195 Ra] et ad communitatem quae cum ipso habet communicationem : et sicut iustitia non plurificatur secundum [200] quod per eam vult aliquis bonum totius

communitatis et secundum quod per eam vult bonum cuiuscumque de communitate in quantum ad communitatem pertinens [201], ita etiam est in proposito.

Sed si loquamur non de amicitia contracta ad illam quae proprie caritas dicitur, sed de amicitia in communi et etiam loquamur non de iustitia ad particularem contracta sed de iustitia communi ad particularem et generalem [202], potest dici quod duplex amicitia invenitur in ordine ad alterum.

Unde generalitate amicitiae quae est [**Cod. P, fol. 362 R**^{b}] caritas non obstante bene est alia virtus moralis acquisita specialis quae dicitur amicitia qua quis vult bonum alicui ut est [203] determinata persona, quae tamen non est [204] caritas essentialiter, sed [205] per caritatem ordinatur et refertur ad finem et bonum caritatis, sicut et aliae virtutes morales acquisitae.

Cum arguitur quod praeter caritatem est alia [206] virtus appetitiva acquisita generalis quae amicitia dicitur, quia quando aliquae virtutes sic se habent ad invicem quod eis respondet unus et idem actus realiter, si una est generalis alia etiam est generalis. Sed praeter amicitiam quae caritas dicitur est quaedam alia amicitia acquisita similis caritati, ut communiter supponitur ; et istis respondet unus et idem actus. Quod probatur : quia [207] habet unum et idem obiectum et sub eadem ratione, scilicet bonum divinum sub ratione supernaturali, ut scilicet supernaturaliter beatificans ; ergo ; et cetera.

Dicendum quod non est inconveniens ponere quod in habentibus in intellectu aliquem habitum fidei, sit amicitia generalis acquisita consimilis caritati, quae in non habentibus talem habitum fidei esse non potest. Sicut enim supponitur quod potest aliquis habere fidem acquisitam etiam qui infusam non habet, ita etiam est de amicitia huiusmodi.

Sed circa [208] hoc est intelligendum quod habitus tales tam fidei quam dictae amicitiae, secundum quod sunt habitus acquisiti, non possunt habere proprie rationem virtutis. Quantum [209] ad fidem enim hoc est manifestum ; quia ex naturalibus et assuetudine de his quae sunt supernaturalia non potest acquiri habitus veridicans, id est cui non subsit vel non possit de facili subesse falsum quantum est ex ratione talis habitus respectu talis obiecti et modi quo acquiritur ; quia respectu talis obiecti [210] a rebus creatis non possunt accipi rationes sufficientem evidentiam [**Cod. P, fol. 362 V**^{a}] de [**Cod. R, fol. 244 V**^{b}] illo facientes. Immo ad partem falsam aliquando inveniuntur rationes quae ex lumine naturali intellectus a rebus creatis assumuntur [**Cod. V, fol. 241 V**^{b}] probabiliores quam ad veram ; et ideo qui innititur talibus credibilibus supernaturalibus virtute talium rationum decipi potest ; et propter hoc talis [211] habitus ut innititur talibus rationibus non potest esse habitus virtuosus.

Similiter etiam hoc habet ex modo acquirendi talem habitum ab aliis, scilicet ex consuetudine audiendi talia a viris authenticis, in quantum homo [212] quasi continue committitur cum talibus a quibus talia semper audit. Cum enim non sit certum quin tales mentiri et decipi possint, ex hoc non acquiritur

certitudo de credibilibus cui [213] non possit subesse falsum. Quod ergo habens talem habitum aliquando assentit veris, hoc accidit quia ex natura eius potest etiam falsis assentire.

Ad hoc ergo quod homo absque periculo falsitatis et erroris certam et veram habeat cognitionem respectu supernaturalium ad quorum cognitionem ex naturalibus attingere et quorum veritatem in statu viae per se et immediate videre non potest, oportet quod ab illo qui est veritas per essentiam et qui certissime novit veritatem circa talia aliquid in anima infundatur et quod aliquam dispositionem efficiat in anima per quam inclinetur ad assentiendum [214] veridice eis [215] quae supernaturaliter [216] sunt [217] credenda et contraria reiciat. Si enim hoc est possibile quod ex mala doctrina et consuetudine perversa aliquis [218] [Cod. Q, fol. 195 R^b] acquirat [219] talem dispositionem malam in anima ratione cuius circa supernaturalia assentit falsitati tanquam certissimae veritati sibi per rationem evidentem nullatenus apparenti, multo minus [220] debet hoc impossibile reputari quin in amima possit Deus [Cod. P, fol. 362 V^b] imprimere aliquam dispositionem bonam ratione cuius assentiat non falsitati sed solum veritati sibi [221] tamen per rationem evidentem non apparenti : et talis dispositio erit habitus intellectualis qui vere [222] virtus dici debet [223], quia habentem perficit et opus eius [224] bonum reddit quantum ad hoc quod licet non faciat perfectam evidentiam, tamen semper est veridicus.

Et ex hoc patet quod habitus qui habetur ex acquisitione [Cod. K, fol. 83 V^b] respectu supernaturalium essentialiter differt ab habitu qui respectu illorum habetur ex infusione. Et videntur formaliter in hoc [225] differre, quia licet materiale obiectum, scilicet illud quod materialiter cognoscitur, puta aliquis articulus fidei secundum quod consistit in aliqua complexione terminorum, puta quod mortui resurgent, sit unum secundum substantiam et materialiter respectu cuiuscumque cognitionis secundum dictos habitus, tamen secundum formalem rationem [226] differre [227] videtur, quia id per [228] quod cognoscitur quod est formalis ratio [229] obiecti differt essentialiter, sicut contingit in scientiis quod una et eadem conclusio secundum substantiam potest sciri per diversa media diversarum demonstrationum [230] et rationum [231] ; et secundum hoc erit [232] una materialiter [233] differens et plures formaliter. Formalis enim ratio sciendi conclusionem quae est obiectum scitum [234] sunt media rationum per quae conclusiones cognoscuntur. Huiusmodi autem media differentia respectu obiecti supernaturalis secundum istos habitus videntur esse haec, scilicet auctoritas humana fallibilis sive veritas realiter in aliquo cognoscibili supposita ex [235] dispositione acquisita per doctrinam et per [236] consuetudinem talia audiendi, licet hoc supponatur veritati divinae inniti sive a Deo esse revelata ; et auctoritas divina infallibilis [Cod. V, fol. 242 R^a] sive veritas prima non solum secundum suppositionem sed realiter et [237] existens secundum rem ex dispositione infusa ratione cuius sit dispositus [238], non solum supponit se [239] inniti primae veritati [240] sed ei [241] realiter inni-

titur, licet hoc sibi non appareat evidenter [**Cod. P, fol. 363 R**[a]]. Habens ergo fidem acquisitam [**Cod. R, fol. 245 R**[a]] supponit quod illud [242] cui assentit est a Deo revelatum et quod propter hoc assentit. Sed non est ita. Immo habens habitum talem in quantum ratione talis dispositionis assentit realiter, non assentit illi nisi quia sic communiter tenetur ab his [243] a [244] quibus est instructus et cum quibus consuevit conversari. Sed aliter se habet in habente [245] habitum infusum ; et ideo quia illud virtute cuius sive cuius adiurorio aliquid cognoscitur lumen dicitur, propter hoc [246] talis habitus dicitur quoddam [247] lumen supernaturale respectu supernaturaliter cognoscibilium, sic [248] etiam habitus gloriae quo disponitur et elevatur intellectus ad capiendum veritatem supernaturalium, talis [249] dispositio convenienter lumen quoddam dicitur. Unde **Augustinus** (10), *Contra Epistolam Fundamenti* : « quod credimus et quod de [250] creditis intelligimus contingit non tantum homine sed ipso Deo intrinsecus mentem nostram illuminante atque firmante ».

Et licet talis habitus qui sic lumen quoddam dicitur non habeat rationem potentiae simpliciter et proprie dictae, immo cuiusdam dispositionis ipsam potentiam perficientis et elevantis, tamen hoc consequitur ex huiusmodi dispositione, ipsa potentia sic disposita quod assentit alicui veritati certitudinaliter cui sine illa non assentiret, prout etiam habens fidem acquisitam assentit aliquibus quibus non habens illam non assentiret, licet terminos eosdem apprehenderet [251] et complexionem eandem formaret.

Similiter etiam [252] videtur dicendum [253] de amicitia acquisita simili caritati quod etsi [254] sit quidam [255] habitus, non tamen est virtus proprie loquendo. Si enim est [256] virtus, est [257] virtus moralis ; ad virtutes autem [258] morales pertinet quod [259] connexionem habent cum in [**Cod. Q, fol. 195 V**[a]] tellectuali quae est [260] prudentia ; propter quod in diffinitione illarum ponitur illud [261] quod ad rationem pertinet, quia virtus moralis est habitus electivus immediate [**Cod. P, fol.363 R**[b]] consistens determinata ratione, prout dicit **Philosophus** (11) [262] secundo *Ethicorum*. Et sexto *Ethicorum* (12) dicit quod « virtus moralis est habitus cum recta ratione, » Quia ergo habitus in voluntate vel appetitu acquisitus respectu supernaturalium non includit in intellectu nisi cognitionem quae ex naturalibus potest haberi et illa respectu supernaturalium [263], ut iam dictum est, non est talis quod semper veritati innitatur ; propter quod non potest habere rationem virtutis intellectualis ; Ideo etiam nec habitus voluntatis vel appetitus cui proportionatur habet rationem virtutis moralis.

Si dicatur quod virtus intellectualis sufficienter dirigens in cognitione [264] supernaturalium est fides saltem infusa quae est habitus veridicans ; ergo illa sufficiet ex parte intellectus ad hoc quod acquiratur in voluntate habitus qui vere et proprie possit dici virtus ; dicendum quod si per fidem intelligatur habitus quo habetur quaedam cognitio generalis circa supernaturalia, puta

circa articulos fidei et circa ea quae communiter sunt credenda, sic dicit habitum quasi speculativum sive notitiam speculativam non proprie practicam, in quantum scilicet non est sufficiens [265] principium [Cod. V, fol. 242 R^{b}] operandi virtuose secundum voluntatem vel appetitum nisi adsit quaedam cognitio magis particularis. Sicut etiam [266] patet in cognitione generali agibilium modo naturali quae non sufficit ad recte agendum nisi adsit [267] cognitio particularis quae habetur secundum alium habitum qui prudentia dicitur et qui non est sine virtutibus moralibus [268]. Et licet talis habitus vere sit virtus intellectualis, quia tamen non est sufficiens principium ad operationes supernaturales [269] virtu- [Cod. R, fol. 245 R^{b}] osas voluntatis vel appetitus, ideo habens talem habitum intellectualem per illum [270] virtutem moralem non acquirit in voluntate nisi adsit alia cognitio [271] magis specialis, quae etiam erit ad habitum [Cod. P, fol. 363 V^{a}] supernaturalem pertinens et quae erit proprie practica et habitui existenti in voluntate connexa : et poterit non esse in habente [272] habitum fidei infusum, sicut et [273] caritas quae connexionen habet cum huiusmodi practica [274] speciali, sicut virtutes [Cod. K, fol. 84 R^{a}] morales et prudentia sunt connexae.

Et huiusmodi specialis cognitio [275] potest esse illud quo [276] dicitur fides formari, sicut generalis cognitio et confusio dicitur formari per specialem et determinatam in qua formaliter explicantur quae in generali [277] quasi materialiter et indistincte continentur ; quae nihilominus dicitur formari per caritatem cui huiusmodi notitia est connexa. Et potest poni exemplum : quia temperatus et intemperatus vel [278] incontinens quantum ad cognitionem universalium in agibilibus possunt [279] convenire sic quod uterque habet rectum iudicium circa illa, in quantum [280] talis cognitio respicit finem communem agibilium sive sub ratione communi differunt, tamen in cognitione particulari, in quantum cognitio particularis includit finem particularem de quo non [281] habet rectum iudicium, immo perversum intemperatus ; et potest dici habitus quo habetur rectum iudicium circa agibilia in [282] universali modo naturali habitus informis respectu illius quo habetur cognitio illlorum in speciali, ita etiam potest dici in proposito circa cognitionem supernaturalium [283] per [284] fidem infusam, quae [285] quantum ad cognitionem generalem [286] et universalium eiusdem rationis potest esse in fideli iusto et peccatore, non autem quantum ad cognitionem particularem.

Et sicut in habitibus acquisitis [Cod. Q, fol. 195 V^{b}] nunquam separantur ab invicem habitus in appetitu et habitus talis in intellectu, ita etiam est in infusis quod habitus voluntatis qui dicitur caritas non separatur a tali cognitione particulari in intellectu, secundum illud, *Prima* [287] Johannis (13), secundo : « Unctio [288] docet de omnibus » : [Cod. P, fol. 363 V^{b}] *Glossa* (14) : quae tenenda sunt : et cetera. Et sicut nunquam potest esse virtus appetitiva [289] acquisita nisi adsit vere talis virtus cognitiva acquisita, ita etiam est intelligendum in proposito circa infusos [290]. Et ideo nec ex puris naturalibus nec

adiutorio solius fidei etiam infusae primo modo acceptae potest acquiri habitus in voluntate qui sit vere et proprie virtus ; quia nec cognitio naturalis nec cognitio [291] fidei sufficiunt ad esse [292] talis virtutis [293], quia istis habitis non habetur certa [294] cognitio [295] particularis ; sed potest errare intellectus [296] circa talia, prout patet in peccatore habente fidem informem. Et secundum hoc in [297] intellectu [**Cod. V, fol. 242 V**ª] respectu supernaturalium erit duplex habitus : unus quasi generalis fidei infusae ; alius magis specialis, quasi cuiusdam prudentiae infusae. Quae tamen non consuevit distingui et seorsum poni, quia semper est connexa cum caritate ; et ideo sub caritate comprehenditur et ratione illius dicitur aliquo modo fides prius informis per caritatem [298] hunc habitum includentem formari. Aut [299] forte posset dici quod talis habitus cognoscitivus quasi particularis qui requiritur ad esse caritatis est [300] aliquod donorum Spiritus Sancti ; et cetera. Et secundum praedicta est dicendum quod, licet actus amicitiae acquisitae et caritatis possint esse unum et idem materialiter sive secundum substantiam, non tamen formaliter sive secundum speciem et [**Cod. R, fol. 245 V**ª] in esse moris, sicut est dictum [301] circa fidem acquisitam et infusam.

Per praedicta potest responderi ad argumentum. Quia, cum primo accipitur quod amicitia acquisita [302] et caritas [303] sunt unus habitus secundum essentiam, hoc est negandum. Cum probatur per unitatem actus, dicendum quod formaliter differunt non obstante identitate obiecti unius secundum materiam ; quia secundum diversam rationem formalem cadit sub cognitione intellectus informati habitu fidei et alio habitu speciali praedicto ; et secundum aliam [**Cod. P, fol. 364 R**ª] secundum quod informatus est habitu fidei acquisitae et quocumque alio habitu acquisito.

Et ex hoc ulterius est dicendum quod, cum obiectum voluntatis sit bonum apprehensum secundum quod apprehensum secundum aliam rationem sit aliquid obiectum voluntatis secundum quod est informata habitu caritatis et secundum quod est informata [304] alio habitu acquisito. Item amicitia acquisita consimilis [305] caritati, etsi [306] sit quidem habitus, non est tamen habitus qui debeat dici virtus ; et ideo non [307] est [308] virtus generalis. Posset etiam dici quod non videtur inconveniens quod eo modo quo est quidam [309] habitus, dicatur habitus [310] generalis consimili generalitate qua generalis est caritas [311].

[1] arguitur R. — [2] appetit tiva 1 ªᵉ *m.* Q, *in* appetitiva *corr.* 2ª *m.* Q. — [3] generalis quaedam — appetitiva] *om.* V. — [4] unde K. — [5] patet *add.* Q ; *del. postea.* — [6] *om.* Q. — [7] cognoscibilium K. — [8] scilicet prudentia] *om.* K. — [9] in appetitu] respectu omnium appetibilium K. — [10] cognoscitiva respectu omnium appetibilium *add.* R. — [11] *om.* R. — [12] contrarior P. — [13] alterum K. — [14] nixi inre (?) *suprascrips. alia m.* K. — [15] sive quae] sine qua P. — [16] *om.* 1ª *m.* V, *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [17] appetitus 1ªᵉ *m.* Q, *in* appetitum *corr.* 2ª *m.* Q. — [18] indirecte P. — [19] formales Q. — [20] mediato P ; indirecte Q. — [21] et sic *add.* K. — [22] sed 1ªᵉ *m.* V ; secundum magister *scrips. in marg.* 2ª *m.* V ; sed RQ. — [23] *om.* K. — [24] quodam PRQK *et* 1ª *m.* V ; quo quasi *corr.* 2ª *m.* V. —

[25] quasi toto] toto quasi PRQK ; quasi *add.* 1^{a} *m.* V, *del. postea* 2^{a} *m.* V. — [26] plurium PK. — [27] contentorum K. — [28] *om.* P. — [29] operantur 1^{ae} *m.* Q, *in* operatur *corr.* 2^{a} *m.* Q. — [30] non sit] *om.* K ; *suppl. postea.* — [31] secundum 1^{ae} *m.* R ; *del. et* sed *in marg. scrips.* 2^{a} *m.* R. — [32] sic — immediate] *om.* K. — [33] illarum actibus] actibus illarum K. — [34] quam Q. — [35] coegit PRQ *et* 1^{a} *m.* V ; coexigit *corr.* 2^{a} *m.* V. — [36] virtutis V. — [37] sed virtus inclinativa in illud in appetitu *add.* Q. — [38] inclinata PRQ. — [39] in appetitu] *om.* K. — [40] in appetitu *add.* K. — [41] est etiam] etiam est K. — [42] non *add.* PRQ. — [43] solum *add.* K. — [44] plene P. — [45] sit PQ. — [46] perficiens K. — [47] ad bonum — ordine] *om.* Q. — [48] distinctos K. — [49] congregationis Q. — [50] differenter P. — [51] per se] potest scise 1^{ae} *m.* K, *in* praescise *corr.* 2^{a} *m.* K. — [52] respicit — per se] *om.* K. — [53] virtutibus 1^{ae} *m.* Q, *in* virtutum *corr.* 2^{a} *m.* Q. — [54] quae P ; est quae K. — [55] esse R. — [56] principale K. — [57] sed *add.* K. — [58] respicit illud] illud respicit K. — [59] obiectum V ; omne Q. — [60] propter K. — [61] perfectionem P ; perfectum V ; perfectuum R ; profectum 1^{ae} *m.* K, *in* perfectionem *corr.* 2^{a} *m.* K. — [62] vel omnis virtus *add.* P. — [63] vel — virtus] *om.* P. — [64] de iustitia dicit] dicit de iustitia K. — [65] prout — virtus] *om.* 1^{a} *m.* R ; *in marg. scrips. eadem m.* R ; — *om.* Q ; *ima parte folii scrips.* 2^{a} *m.* Q. — [66] et huius modi] *om.* K. [67] vel K. — [68] quin etiam] *om.* Q. — [69] et P. — [70] proprie ratione] ratione proprie K. — [71] arbuebatur K. — [72] qui dicebat] *om.* K. — [73] homo P. — [74] referret PRQK. — [75] suum finem] finem suum K. — [76] vel communitate *add.* Q. — [77] tunc add. K. — [78] qua PV. — [79] op. *add.* K ; *del. postea.* — [80] ergo — et cetera] *om.* K. — [81] *om.* Q. — [82] *om.* K. — [83] quandam rationem] rationem quandam K. — [84] ut K. — [85] cuiusmodi K. — [86] unitas K. — [87] cuiusdam causalitatis] causalitatis cuiusdam R. — [88] communitatem hanc primam] hanc primam communitatem K. — [89] illam VK. — [90] *om.* 1^{a} *m.* Q ; *suppl. postea.* — [91] ulterius dicendum] dicendum ulterius KQ. — [92] aliqua alia] alia aliqua K. — [93] huiusmodi RK. — [94] ordinalis P. — [95] refectibiles P. — [96] et Q. — [97] vel *add.* Q. — [98] sunt *add.* Q. — [99] subvenire K. — [100] *om.* K. — [101] convenit R. — [102] aliter P. — [103] virtus vel ars *add.* Q ; *deinde del.* ; — aliis imperare] imperare aliis K. — [104] merito — prout] *om.* P. — [105] quam PK. — [106] et K. — [107] equester P. — [108] *om.* V. — [109] *om.* K. — [110] et *add.* Q ; *del. postea.* — [111] *om.* Q. — [112] determinatum V. — [113] communitate P. — [114] quatinus Q. — [115] sicut 1^{ae} *m.* V, *in* sint *corr.* 2^{a} *m.* V ; — non sint] vero sicut P ; non sicut K. — [116] sive 1^{ae} *m.* Q, *in* sibi *corr.* 2^{a} *m.* Q. — [117] *om.* 1^{a} *m.* V ; *add. in marg.* 2^{a} *m.* V. — [118] aliarum K. — [119] quae P ; quem R ; et quam K. — [120] secundum se commune] commune secundum se K. — [121] se Q. — [122] agit K. — [123] *om.* 1^{a} *m.* V. *add.* 2^{a} *m.* V ; *om.* PRQK. — [124] et Q. — [125] est *add.* K. — [126] aliarum K. — [127] finis P. — [128] conservando P. — [129] continentiam P. — [130] h *add.* Q ; *del. postea.* — [131] vel K ; etiam *add.* K. *deinde del.* — [132] *om.* 1^{a} *m.* Q ; *suppl.* 2^{a} *m.* Q. — [133] et inferiora bona] bona et inferiora K. — [134] perficere PQ. — [135] virtus est] est virtus K. — [136] est eadem *add.* K. — [137] ostendit K. — [138] arguitur R. — [139] quae P. — [140] quod K. — [141] unum P. — [142]. in PRK. — [143] *om.* P. — [144] sicut K. — [145] sic est *add.* P. — [146] aliunde P. — [147] autem K. — [148] quod P. — [149] omnes R. — [150] *om.* K. — [151] *om.* K. — [152] nec *add.* K. — [153] simpliciter K. — [154] fortitudo *add.* Q ; *postea del.* — [155] et *add.* K. — [156] ab aliis distincta] distincta ab aliis K. — [157] ut P. — [158] et Q. — [159] bonum aliquod] aliquod bonum K. — [160] totalitate alicuius] alicuius totalitate K. — [161] exteriorum bonorum] bonorum exteriorum K. — [162] alterum *add.* PK. — [163] bonorum R ; magnorum honorum] bonorum magnorum K. — [164] honor est] honorem PRQ. — [165] bonorum exteriorum] exteriorum bonorum K. — [166] usu P. — [167] in P. — [168] fugiendum K. — [169] homines omnia] omnes homines K. — [170] magnis K. — [171] *om.* K. — [172] quem Q. — [173] opere omnium] operationum 1^{ae} *m.* V, *in* opere omnium *corr.* 2^{a} *m.* : operationum PRKQ. — [174] generalis *add.* Q ; *del. postea.* — [175] invenitus R. — [176] quoniam P. — [177] sine amicitia] amicitia sine Q. — [178] proportio K. — [179] sollem 1^{ae} *m.* R, *in* solem *corr.* 2^{a} *m.* R. — [180] tale *add.* Q. — [181] videretur P ;

viderebatur Q. — [182] solebat PRKQ. — [183] tunc *add.* K. — [184] quamcumque P. — [185] nec — unicuique] *om.* R. — [186] autem K. — [187] dicit Tullius] tullius dicit P. — [188] unumquodque P. — [189] *om.* R. — [190] quem Q. — [191] quod amatur] et amat K. — [192] et ideo *add.* K. — [193] convenienter P. — [194] non *add.* PR. — [195] ordinari K. — [196] die *add.* Q ; *del. postea.* — [197] generalis virtus] virtus generalis K. — [198] determinata persona] persona dterminata K. — [199] subiecti Q. — [200] se *add.* K ; *deinde del.* — [201] pertinet K. — [202] ad particularem et generalem] ad generalem et particularem K. — [203] *om.* 1ª *m.* Q ; *suppl.* 2ª *m.* Q. — [204] sit K. — [205] *om.* K. — [206] aliqua 1ªᵉ *m.* Q ; *in* alia *corr.* 2ª *m.* Q. — [207] quod *add.* K. *et* 1ª *m.* Q ; *del.* 2ª *m.* Q. — [208] contra VPRQ. — [209] quem Q. — [210] et — obiecti] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [211] talibus K ; talis *corr.* 2ª K. — [212] hoc K. — [213] cum P. — [214] senciendum R. — [215] veridice eis] veritati eorum K. — [216] naturaliter R. — [217] cognita *add.* K ; *del. postea.* — [218] quis K. — [219] acquiret K. — [220] mi R. — [221] sic K. — [222] veritas *add.* K ; *del. postea.* — [223] virtus dici debet] dici debet virtus K. — [224] *om.* R ; *suppl. postea.* — [225] formaliter in hoc] in hoc formaliter K. — [226] formalem rationem] rationem formalem K. — [227] dicitur *add.* Q ; *del. postea.* — [228] *om.* 1ª *m.* Q ; *suppl. postea.* — [229] formalis ratio] ratio formalis K. — [230] denominationum P. — [231] demonstrationum et rationum] rationum et demonstrationum K. — [232] est P. — [233] sed *add.* K. — [234] situm R. — [235] *om.* K. — [236] *om.* K. — [237] *om.* K. — [238] diponimur K. — [239] sic K. — [240] inniti — veritati] *om.* K. — [241] si est Q ; est *del.* Q. — [242] *om.* R. — [243] aliis 1ªᵉ *m.* Q, *in* his *corr.* 2ª *m.* Q. — [244] in K. — [245] habentem Q. — [246] quod K. — [247] *om.* K. — [248] sicut Q. — [249] dispositione *add.* Q ; *del. postea.* — [250] *om.* K. — [251] apprehenderit K. — [252] *om.* P. — [253] etiam *add.* P. — [254] etsi] si K. — [255] quidem V. — [256] esset K. — [257] esset K. — [258] *om.* 1ª *m.* Q ; *suppl. postea.* — [259] per PRQK. — [260] propria *add.* Q. — [261] illud Q. — [262] dicit Philosophus] philosophus dicit K. — [263] non includit — supernaturalium] *om.* P. — [264] cognitionem, K. — [265] efficiens K. — [266] et Q. — [267] assit quaedam K. — [268] moralis P. — [269] speciales *add.* PRK. — [270] illam PRQK. — [271] cognitiotio Q. — [272] habentem 1ªᵉ *m.* Q, *in* habente *corr.* 2ª *m.* Q. — [273] etiam P. — [274] prudentia K. — [275] specialis *add.* Q ; *deinde del.* — [276] quod P. — [277] et *add.* K. — [278] *om.* K. — [279] potest P. — [280] quem Q. — [281] non *add.* Q. — [282] autem Q. — [283] supernaturalem K. — [284] propter K. — [285] quod P. — [286] naturalem K. — [287] *om.* K. — [288] unde K. — [289] appetibilia Q. — [290] infusam K. — [291] cogitatio Q. — [292] inquantum *add.* K. [293] *om.* K. — [294] circa R. — [295] cognitio Q. — [296] errare intellectus] intellectus errare K. — [297] *om.* Q. — [298] formari *add.* Q ; *del. postea.* — [299] et P ; aliter K. — [300] *om.* 1ª *m.* Q, *deinde suppl.* ; ad *add.* Q ; *del. postea.* — [301] tactum P. — [302] *om.* K. — [303] acquisita *add.* K. — [304] habitu — informata] *om.* P. — [305] est *add.* K. — [306] non R. — [307] etsi — non] *om.* K. — [308] et K. — [309] quidem PVRQ. — [310] virtus K. — [311] generalis est caritas] caritas est generalis K.

(1) Aristotelis *Ethica Nicomachea*, E, 3 (II, 1129, b). — (2) Id., ibid. (loc. cit.) — (3) Resp. Aristotelis *Ethica Nicomachea*, H, 1 (1145, a). — (4) Allud. ad Averroïs *Ethicam Nicomacheam*, l. VII, c. 1 (vol. 3, fol. 94 Ra, C). — (5) Videtur alludi ad Averroïs *Ethica Nicomachea*, l. VII, c. 1 (vol. 3, fol. 94 Ra, C). — (6) Aristotelis *Ethica Nicomachea*, Δ, 7 (II, 1123, b). — (7) Id., *ibid.*, E, 3 (II, 1130, b). — (8) Cfr. C. F. W. Mueller, *M. Tulli Ciceronis scripta quae manserunt omnia*, P. IV, vol. III, p. 169, 6 (Lipsiae. Teubnerii 1904). Fere litteraliter. — (9) *Op. cit.* (loc. cit.). — (10) Sanctus Augustinus, *Contra Epistolam Fundamenti liber unus*, c. XIV, 17 (PL., t. 42, col. 183). — (11) Resp. Aristotelis *Ethica Nicomachea*, B, 6 (II, 1106, b). — (12) Id., *ibid.*, Z, 13. (II, 1144, b). — (13) Allud. ad I Ioh. II, 20.

QUAESTIO V.

Utrum sit amicitia aliqua generalis similis caritati.

I. — Deinde respondendum [1] ad rationes quae inducebantur [2] propter difficultates quarundam aliarum quaestionum. Cum ergo arguitur contra generalitatem amicitiae similis [3] caritati, scilicet quod non est ponendum aliquo modo quod sit amicitia aliqua generalis alia [4] a caritate, quae scilicet sit similis caritati, differens tamen essentialiter ab illa, quia **Philosophus** qui reputatur sufficienter tractasse de omnibus virtutibus moralibus acquisitis et praecipue de magis principalibus et excellentioribus, de tali amicitia non tractavit.

Praeterea de similibus simile est iudicium ; sed si talis generalis amicitia [5] acquisita ponatur, cum ipsa sit similis caritati, ipsa autem potest augeri [6] et diminui, caritas etiam [7] potest sic [8] augeri et diminui [9] : hoc autem falsum videtur, quia licet concedatur quod augeri possit, tamen non conceditur communiter quod possit diminui in effectu [10].

Praeterea si sic ponantur diversi habitus amicitiae, scilicet infusus [Cod. Q, fol. 196 Ra] et acquisitus, cum sint essentialiter differentes, habent et actus differentes ; actus autem eorum [11] sunt cognoscibiles, et per actus habitus ; ergo habens aliquem habituum praedictorum posset scire quem illorum haberet. Ergo habens caritatem posset scire se habere illam et etiam [12] non habens consimiliter sciret [Cod. P, fol. 364 Rb] se non habere ; quod tamen communiter inconveniens reputatur, secundum illud **Ecclesiastis** [13] (1) nono : « Nemo scit [14] » ; et cetera.

Ad primum est dicendum quod ponitur talis habitus amicitiae acquisitae, sed non habet [15] rationem virtutis propriae [16], quia non est virtus infusa : nec etiam possunt [Cod. V, fol. 242 Vb] sibi convenire quae ad virtutem acquisitam sunt [Cod. K, fol. 84 Rb] necessaria : et ideo licet **Philosophus** (2) dicat in octavo *Ethicorum* [17] « quod amicitiam habemus ad parentes et deos [18] », illa tamen non est talis qualis est ista de qua loquimur. Sed **Philosophus** non habet considerare de tali amicitia propter causam supradictam.

Ad secundum est dicendum quod secundum aliquos ponitur quod, cum caritas non causetur nisi a Deo immediate, non potest augeri vel diminui nisi a Deo qui est causa efficiens caritatis. Quamvis autem a Deo caritas augeatur, quia est causa proficiendi [19], non tamen diminuitur in effectu ab ipso, quia non est causa deficiendi. Quod tamen non valet : quia secundum hoc etiam caritas non corrumperetur [Cod. R, fol. 245 Vb]. Et ideo hoc aliter declara-

tur, quia cum diminutio caritatis sit quidem defectus et sic habet rationem cuiusdam poenae, si a Deo causetur in nobis, non causatur nisi per modum poenae quae non debetur nisi peccato, subtrahendo scilicet caritatem in poenam [20] peccati secundum partem in gradu minori, scilicet ipsam conservando. Hoc modo autem [21] non diminuitur actione hominis nisi meritorie. Per peccatum autem veniale non [22] diminuitur meritorie, quia cum aliquis delinquit in minori [23] non meretur pati detrimentum in maiori. Effective autem non potest diminuere caritatem peccatum veniale, quia ad ipsam non attingit ; veniale enim est quaedam deordinatio circa ea quae sunt ad finem [24] ; non autem diminuitur amor finis ex hoc quod aliquis inordinationem aliquam committit circa ea quae sunt ad finem, sicut falsae opiniones circa ea quae deducuntur [**Cod. P, fol. 364 V**[a]] ex principiis [25] non diminuunt certitudinem principiorum.

Sed videtur quod sine [26] inconvenienti possit poni quod diminuatur sicut etiam corrumpitur, quia sicut communiter supponitur ipsa est diminuibilis [27] ex natura sua. Item habet etiam diminuens sicut augens meritorie ex parte hominis, effective ex parte Dei. Cum enim per actum peccati mortalis qui simpliciter et totaliter contrariatur caritati homo mereatur corruptionem caritatis propter huiusmodi plenam et perfectam contrarietatem, quia pro hora qua aliquis agit talem actum simpliciter constituit finem in opposito eius in quo caritas finem constituit ; et sic totaliter avertit a fine a quo caritas in esse conservabatur. Ideo licet talis actus non sic attingat effective caritatem quod ipsam per se corrumpat, quia nec est ex actibus acquisita, tamen meretur quod non amplius [28] conservetur ; cum hoc etiam impossibile videatur propter contrarietatem et repugnantiam quae est inter talem actum et caritatem, licet [29] non oporteat [30] per illum actum peccati [31] habitum vitiosum esse [32] statim adgeneratum [33] et habitum amicitiae similem habitui caritatis si prius esse habebat statim esse simpliciter corruptum. Sed ipso remanente, post cessationem talis actus peccati, cum [34] ex bonitate inclinationis talis habitus ad amorem divinum consimilem amori caritatis et ad [35] displicentiam actus peccati commissi habens talem habitum sic de facili poenitens multum est homo dispositus ut sibi iterum caritas infundatur et per actum [36] talis habitus remanentis meretur de congruo caritatem sibi infundi. Si autem huiusmodi habitus per iterationem actuum peccatorum [37] totaliter corrumpatur [**Cod. P, fol. 364 V**[b]] et habitus simpliciter vitio- [**Cod. Q, fol. 196 R**[b]] sus generetur, huiusmodi habilitas tollitur et inducitur contraria [38] inhabilitas et ad poenitendum et revertendum maior difficultas. Per hunc etiam modum videtur quod si habens caritatem non committat actum peccati mortalis per quem modo praedicto caritas totaliter corrumpatur, si tamen committat [**Cod. V, fol. 243 R**[a]] venialia, quae licet [39] simpliciter et perfecte non contrarientur caritati ita quod ipsam

simpliciter excludant, quia per ea non constituitur simpliciter et perfecte finis in aliquo [Cod. R, fol. 246 Rª] bono creato [40], sic videlicet quod homo sic eligat [41] inhaerere bono creato [42] quod velit potius sic [43] offendere Deum quod [44] ab ipso et ab eius amore et a bono quod ab ipso est expectandum totaliter separetur, quam quod deserat amorem talis boni creati [45] cui aliquo modo fruendo quaerit inhaerere, sic tamen aliquo modo illi contrariatur quod per illa [46] bono creato sic inhaeret per amorem quod in illo vult aliqualiter delectari delectatione non solum non ordinata ad Deum, quia hoc non facit propter Deum, sed delectatione aliqualiter deordinata et contra divinum beneplacitum existente in quantum est disconveniens rectae rationi et legi divinae ac praeceptis divinis ; et secundum hoc videtur dicendum quod quia talis actus et dispositio quae ex eis derelinquitur, aliquam [47] habent contrarietatem vel aliquid admixtum de contrarietate ad actum caritatis et ad habitum eius, per talia meretur [48] homo diminutionem habitus caritatis. Impossibile est enim quod aliquis, non obstante quod advertit quod aliqua deordinatio est in delectatione quam quaerit in creatura et quod aliquo modo [49] est contra beneplacitum Dei, alioquin non esset ibi aliquo modo ratio culpae vel peccati, tamen eligit amore inordinato et libidinoso in- [Cod. P, fol. 365 Rª] haerere tali bono creato ratione [Cod. K, fol. 84 Vª] talis [50] delectationis, quin dispositio habitualis quae ex talibus actibus derelinquitur, diminuat [51] et impediat [52] inclinationem habitualem caritatis : et sicut per actus simpliciter et perfecte contrarios generatur habitus [53] simpliciter vitiosus et caritati simpliciter contrarius ; et per hoc meretur quis quod simpliciter et perfecte a Deo sibi caritas auferatur ; ita etiam per huiusmodi actus tali modo contrarios caritati et derelinquentes quandam habitualem inclinationem aliquo modo contrariam inclinationi [54] habituali caritatis, meretur quod a Deo in ipso caritas diminuatur. Qualis est enim habitudo actus peccati mortalis ad actum caritatis simpliciter et habitus vitiosi ad habitum caritatis, talis [55] videtur esse comparatio actus peccati venialis ad actum perfectum et habitus a tali actu derelecti ad habitum perfectum caritatis. Ergo. Et cetera.

Et hoc videntur dicere qui tenent opinionem contrariam. Dicunt enim quod veniale peccatum agit in praeiudicium caritatis sic quod minuit fervorem in actu ipsius [56] et minuit [57] habitualem inclinationem in voluntate acquisitam ; et sic veniale ponit impedimentum in actu dilectionis ne secundum fervorem convenientem caritati [58] eliciatur. Dicunt etiam quod, cum ad eliciendum actum caritatis concurrant liberum arbitrium et ipsa caritas, hoc [59] impedimentum non ponitur ex parte caritatis ut videlicet in aliquo [60] per hoc diminuatur, sed ex parte liberi arbitrii inclinationem ex actibus acquisitam diminuendo et cum hoc fervorem actuum remittendo in tantum [61] quod, licet caritas perfecta maneat, liberum arbitrium tamen [62] sic tepescit et frigescit quod tandem homo quasi caritate carens sic pronus est [63] ad [64] mortale et fit in tali statu quod [65] oportet quod adiuto- [Cod. P, fol. 365 Rᵇ] rio caritatis

teporem excutiat, aut [66] diu stare non poterit quin in peccatum [**Cod. R, fol. 246 R**^{b}] mortale incidat.

Sed [67] hoc non videtur convenienter dictum : immo [**Cod. Q, fol. 196 V**^{a}] in hoc videntur contraria implicari. Sicut enim [68] illud per quod totaliter excluditur actus caritatis et possibilita[ti]s ad illum ratione contrarietatis perfectae quae est inter illos corrumpit habitum caritatis, ita etiam illud per quod impeditur vel excluditur actus caritatis perfectus et possibilitas [69] ad illum ratione [70] imperfectae contrarietatis [71] quae est inter illa dimi [**Cod. V, fol. 243 R**^{b}] nuit habitum caritatis. Quamvis ergo peccatum mortale non sic attingat caritatem quod per se tanquam causa effectiva illam corrumpat, sed meritorie, ita etiam dicendum [72] de veniali respectu diminutionis eius. Quod ergo dicitur quod hoc impedimentum ponitur ex parte liberi arbitrii, non ex parte caritatis, non valet ; quia cum liberum arbitrium et caritas sint unum [73] subiecto, liberum arbitrium non potest impediri in actu suo quem elicit mediante habitu suo [74] quin ille habitus fuerit impeditus. Si enim voluntas aeque perfecta sit habitu caritatis post talia venialia sicut ante [75], voluntas cum tali habitu ita perfecte agit sicut ante. Non enim est liberum arbitrium [76] proprie instrumentum caritatis in agendo ; immo hoc totum simul, scilicet caritas et voluntas sive voluntas informata caritate habet rationem per se unius agentis eo modo quo voluntati competit agere ; et sic [77] liberum arbitrium adiuvatur [78] aucta caritate, ita etiam impeditur ipsa diminuta ; modus enim diminutionis caritatis videtur esse possibilis, sicut tactum [79] est, per venialia [80] et per dispositionem ex illis derelictam.

Sed cum supponatur quod diminutio caritatis non procedat in infinitum, si per [**Cod. P, fol. 365 V**^{a}] venialia diminuitur, videtur quod per venialia tandem possit totaliter corrumpi, quod est inconveniens ; quia caritas cum quocumque veniali potest stare. Hoc autem sic patet : quia cum diminuendo deventum fuerit ad gradum infimum caritatis, si postea veniale committatur, cum non sit aliquid ibi [81] diminuibile sed solum simpliciter corruptibile, aut illud veniale simpliciter corrumpet caritatem, quod est inconveniens, cum ei non contrarietur simpliciter sed cum illa potest stare ; aut nihil aget, quod est inconveniens, cum non sit minoris, immo maioris efficaciae [82] ad agendum quam praecedentia.

Ad hoc dicunt aliqui quod non est inconveniens caritatem sic corrumpi per veniale, non quidem ut illud unum veniale [83] secundum se consideratur, sed ut agit in virtute omnium praecedentium ; et secundum hoc prius amittet caritatem talis [84] quam sit in peccato mortali licet ex carentia caritatis per venialia corruptae non possit sic stare ; sed statim cadit in mortale si [85] non resurgat.

Sed istud videtur inconveniens : quia cum per actum peccati venialis quantumcumque magni homo non avertatur a Deo finaliter, sic videlicet quod in bono creato finem constituat, sed non obstante [86] peccato veniali,

remanet homo coniunctus Deo tanquam fini, licet non ita perfecte sicut ante. debet poni quod etiam remanet habitus caritatis quo in Deum ut in finem inclinatur voluntas. Et secundum hoc, cum homo per talem actum non se avertat simpliciter a Deo, non meretur quod Deus talem habitum simpliciter et totaliter sibi subtrahat [Cod. R, fol. 246 V^a]. Praeterea caritas sic nunquam [Cod. K, fol. 84 V^b] corrumpitur [87] per [88] diminutionem praecedentem quin augeretur dispositio contraria et tandem habitus [Cod. P, fol. 365 V^b] contrarius vitiosus [89] ita quod secundum istum modum nunquam corrumpitur caritas nisi generetur simul habitus vitiosus ; generatio autem unius est corruptio alterius, et e converso. Ergo in ultimo [Cod. Q, fol. 196 V^b] instanti temporis caritatis praecedentis est generatus habitus peccati mortalis vitiosus. Sed ille non potest esse generatus nisi per actum sibi conformem. Ergo actus [90], quo quis peccat in ultimo instanti temporis quo habuit [91] esse prius [92] caritas. est actus qui non existit cum caritate, sed est actus peccati mortalis quo in esse perfecto generatur habitus vitiosus et corrumpitur simul caritas. Ergo sicut tenet communis opinio, videtur supponendum quod caritas per venialia corrumpi non potest. Sed si pro inconvenienti habetur quod per [Cod. V, fol. 243 V^a] veniale peccatum caritas corrumpatur et per actum per quem potest caritas [93] diminui videtur posse corrumpi. videtur sicut prius quod caritas per venialia non diminuatur.

Ad evadendum autem hoc inconveniens quidam dicunt quod caritas non potest corrumpi per venialia ; potest tamen diminui per illa. Huius ratio est : quia cum per venialia non avertatur homo a fine [94] quod scilicet averti a fine est contrarium caritati, sed impeditur homo ne perfecte feratur et tendat in finem et ne perfecte eliciat actus caritatis [95], venialia non habent repugnantiam ad caritatem secundum se sed ad perfectionem caritatis ; et ideo per ipsa non corrumpitur caritas simpliciter, sed caritas [96] aucta vel perfecta diminuitur. Sed si in infinitum [97] multiplicarentur venialia nunquam caritas secundum se corrumperetur. Sed quia caritas magna vel [98] perfecta [99] diminuitur et [100] per venalia potest fieri diminutio caritatis quantumcumque perfectae quousque perveniatur ad gradum infimum caritatis, postea non possunt [Cod. P, fol. 366 R^a] venialia agere ad eius diminutionem [101], quia non est plus diminuilibis ; nec ad eius corruptionem, quia ei non opponuntur.

Sed istud non valet ; quia in caritate non distinguitur illud quo caritas est [102] aucta vel perfecta et ipsa essentia [103] caritatis ; nec sunt haec [104] diversarum rationum ; et ideo non potest aliquid opponi vel repugnare caritati auctae vel perfectae quin repugnet caritati simpliciter. Immo [105] cum caritas aucta sit quid perfectius quam caritas simpliciter ,licet sint unum et idem secundum rem et essentiam [106] id quod opponitur caritati secundum [107] quod aucta vel perfecta et quod potest [108] praestare impedimentum respectu caritatis auctae et perfectae, magis videtur opponi caritati simpliciter sumptae

et magis potest praestare impedimentum respectu caritatis simpliciter sumptae [109] quam respectu caritatis perfectae.

Est ergo dicendum quod venialia modo supradicto habent aliquam repugnantiam et contrarietatem ad caritatem simpliciter et absolute sumptam, non quidem sic simpliciter et absolute [110] quod nunquam per sola venialia sive manentibus [111] solum venialibus corrumpatur. Immo venialia omnia stant cum caritate. Sic tamen, ut [112] dictum est, habent venialia [113] repugnantiam et contrarietatem ad caritatem quod non stant sic cum caritate [114] quin ipsam nata sint diminuere et impedire [**Cod. R, fol. 246 V**[b]] et actum eius et habitualem inclinationem ipsius ; et quia diminutio procedit a perfecto ad imperfectum, pro tanto potest dici quod venialia opponuntur caritati magnae sive auctae, sive caritati ut est diminuibilis. Sed cum dicitur ulterius quod, cum est perventum ad infimum [115] caritatis gradum quod poterunt [116] venialia multiplicari nec tamen caritas corrumpetur nec diminuetur, non valet : [**Cod. P, fol. 366 R**[b]] quia respectu caritatis non minus [117] efficacia, immo magis [118] sunt peccata sequentia quae agunt in virtute praecedentium et quae [119] augent dispositionem malam quam inducunt quam peccata praecedentia.

Item cum per peccata venialia non diminuatur caritas nisi meritorie, huiusmodi autem peccata sequentia non minus demerentur [120] apud Deum quam praecedentia, immo magis ; ergo videtur inconveniens quod [121] respectu caritatis minus [122] [**Cod. Q, fol. 197 R**[a]] faciant quam praecedentia ; nihil autem faciunt respectu illius si nec diminuatur nec corrumpatur ; ergo hoc dictum est inconveniens

Et ideo est dicendum quod nunquam est caritas in gradu ita imperfecto quin nata sit diminui per venialia si possint multiplicari ; sed cum perventum sit in diminutione caritatis per multiplicationem venialium agenerantium dispositionem [**Cod. V, fol. 243 V**[b]] caritati aliquo modo contrariam ad talem gradum quod non potest ulterius augeri talis dispositio quin transeat in habitum perfecte contrarium, impossibile est quod talis agat aliquod peccatum quin apud Deum mereatur aliquod detrimentum in caritate si peccando prius aliquod detrimentum merebatur. Sed istis suppositis, licet ipsa [123] caritas esset adhuc [124] diminuibilis, non tamen per peccatum sequens diminuitur sed corrumpitur eo quod habitus contrarius adeo [125] est roboratus quod est in dispositione quae est quasi necessitas ad generationem eius [126] cuius generatio est caritatis corruptio [127], et secundum hoc habens tales habitus repugnantes est in tali statu constitutus quod si peccat [128] necesse est eum peccare mortaliter si agat secundum inclinationem [**Cod. K, fol. 85 R**[a]] dispositionis acquisitae secundum quam est sic dispositus ad agendum libidinosa voluntate quod licet prius non egisset cum libidine et contemptu mortali, [**Cod. P, fol. 366 V**[a]] non potest tamen de cetero [129] agere secundum inclinationem talis dispositionis sic dispositus ad agendum libidinosa voluntate quin agat [130] sic libidinose et cum tali contemptu qui convenit mortali peccato [131], quia non

est abire in infinitum : aut si non peccat quia nullus est in statu in quo necesse sit eum peccare mortaliter simpliciter et absolute et sic non agat secundum inclinationem dictae dispositionis merebitur, quia virtuose agit resistendo tentationi et inclinationi talis habitus mali et incipiet caritas roborari. Et secundum hoc videtur quod quantumcumque caritas sit finita secundum speciem et essentiam suam, si ponatur quod modo praedicto sit diminuibilis per venialia, umquam [132] tamen erit caritas in gradu tam imperfecto secundum essentiam quin possit eius diminutio semper procedere quamdiu potest caritatem habens [133] peccare [Cod. R, fol. 247 Rª] venialiter, quia non est tanta contrarietas vel repugnantia venialium ad caritatem quin [134] caritas possit cum quocumque et quantiscumque venialibus stare. Hoc tamen non procedet in infinitum, quia per venialia si continue multiplicentur, adgeneratur quaedam dispositio contraria ad caritatem quae est diminutiva caritatis per modum meriti, et est dispositio quae est necessitas ad corruptionem eiusdem in quantum agendo secundum eam tandem peccatur mortaliter [135] et generatur perfecte habitus vitiosus [136].

Et hoc videntur innuere etiam [137] tenentes contrariam opinionem dicentes quod si diminutio caritatis dicatur dispositio ad corruptionem eius, sic diminui [138] potest per venialia in quantum per ipsorum multiplicationem et cuiusdam dispositionis ex illis adgenerationem pervenit homo ad statum tam [Cod. P, fol. 366 Vᵇ] debilem caritatis respectu suorum actuum et tanti roboris secundum illam malam dispositionem quod aut oportet eum peccare mortaliter aut quod adiutorio caritatis nondum corruptae teporem excutiat et dictae malae inclinationi resistat et eam diminuat [139]. Per ista enim si bene pertractentur, potest persuaderi quod dictum est circa modum diminutionis caritatis ; quia per hoc quod peccata venialia tali modo sunt dispositio ad corruptionem caritatis non ipsam per se facientia, quia fit [140] per mortale [141] ad quod disponunt, videtur esse concludendum quod diminuunt [142] [Cod. Q, fol. 197 Rᵇ] ipsam caritatem aliquid de perfectione eius meritorie auferendo sicut dictum est.

Cum autem dicitur contra hoc [143] ab aliis quod agens ex habitu contrario habitui caritatis caritate adhuc non corrupta, potest exire in actum convenientem tali habitui non cum [144] tanta [Cod. V, fol. 244 Rª] libidine, sicut natus est huiusmodi habitus inclinare : sed voluntas potest semet ipsam temperare ut actum cum minori libidine eliciat [145] cum etiam posset se habens talem habitum totaliter retrahere ne talem actum eliceret. Sic autem voluntas se multum [146] temperando non peccaret nisi venialiter, et secundum hoc caritas non corrumperetur. Propter quod videtur eis modus praedictus non esse conveniens quo ponitur caritas diminui et corrumpi.

Sed [147] hoc non valet. Quamvis enim et in peccatis mortalibus et in venialibus sint diversi gradus libidinis ita quod aliquis possit peccare aliquo genere peccati venialis vel mortalis secundum diversos gradus libidinum, tamen

sicut [148] agens ex habitu acquisito per venialia secundum quod agit ex illo, non potest agere quin agat ex libidine veniali, et qui agit ex habitu mortali secundum quod huiusmodi agit ex libidine vitio- **[Cod. P, fol. 367 Rª]** sa mortali, licet possit agere secundum maiorem et minorem [149] libidinem in illo genere, ita etiam ille qui est in tali statu, scilicet tam debilis caritatis et tam vehementis habitus contrarii, potest agere secundum habitum caritatis et secundum habitum contrarium secundum diversos gradus [150] libidinis ex parte vitiosi habitus et secundum diversos gradus sincerae [151] affectionis ex parte caritatis, ita tamen quod si agat secundum habitum cari- **[Cod. R, fol. 247 Rᵇ]** tatis non aget nisi meritorie et virtuose ; et si agat secundum habitum [152] contrarium [153], aget libidine mortali. Sed posset contingere quod illa erit [154] maior vel minor, non sic quidem quod voluntas possit fieri in actu magis vel minus libidinosa affectione simpliciter et absolute quacumque existente [155] dispositione in ipsa voluntate [156]. et quacumque apprehensione existente [157] in ratione, sed sic quod aliquando sic est homo dispositus secundum appetitum et sic etiam occurrunt [158] sibi occasiones exteriores ex parte apprehensionis quod aliquando [159] magis libidinose appetit vel minus unum et idem obiectum.

Praeterea sic arguentes videntur sibi contradicere in hoc quod prius dicunt quod qualicumque [160] existente dispositione per venialia acquisita [161] stante adhuc [162] caritate voluntas sic potest se temperare quod potest exire in actum venialis peccati [163] cum minori libidine quam sit illa ad quam ipse talis habitus inclinat ; et postea dicunt quod per augmentum talis dispositionis ex venialibus acquisitae secundum quod procedit in augmentando [164], sic tepescit liberum arbitrium continue respectu actus diligendi [165] quod fit in tali [166] statu quod necesse est ut huiusmodi teporem adiutorio caritatis adhuc manentis excu- **[Cod. K, fol. 85 Rᵇ]** tiat aut quod in peccatum mortale cadat si non secundum caritatem sed secundum inclinationem dictae dispositio- **[Cod. P, fol. 367 Rᵇ]** nis agat. In hoc enim apparet repugnantia si diligenter [167] haec considerentur.

Ad argumenta [168] in contrarium dicendum quod in his [169] in quibus non potest attendi comparatio [170] secundum aequalitatem proportionis determinatae, sufficit quod fiat comparatio secundum habitudinem [171] alicuius proportionalitatis. Quamvis ergo caritas in bonitate sit aliquid maius secundum se quam peccatum veniale sit malum secundum se [172] et non sit [173] proportio vel comparatio [174] proprie inter haec secundum haec etiam nec per venialia meretur quis perdere caritatem simpliciter nec perfectam nec imperfectam ; tamen inter venialia et caritatem est quaedam proportionalitas, ut videlicet secundum condicionem venialium caritate semper manente quamdiu non peccatur **[Cod. Q, fol. 197 Vª]** mortaliter, ipsa mereatur diminui secundum gradum alicuius perfectionis, ut si sint multa et magna [175] venialia merentur detrimentum non caritatis simpliciter, quia stant cum illa, sed secundum

aliquem magnum gradum perfectionis ; [Cod. V, fol. 244 R^b] si pauca et modica secundum gradum parvum [176] perfectionis. Sicut enim videtur se habere mortale peccatum [177] per quod totaliter avertitur homo a fine ad caritatem [178] simpliciter, ut scilicet ei repugnans et [179] contrarium simpliciter, ita etiam videntur se habere venialia ad caritatem secundum gradum perfectionis quia illi contraria aliquo modo ; et [180] in hoc eius diminutionem mereri videntur. Et secundum hoc dicendum quod est conveniens habitudo et proportionalitas talis maioris boni quod est caritas secundum gradum perfectum ad tale minus malum quod est peccatum veniale quod in ratione merendi conveniens est quod sic committens venialia mereatur detrimentum pati in tali bono.

Ad aliud dicendum quod licet venialia non attingant per se et immediate [Cod. R, fol. 247 V^a] et quasi effective agendo ad [Cod. P, fol. 367 V^a] caritatem sive ad eius diminutionem, attingunt tamen ad illam mediate, dispositive [181] scilicet et [182] meritorie, in quantum scilicet venialia quantum ad actum contrariantur perfectioni actus caritatis et in quantum etiam dispositio ex eis derelicta sive habitualis inclinatio quam derelinquunt, contrariatur aliquo modo imperfecte habitui caritatis et inclinationi habituali caritatis [183].

Licet enim per hoc per se et immediate non attingatur caritas sic quod per talia formaliter diminuatur et effective per illum qui est principium talium actuum, tamen [184] hoc fit [185] per ipsa dispositive et meritorie in quantum per hoc homo [186] meretur quod [187] in ipso, Deo agente, caritas diminuatur. Et cum sic ulterius proceditur usque ad talem statum quod iam amplius non est augmentabilis [188] talis dispositio [189] per venialia, ipsa est dispositio quae est necessitas ad generationem simpliciter et perfecte habitus contrarii caritatis, ex suppositione tamen hac, scilicet si secundum inclinationem talis habitus habens [190] eum operetur et [191] ex consequenti ad corruptionem caritatis. Sicut enim videmus quod peccata [192] venialia secundum aliquam materiam alicuius determinatae virtutis non immediate attingunt [193] finem illius virtutis, sic [194] scilicet quod statim per unum actum venialis peccati [195] eligat habens talem virtutem aliquid quod sit simpliciter et perfecte contrarium fini virtutis, sic tamen attingunt ipsum quod inclinant [196] in aliquid quod non est conveniens secundum illam virtutem ; et per hoc diminuitur talis habitus virtutis et disponitur ad corruptionem. Sicut patet in virtute temperantiae quod aliquis sic diligit bonum temperantiae et honestatem quae est in ea quod non vult consentire in actum simpliciter et perfecte [Cod. P, fol. 367 V^b] contrarium temperantiae. puta in fornicationem vel in aliquem talem actum ; vult tamen delectari in aliquibus aliis actibus, puta aspectibus, collocutionibus et aliquibus lenibus tactibus [197] in quibus inordinate afficitur et per quae aliquantulum inclinatur ad actum perfecte contrarium, non sic tamen perfecte et complete quod in illum simpliciter consentiat. Per tales quidem actus quasi veniales sic agens non sic attingit finem temperantiae quod propter illos

eligat [198] simpliciter et perfecte agere contra illum, sed paulative ; sic possunt talia frequentari et adgenerari dispositio [199] repugnans [200] habitui virtutis quod tandem erit talis dispositio quaedam necessitas ad consentiendum in actum simpliciter et perfecte contrarium, si secundum talem habitum agatur [201], **[Cod. Q, fol. 197 V^b]** et ad corruptionem habitus temperantiae et ad generationem habitus contrarii perfecte vitiosi.

Consimiliter est dicendum [202] in eadem materia si addatur id quod ad caritatem pertinet, puta : si propter amorem Dei tanquam propter finem non vult aliquis facere actum simpliciter et perfecte contrarium temperantiae, vult tamen causa alicuius delectationis facere actus aliquos praedictos non obstante quod aliqualiter Deo [203] **[Cod. V, fol. 244 V^a]** displicent, licet talis non attingat immediate finem istum, scilicet amorem Dei sic quod illo non obstante velit aliquid facere simpliciter **[Cod. R, fol. 247 V^b]** per se illi contrarium, attingit tamen ipsum [204] sic quod illi quantum ad perfectionem suam contrariatur et diminuit inclinationem quae consequeretur habitum perfectum caritatis et sic [205] etiam meritorie et dispostitive diminuunt ipsum habitum [206] ; et si ulterius procedetur sic attingit ipsam caritatem quod est dispositio quae est necessitas ad consentiendum **[Cod. P, fol. 368 R^a]** in actum simpliciter et [207] perfecte contrarium actui caritatis, si secundum illam dispositionem agatur, et agit ad corruptionem caritatis **[Cod. K, fol. 85 V^a]** licet non per se et effective sed dispositive et meritorie, sicut dictum est ; sed [208] tamen facit [209] ad generationem contrarii habitus vitiosi per se et effective.

Et [210] etiam [211] dicendum est ad aliud quod sicut virtute illius medii concluditur [212] quod per venialia non diminuitur caritas, sic etiam potest concludi quod per actus aliquos leves aliquo modo inordinatos [213] qui perfecte non contrariantur [214] fini principali alicuius virtutis et in hoc veniales possunt dici, non diminuitur talis virtus acquisita ; quod tamen non est concedendum.

Et ideo dicendum quod et in [215] speculabilibus [216] et in agibilibus sunt diversa genera principiorum ; sunt enim quaedam principia simpliciter prima et communia diversis materiis specialibus applicabilia, puta in speculabilibus [217] de quolibet [218] affirmatio vel negatio : omne totum est maius [219] sua parte [220], et sic de aliis quae naturaliter dicuntur nota, in quantum sine discursu et investigatione rationis statim [221] notis terminis cognoscuntur ; et ideo [222] circa illa [223] error non contingit [224] quocumque errore in posterioribus conclusionibus concurrente. Consimiliter [225] etiam in agibilibus sunt aliqua prima principia quae ad synderesim pertinent ; et de istis etiam verum est quod error vel [226] falsa opinio circa aliquas particulares conclusiones [227] quae sunt circa ea quae sunt ad finem [228], non diminuit certitudinem [229] huiusmodi principiorum [230] quae sunt circa finem in agibilibus maxime communem [231]. Ex consequenti etiam patet quod ex deordinatione aliqua appetitus in adhaerendo aliquibus quae sunt ad finem, non diminuitur adhaesio qua appetitus

adhaeret tali fini [Cod. P, fol. 368 R^b]. Sunt autem alia principia propria ad determinatas materias pertinentia et determinatis [232] conclusionibus applicabilia, quae dicuntur ingredi demonstrationem [233] et sine [234] quorum explicita applicatione non [235] potest haberi certa et evidens cognitio conclusionum specialium. Et de istis est dicendum quod error vel falsa opinio circa conclusiones non potest stare cum certitudine et evidentia talium principiorum, quia oportet errorem [236] talem contingere ex aliis principiis istis repugnantibus. Et hoc contingit tam in speculativis quam in agibilibus. Et secundum hoc etiam deordinatio aliqua appetitus in adhaerendo [237] aliquibus quae sunt ad finem, non potest esse sine aliqua deordinatione adhaesionis appetitus ad talem finem. Et per hoc patet quod dicta ratio non concludit.

II. — Ad aliud [238] est dicendum quod [239] circa caritatem sunt aliqua consideranda quae nullus in statu viatoris [240] certitudinaliter scire potest, scilicet quod caritas est habitus infusus a Deo. Item quod est meritorius vitae aeternae [Cod. R, fol. 248 R^a]. Item quod habens eam per ipsam est Deo gratus et acceptus; et alia huiusmodi. Cum enim talia subsint fidei, non possunt sciri in via. Quod enim est vita aeterna non est certum certitudine scientiae et evidentiae, sed solum fidei et adhaesionis: et ideo non potest esse [Cod. Q, fol. 198 R^a] certum quod aliquis habitus per suos actus sit meritorius talis vitae.

Item quod aliquis [Cod. V, fol. 244 V^b] habitus sit in nobis aliter quam per acquisitionem ex actibus nullus scire potest, quia nullus scit si Deus agit aliquid praecipue accidens [241] alteri inhaerens per creationem sive immediate sive causis particularibus. Si ergo aliquis habens caritatem diceret certitudinaliter scire se talia de ipsa, non bene di- [Cod. P, fol. 368 V^a] ceret.

Sed cum non sit conveniens ponere in nobis esse habitus quibus conveniunt propriae [242] operationes totaliter nos latentes [243] videtur quod si aliquis habet [244] habitum caritatis et actus illi convenientes exerceat quod per huiusmodi actus aliquam cognitionem [245] habere poterit de tali habitu, non certam quidem simpliciter sed certam [246] quidem tali [247] certitudine quae in materia morali et praecipue tali requiritur. Prout autem dicit **Philosophus** (3) primo [248] *Ethicorum*: « humana bona et iusta sive moralia sunt in natura sua sic incerta et instabilia [249] quod tantam habent apud homines differentiam et errorem ut videantur talia esse solum secundum aestimationem et suspicionem humanam et non secundum eorum naturam [250] ». De talibus autem non est tradere sermones omnino certos [251]; et ideo amabile est de talibus grosse et figuraliter veritatem ostendere.

Propter quod est intelligendum quod de virtutibus quas ex actibus nostris acquirimus, licet non possimus habere maiorem certitudinem, omnino scilicet infallibilem et vere demonstrativam [252], tamen [253] maiorem habere possumus [254] quam de illis quae a Deo infunduntur. Cum enim ad essentiam virtutis [255]

acquisitae requirantur obiectum conveniens et circumstanciae debitae quae multae sunt et variae, quia [256] secundum diversas condiciones rerum [257], personarum [258] et ipsum variantur ad habendum scientiam de quidditate alicuius virtutis talis sufficit habere de talibus quae ad ipsam pertinent cognitionem [259] secundum quod in pluribus nata sunt haec convenienter evenire. Et similiter si aliquis inveniat quod in agendo secundum talem materiam ut in pluribus concurrunt [260] convenientes circumstanciae et condiciones ex parte materiae [261], sic videlicet quod [262] in conside- **[Cod. P, fol. 368 V^b]** rando agibilia nihil omittit [263] de his quae in talibus communiter sive ut in pluribus nata sunt contingere, licet non attingat [264] perfecte quantum ad omnia, si etiam inveniat quod non inclinatur ad agendum ex notabili passione, sed propter bonum virtutis, sufficit secundum condicionem [265] talis materiae et talis agentis ad sciendum quod agit virtuose.

Si tamen ad hoc quod aliquis ageret secundum virtutem quantum ad omnia quae pertinent ad materiam vel obiectum virtutis et ad hoc quod ageret virtuose quantum ad illa quae pertinent ad ipsum agentem, oporteret [266] quod [267] omnia illa plene et perfecte concurrerent, ita scilicet quod nullum **[Cod. K, fol. 85 V^b]** omitteretur, nullus posset scire materiam virtutis nec etiam si virtutem haberet vel si secundum virtutem ageret propter multiformitatem et incertitudinem talium, tam quae [268] pertinent **[Cod. R, fol. 248 R^b]** ad materiam vel obiectum et circumstancias quam quae pertinent ad condicionem et dispositionem agentis ; sed solum haec possunt sciri [269] per quasdam coniecturas. Propter quod nullus omnino certitudinaliter potest scire se habere temperantiam et agere vere et perfecte [270] temperate quando agit aliquem actum temperantiae, quia [271] non est omnino certus si agit sicut agere debet et quando et [272] propter quid et ita prompte sicut debet. Verumtamen [273] si circa talia cognoscantur et agantur quae ut in pluribus circa talia nata sunt convenienter evenire certitudine [274] sufficienti in tali materia sciuntur praedicta.

Sed quia ea quae ad virtutes infusas pertinent sunt talia quod [275] requirunt quod ad omnia illa attingat habens huiusmodi virtutes et cognoscendo et agendo absque defectu aliquo vel errore circa illa et non [276] solum quod attingat circa illa [277] ea [278] **[Cod. V, fol. 245 R^a]** quae ut in pluribus convenienter possunt [279] evenire [280] cui non **[Cod. Q, fol. 198 R^b]** repugnat aliquis particularis [281] **[Cod. P, fol. 369 R^a]** error vel defectus quantum ad aliqua, prout sufficit [282] in virtutibus ex naturalibus acquisitis, quia circa illa omnia [283] et singula non possunt perfecte ab humano intellectu lumine naturali attingi quod potest contingere [284] in habitibus infusis qui innituntur in suis actibus lumini superiori [285] et inclinationi habitus secundum motionem Spiritus Sancti quae assistit animae iustae per [286] sua dona ; nullus autem scire potest certitudinaliter quae sunt omnia illa quae ad huiusmodi virtutes pertinent etsi agens secundum aliquam talem virtutem attingat ad omnia quae ad

illam pertinent, quia [287] haec omnia principaliter subsunt fidei ; — ideo certitudo quae de ipsis [288] habetur non est certitudo simpliciter [289], sed est certitudo adhaesionis quantum ad entitatem ipsorum, scilicet quod certa [290] fide tenemus quod aliqui tales habitus sunt in rerum natura. Quantum autem [291] ad inesse [292] ipsorum, videlicet quod aliquis sciat se habere huiusmodi actus et habitus, non habetur nisi certitudo coniecturalis non qualis habetur de virtutibus moralibus acquisitis, sed multum exilior et imperfectior non propter debilitatem et imperfectionem ipsorum, sed propter eorum excellentiam et propter nostram imbecillitatem ; quia ad manifesta in natura [293] est [294] oculus noster [295] quasi oculus [296] vespertilionis ad solem. Non est ergo inconveniens quod tales habitus nobiles sint in nobis et nos lateant, non quidem totaliter, quia hoc est inconveniens, sed sic quod licet aliqualiter experiamur illos in nobis esse non omnino determinate in propria forma vel [297] natura, sed sciendo nos habere quosdam actus et quosdam habitus de quibus coniecturaliter possimus aestimare quantum ad ea quae in generali circa tales habitus per fidem credimus quod sint [298] actus et habitus tales ; tamen non scimus [**Cod. P, fol. 369 R**[b]] certitudinaliter quod sint illi, sed solum quod sunt illi vel illis consimiles.

Et secundum hoc est dicendum quod non potest aliquis certitudinaliter scire se [299] habere caritatem vel alium habitum quemcumque infusum. Qui enim non potest esse certus de re aliqua utrum habeat esse vel nata sit [300] esse in rerum natura, non potest esse certus [301] quod talem rem habet [302] in actu. Sed ita est in proposito. Ergo. Et cetera. Qui etiam experitur in se actus aliquos qui secundum veritatem sunt actus alicuius [**Cod. R, fol. 248 V**[a]] talis virtutis, talem non latet omnino [303] talis virtus. Talis ergo aliquo modo scit se habere habitum talem, scilicet infusum, non formaliter sed materialiter, in quantum scit se habere actum et habitum qui secundum rei veritatem est actus et habitus. Sed quia propter unitatem [304] materialem talis actus secundum materiam respectu diversarum rationum formalium secundum diversos habitus, quas diversas rationes formales evidenter non percipit [305], habens ipsos habitus et actus non potest scire utrum talis actus quem [306] experitur, eliciatur secundum talem formam vel modum qualis pertinet ad talem virtutem, licet [307] secundum veritatem secundum illum eliciatur ; et ideo non habet certitudinem [308] de actu tali et habitu quantum ad formam et speciem eorum ; et ideo ab habente huiusmodi actus et habitus de ipsis secundum hanc rationem non habetur certitudo nisi cuiusdam coniecturae. Unde respectu entitatis caritatis et vitae [309] aeternae et aliorum huiusmodi, habetur certitudo maior quam respectu caritatis inesse [310] alicui personae ; et tamen talia non sciuntur [311] certitudinaliter scientia [312] proprie dicta : sed certitudine fidei et adhaesionis tenemus [313], istud autem solum certitudine cuiusdam [314] coniecturae. Unde dicit **Apostolus** (4), *Prima Corinthiorum* quarto : « neque me ipsum iudico » ; *Glossa* (5) : « cum quisque [**Cod. V, fol. 245 R**[b]]

de se aut omnino aut vix possit veram [**Cod. Q, fol. 198 Va**] ferre scientiam [315] quomodo [316] potest de alio [**Cod. P, fol. 369 Va**] iudicare ; « nihil enim [317] mihi conscius sum » (6), id est : « in nullo me remordet conscientia mea (7) » ; « sed non in hoc iustificatus sum » (8), id est : « non ideo me iustum puto, quia potest esse quod nescio ; delicta enim quis intelligit, ut homo loquitur ; qui potest peccatum habere nescimus (9). Tanta est enim profunditas in homine ut lateat etiam ipsum hominem in quo est ; ideo dicitur **Job** [318] (10) nono : « Si venerit ad me », gratiam scilicet infundendo, « non videbo eum [319]. Si autem abierit », gratiam scilicet subtrahendo « non intelligam » ; quasi dicat : quantum ad dona quae habeo per infusionem [**Cod. K, fol. 86 Ra**] a Deo, cum sunt vel non sunt in me, non possum esse certus cum infunduntur vel cum auferuntur [320].

Per praedicta apparet quod non exponitur convenienter [321] illud **Ecclesiastes** [322] (11) nono : « Nemo scit utrum odio [323] vel amore dignus sit », dicendo [324] quod [325] hoc [326] intelligitur sic quod [327] nemo scit utrum finaliter sive [328] quantum ad finalem [329] perseverantiam sit dignus etiam si aliquis sciat se amore dignum in praesenti secundum praesentem iustitiam. Immo hoc etiam [330] intelligendum est pro quocumque statu praesenti. Hoc etiam specialiter dicitur [331] de virtute quae nos reddit Deo gratos et acceptos [332] singulariter, non autem [333] de aliis, cum tamen aeque proprie possit hoc idem dici de aliis virtutibus secundum dictam expositionem [334] ; immo de quacumque re quantumcumque certitudinaliter habita [335] in praesenti, quia nemo scit utrum sit temperatus vel intemperatus finaliter [336], quantumcumque certitudinaliter sciat se habere temperatum praesentialiter [337].

Item si hoc esset verum quod habens caritatem posset certitudnaliter scire se habere illam, hoc [338] non ita universaliter deficeret quin invenirentur aliqui qui de hoc essent certi. Item [339] pararet occasionem [340] magnae tristitiae et cuiusdam des- [**Cod. P, fol. 369 Vb**] perationis fere omnibus hominibus communiter sive secundum communem cursum secundum quem vivunt homines [341] in hoc [342] quod supponere deberent quod si haberent caritatem illam certitudinaliter cognoscere possent, cum ipsi [343] [**Cod. R, fol. 248 Vb**] toto conatu suo [344] non possent pervenire ad hoc quod illam cognoscerent, non solum deberent timere quod illam non haberent [345], sed [346] deberent supponere quod non haberent et praesumere quod nunquam eam habituri essent.

III. — Ad aliud cum arguitur quod virtus generalis non differt a virtutibus specialibus, ostendendo quod per unum simplicem habitum poterit homo sufficienter perfici in ordine ad se ipsum et ad quemcumque alium secundum actus differentes, quia ita videtur conveniens [347] quod duo actus differentes procedant ab eodem simplici habitu, sicut quod unus actus intellectus procedat ab intellectu [348] secundum diversas species vel rationes intelligendi ; sed ab uno [349] intellectu informato [350] diversis speciebus procedit unus actus [351]

numero, puta in visione beati qui videt [352] divinam essentiam in se ipsa et etiam res in propria natura, quia ista duo simul [353] videntur ; sed in [354] intellectu non possunt simul plures actus esse ; ergo sunt unus.

Item hoc arguitur ostendendo [355] quod omnes actus intellectus quantumcumque producantur mediantibus diversis speciebus sunt indifferentes specie, quia causa agens et effectiva est una et unius rationis, scilicet anima mediante una ratione ; a quo autem habet aliquam [356] entitatem, habet [357] unitatem secundum speciem ; ergo ; et cetera.

Quomodo actus quo beatus videt creaturas [358] in Verbo per ipsum Verbum et in proprio genere per earum proprias naturas [359] est alius et alius et quomodo actus intelligendi specie differunt secundum differentiam obiectorum, est dicendum quod, licet actus quo beatus [360] videt Verbum et res creatas in Verbo [**Cod. P, fol. 370 Rª**] sit unus simpliciter, quia [361] non videtur [362] secundum illum aliquid nisi sub una simplici [**Cod. V, fol. 245 Vª**] ratione Verbi [**Cod. Q, fol. 198 Vᵇ**] tamen impossibile est quod actus quo beatus videt Verbum et res creatas in propria natura sive secundum earum proprias rationes sit unus simpliciter [363] non solum secundum numerum, sed [364] secundum speciem.

Unde manifestum est [365] quod aliqui nimis [366] irrationabiliter [367] dicunt quod actus intellectus omnis habe[n]t unitatem ab ipso intellectu, quia entitatem suam habe[n]t [368] ab illo effective ; et ex hoc concludunt quod omnes actus intellectus sint unus secundum speciem, sicut anima est una, et non differunt nisi propter interruptionem eorum. Hoc enim est non [369] minus absurdum, quia hoc est contra rationem cuiuscumque subiecti quod habeat rationem activi et passivi et sic [370] duplicis causae [371] respectu suae pefectionis, scilicet rationem causae [372] materialis et rationem causae efficientis, unde hoc positum [373] est contra rationem [374] contradictoria manifeste implicans [375], sicut est frequenter alibi [376] declaratum [377] ; ideo est contra philosophiam quae innititur rectae [378] rationi. Dicit enim **Philosophus** (12) in primo libro suae Philosophiae, scilicet in libro *Physicorum* et hoc in secundo eiusdem [379] « quod tres causae, scilicet formalis et finalis et efficiens aliquando veniunt simul [380] in unum secundum numerum, scilicet forma et [381] efficiens : vel in unum secundum speciem, scilicet efficiens cum forma et fine, sed materia cum nulla incidit [382] ».

Hoc etiam specialiter est contra rationem propriam subiecti de quo loquimur, scilicet intellectus. Cum enim duo [383] ponantur potentiae intellectus, scilicet [384] agens et intellectus possibilis, de intellectu autem possibili cuius actus intelligendi est per se sive ipsius animae secundum hanc potentiam dicitur ab istis quod ipse [385] vel anima per ipsum [**Cod. R, fol. 249 Rª**] est causa effectiva talis actus, cum hoc sit contra suam propriam rationem [386], cum sicut dicit eius nomen quo dicitur possibilis, id [387] quod est non sit [388] nisi quaedam potentialitas vel possibilitas ad actum talem , et secundum

Philosophum (13) dicitur materia in natura intellectuali et est sicut tabula nuda in qua nihil est depictum [389] ; in qua tamen ab habente [390] formas depingibi- **[Cod. P, fol. 370 R^b]** les in actu vel virtute, est [391] omnis forma depingibilis ; nimis [392] ergo inconvenienter dicitur quod non ipsum intelligibile sua actualitate virtute intellectus agentis suam formam depingat in tali intellectu ; sed ipse intellectus sua potentialitate et nuditate formam ipsius intelligibilis depingat in se ipso.

Si enim dicatur quod intelligibile depingat suam similitudinem in intellectu quae species dicitur, et est ratio agendi intellectui qui factus in actu secundum illam speciem elicit actum intelligendi, sicut alias tactum fuit, istud [393] dictum non videtur possibile. Non enim est possibile quod [394] illa specie posita, licet intellectus cum illa specie sit aliquo modo in actu quod possit agere suum **[Cod. K, fol. 86 R^b]** actum intelligendi ad quem adhuc est in potentia, quia hoc totum quod est intellectus [395] cum huiusmodi specie si ponatur, quae est quaedam qualitas et dispositio eius, est unum subiectum respectu actus intelligendi ad quem adhuc est in potentia.

Item huiusmodi species non videtur ponenda [396] neque apparet necessitas ad hoc ponendum, quia [397] cum ex natura sua intellectus possibilis sit potentia in qua omnia nata sunt fieri intellecta, non requiritur nisi obiectum quod in virtute intellectus natum est facere ipsum intelligentem in actu. Item si ponatur talis [398] species, cum oporteat eam dici causatam [399] a phantasmatibus virtute intellectus agentis et sic se [400] habere [401] ad causandum actum intelligendi quod ipsa existente in intellectu per ipsam nunquam [402] fit intellectus in actu intelligendi nisi [403] phantasmatibus praesentibus [404] in phantasia per actum phantasiandi cum [405] virtute intellectus agentis, manifestum est quod sive ponatur species in [406] intellectu sive non ponatur, [407] phantasmata [408] in virtute intellectus agentis habent rationem principalis [409] agentis [410] **[Cod. P, fol. 370 V^a]** et moventis ad educendum intellectum possibilem ad actum intelligendi. Item hoc posito, talis species **[Cod. V, fol. 245 V^b]** non habet rationem agendi. sed est dispositio quaedam [411] subiecti et idoneitas quae [412] mediate fit in [413] actu perfectio intellectus ab obiecto, cum actus ipsi [414] obiecto formaliter assimiletur, non ipsi intellectui [415].

Item cum positis talibus speciebus **[Cod. Q, fol. 199 R^a]** secundum numerum et distinctionem specierum sit numerus et distinctio actuum, cum species differunt specie secundum differentiam obiectorum, secundum hoc etiam differentia erit in actibus. Item si actus omnes [416] habent speciem unam ab anima una, non autem plures a pluribus obiectis, ex quo aliqui concludunt quod actus quo simul cognoscitur Deus immediate et creatura in propria natura sunt unus secundum speciem propter unitatem causae efficientis, scilicet animae, et unus secundum numerum propter hoc quod non est interruptus talis actus sed simul existens respectu utriusque obiecti, tales [417] non

videntur posse duci ad [418] maius inconveniens, quia auferunt omnem distinctionem [419] actuum et habituum intellectus ; nec differunt [420] scientiae secundum formam et speciem ; et omnes scientiae erunt una scientia [Cod. R, fol. 249 R^b] secundum speciem [421]. Si enim actus scientiarum non differunt [422] specie nec habitus etiam differrent specie [423] et omnes [424] virtutes appetitivae [425] sunt una virtus moralis secundum speciem ; et cetera. Et cum plures habitus solo numero differentes in eodem simul esse non possunt. si habitus scientiae metaphysicae [426] et moralis non differunt [427] specie sed numero. quod oportet dicere secundum istos [428]. tales habitus non poterunt simul esse in intellectu.

Item si propter hoc sunt omnes actus intelligendi eiusdem speciei, quia una est eorum causa [429] effectiva [430], scilicet anima : ergo cognitio quam habet damnatus de quocumque cognoscibili est eiusdem speciei [Cod. P, fol. 370 V^b] cum cognitione quacumque beati sive [431] de Deo sive de quocumque alio. Item in differentibus [432] solo numero non est differentia essentialis et per se secundum perfectius et minus perfectum [433] ; ergo inter actum [434] intelligendi quo beati [435] cognoscunt [436] Deum et inter actum damnati quo [437] cognoscit [438] quamcumque creaturam, non est maior differentia essentialiter et per se [439] quam inter actus quibus duo non [440] beati intelligunt unam et eandem rem. Et ideo est tenendum et supponendum quod intellectus est potentia passiva quae educitur in actum et perfectionem suam actione intelligibilis et secundum diversitatem obiectorum ; oportet ponere differentiam actuum et habituum.

Nec valet quod alii contra hoc inducunt dicentes quod obiectum respectu intellectus et actus intelligendi habet rationem termini [441] extrinseci : a tali autem termino non habet omnino actus [442] speciem, quia ab eo quod est ei extrinsecum et a re separatum et distinctum non potest res dici [443] habere formam et speciem [444], quia hoc est intrinsecum et essentiale rei ; sed a termino intrinseco formam et speciem habet ; puta dealbatio habet speciem ab albedine quae est terminus eius intra et ad eius essentiam pertinens. Non autem motus localis a loco qui est terminus extrinsecus mobilis [445] et motus habet [motus localis] formam et speciem. alioquin motus asini et equi ad eundem locum non essent motus specie differentes [446] ; quod reputant aliqui inconveniens, cum equus et asinus qui sunt [447] causa horum motuum specie differant.

Quod enim assumitur quod quidam motus habent terminos intrinsecos a quibus habent formam et speciem, et [448] quidam [449] non. sed tantum extrinsecos, falsum est [450] et [451] contra principia philosophiae. ut patet in quinto *Physicorum*. Nam prout **Philosophus** (14) ostendit [452] circa principium quinti *Physicorum* [453] : « consequentia ad motum sunt quinque [Cod. P, fol. 371 R^a] quia omnis motus est a motore in moto et ab aliquo in aliquid et in tempore ». Ibi autem declarat **Commentator** (15) « quod motus in essentia sua constituitur ex tribus istorum. scilicet ex moto et ex termino [454]

a quo et ex termino ad quem ; tempus autem est accidens motus [455] et motor est causa extrinseca ». Et hoc universaliter est in omni motu. Et prout ostendit ibi **Philosophus** (16), « motus [456] est in moto, sed denominationem [**Cod. V, fol. 246 R**a] et speciem recipit a termino ad quem ». Et hoc magis plane apparet in motu locali ; quia enim terminus aliquis est inferius, ideo motus ad illum denominatur [457] descensus et ad terminum superius ascensus. Est ergo hoc generaliter verum quod motus est de genere termini ad quem ; propter quod [458] **Philosophus** (17) in quinto *Physicorum* investigat species motus per distinctionem praedicamen- [**Cod Q, fol. 199 R**b] torum in quibus est motus, scilicet qualitatis, quantitatis et ubi. Qualitas [459], ergo, quantitas et ubi quae acquiruntur in subiecto motus sunt [**Cod. R, fol. 249 V**a] genera secundum quae specificatur motus secundum quod [460] habe[n]t rationem termini ad quem ; cuius ratio est [**Cod. K, fol. 86 V**a] quia, prout [461] **Commentator** (18) videtur sentire in quinto *Physicorum*, motus est quaedam via inter potentiam et actum ut tendit ad actum. Quod [462] autem est medium inter potentiam et actum ut tendit ad actum necesse est quod [463] sit de genere actus, qui est complementum ; sed differt ab eo secundum magis et minus, prout illum continue magis [464] ac magis [465] acquirit usque ad terminum motus. Et ideo dicit quod ire ad calorem est calor aliquo modo. Et secundum istum modum verum est dicere quod motus est [466] in genere termini, quamvis motus secundum quod est quaedam forma vel actus in hac materia, scilicet in ipso moto, ut videlicet est forma quaedam et actus mobilis [467], sic videtur quod motus sit praedicamentum per se [468], scilicet praedicamentum [469] passionis. Unitas ergo motus in genere vel specie secundum quod **Philosophus** (19) ostendit quinto *Physicorum* [470], sumitur ab [**Cod. P, fol. 371 R**b] unitate [471] naturae in qua est motus sive termini [472] ad quem, ut motus qui sunt in diversis coloribus [473] in specie sunt diversi specie, ut albificatio et [474] nigrificatio ; et qui sunt in eodem colore secundum [475] speciem sunt idem [476] in specie, ut [477] plures albibificationes. Eodem modo etiam exemplificat [478] de motu locali in quo etiam evidentius a **Philosopho** (20) reputatur.

Mirabile est ergo [479] quod aliqui dicunt quod [480] in motu locali hoc non habet veritatem [481], alioquin, ut dictum est, motus quo asinus et equus moventur ad aliquem locum unum secundum speciem vel numerum, non differrent specie [482], sed solum [483] numero ; quod reputant inconveniens. Immo vere hoc est [484] adeo necessarium sicut quod albedo in equo et asino non differunt specie sed numero ; quia licet talia subiecta differant specie secundum quod sunt substantiae animatae sensibiles, non tamen secundum quod sunt substantiae mobiles, scilicet [485] colorabiles vel locabiles. Immo si adeo errant tales quod dicant tales motus differre specie non ex terminis, sed ex diversitate subiectorum, idem erit dicendum de omnibus actibus existentibus in diversis subiectis secundum speciem, scilicet quod si ubi quod derelinquitur [486]

ex adiacentia loci eiusdem ad locatum in differentibus specie, differunt specie propter diversitatem talem subiectorum ; ita etiam calor causatus in differentibus specie ab eodem calido erit differens specie ; quia sicut movens et motum in motu [487] alterationis differunt loco et subiecto, ita etiam in motu locali. Et sicut in motu alterationis est ponere terminum intrinsecum ipsi motui secundum aliquam qualitatem, ita etiam in motu locali, scilicet ipsum « ubi » quod [488] subiective est in mobili, non autem [489] ipsum locum [490].

Praeterea si motus non habet speciem a termino ad quem, sed a mobili, cum locus sursum et deorsum habeant [491] contrarietatem, si unum [492] et idem moveatur sursum et deorsum, erit [**Cod. P, fol. 371 V**a] idem motus specie [493] ; quod tamen [494] nullus sanae mentis [495] concederet [496], quia cum motus semper habeat esse de contrario in contrarium, hoc autem maxime reperitur in motu locali quia eius termini maxime sunt contrarii; propter quod dicit **Commentator** (21) decimo *Metaphysicae* et quarto *Caeli et Mundi*, « quod diffinito contrariorum assumpta est a contrarietate locorum », scilicet quod contraria sunt quae maxime a se di [**Cod. R, fol. 249 V**b] stant, posita sub eodem genere ; quare [497] termini motus localis maxime faciunt ad esse et distinctionem motus pro quanto maxime salvatur in eis [**Cod. V, fol. 246 R**b] diffinitio contrariorum. Secundum hoc patet quod nullo modo sumitur differentia [498] et distinctio in motu nisi secundum terminos. Quare non bene dicunt dicentes quod motus equi et asini ad unum locum differunt specie ; motus vero eiusdem equi sursum et deorsum non differunt [499] specie.

Item ubi supra exemplificat **Philosophus** de actibus intellectus sive de speciebus comprehensionis in [**Cod. Q, fol. 199 V**a] tellectus. Si enim terminus ad quem terminatur comprehensio [500] est unus in genere vel [501] specie subalterna, et motus erit unus simpiciter in genere vel specie non simpliciter specialissima, quia ibi potest esse [502] motus in grammaticam et motus in geometriam ; et isti distinguuntur in [503] specie. Sed motus diversi in grammaticam sunt unus in specie ; et ita universaliter motus specificeretur ex [504] termino ad quem qui est [505] de essentia motus.

Quantum ad propositum ergo loquendo de actibus animae est tenendum quod cum potentiae animae comprehensivae [506], scilicet sensus et intellectus sint [507] potentiae passivae, quia prout dicit **Commentator** (22) secundo *De Anima* : primum quod [508] quidem de sensu consideratur et etiam de intellectu est [509] quod consentire fit per aliquam passionem factam ab ipsis sensibilibus [510] et intelligibilibus in sensu et in intellectu, quod [511] in actionibus potentiarum apprehensivarum [512] obiectum habet rationem moventis : potentia vero vel anima [**Cod. P, fol. 371 V**b] per potentiam est subiectum talis motus. Similitudo vero obiecti facta [513] in potentia quae est terminus huiusmodi transmutationis in potentia est terminus ad quem talis motus et huiusmodi terminus talis motus [514], scilicet similitudo rei sensatae [515] vel [516] intellectae [517] est eiusdem naturae cum illa re in quantum est vera similitudo eius. Quamvis

ergo obiectum sit [518] aliquid extrinsecum respectu actus intelligendi, actus tamen ab illo dicitur [519] habere speciem non quidem formaliter et tanquam ab aliquo sibi intrinseco, sed effective ; sicut calefactio [520] habet speciem a calefaciente. Sed quia activum [521] huiusmodi agentis [522] quod est obiectum in eo in quo fit huiusmodi actio, terminatur ad similitudinem ipsius obiecti quae est terminus intrinsecus talis actus, ideo ab illo termino ut ab eo quod est sibi intrinsecum, quia ad eius essentiam pertinet, habet [523] formam et speciem talis actus. Et [524] nihilominus ab obiecto agente et movente [525], quia eiusdem naturae est talis similitudo cum illa re quae est obiectum in quantum, ut dictum est, est vera eius similitudo.

Et hoc est evidens in actibus intellectus secundum [526] quod [527] [**Cod. K, fol. 86 V**^{b}] proceditur ad acquirendum aliquam scientiam. Acquirendo enim illam [528] actione [529] obiecti quod est subiectum scientiae per transmutationem quandam proceditur [530] investigando et [531] discurrendo a [532] principiis ad conclusiones quousque perveniatur ad perfectam assimilationem intellectus per actum intelligendi ad rem intellectam, quae est obiectum scientiae, prout procedit acquirendo scientiam qui addiscit grammaticam vel musicam. Constat autem quod addicere grammaticam et musicam [533] plus differunt quam addiscere [534] grammaticam in duobus. Ista [535] ergo perfecta [536] [**Cod. R, fol. 250 R**^{a}] similitudo vel assimilatio [537] intellectus per actum intelligendi est [538] terminus intrinsecus a quo habuit speciem totus motus [539] discursus et investigativus quo perventum est ad huiusmodi assimilationem. Et quia hoc factum est agente et movente [**Cod. P, fol. 372 R**^{a}] obiecto, ideo dicitur quod etiam talis transmutatio et [540] etiam talis actus habet formam et speciem ab obiecto. Forma enim intrinseca rei quae [541] est in proposito [542] talis terminus in quo completur talis transmutatio et finis eiusdem incidunt [543] in idem numero ; et efficiens incidit etiam [544] cum istis [545] habens identitatem cum ipsis [546] non numeralem sed secundum speciem aliquo modo sive secundum analogiam, sicut similitudo rei et res possunt dici aliquo modo unum. Non est enim [547] inconveniens, immo hoc est necessarium quod ab aliquo extrinseco [548] secundum rem [549] et essentiam habeat speciem aliquis actus tali modo, scilicet per modum efficientis suam [550] similitudinem [**Cod. V, fol. 246 V**^{a}]. Immo si propter hoc non potest actus quo asinus intelligitur habere speciem et formam ab asino, quia est aliquid extrinsecum [551] cum huiusmodi [552] extraneitas magis attendatur secundum distanciam essentialem et formalem ab ipso actu, non poterit actus consequi formam et speciem ab anima vel eius potentia, etiam si anima habeat rationem agentis et moventis.

Praemissis ergo suppositis est dicendum quod actus praedicti necessario sunt differentes, non solum numero sed specie, cum [554] utrumque praedictorum sit [**Cod. Q, fol. 199 V**^{b}] obiectum intellectus per se et secundum suam propriam rationem. Cum unum non intelligatur per aliud sive per rationem alterius

non potest poni quod constituant actum unum et unius rationis. Si enim res creata [555] sic visa [556] nihil agit in intellectu, non [557] est obiectum eius per se ; si autem agit aliquem actum, constat quod non potest esse ille quem agit essentia divina ; nec e converso.

Item actus quo aliquis est beatus formaliter et actus quo non est beatus formaliter non possunt esse unus. Ita [558] est in proposito. Ergo tales actus realiter differunt. Quod patet ex hoc quod unus potest realiter ab alio separari. Intellectus enim potest cognoscere rem in propria natura qui Deum immediate non videret ; et constat quod [Cod. P, fol. 372 R^b] talis non est beatus. Item intellectus beatus potentia Dei absoluta posset non cognoscere res in propria natura, prout etiam secundum aliquos de potentia ordinata beatus videns divinam essentiam potest non videre in ipsa quae nata sunt ibi videri. Potest etiam facere de potentia absoluta quod videns divinam essentiam et res in propria natura desinat videre divinam essentiam et non [559] desinat videre rem aliquam in proprio genere. Sed si actus quo beatus [560] videret [561] Deum et creaturam in proprio genere [562] essent unus et idem secundum rem, impossibile esset hoc fieri ; egro : et cetera.

Nec valet si dicatur quod unus et idem actus est secundum rem ; sed dicitur beatificus ex habitudine quam habet [563] ad unum obiectum : non [564] beatificus autem ex habitudine quam [565] habet ad aliud [566]. Potest autem [567] actus ille habere simul habitudinem [568] ad utrumque aut ad alterum tantum ; et sic poterit fieri actus beatificus non beatificus si desinit habitudo ad obiectum beatificum ; quia aut ex comparatione [569] ad talia diversa obiecta habet diversitatem realem, et sic habetur propositum : aut diversitatem secundum quandam diversitatem [570] respectivam [571] [Cod. R, fol. 250 R^b] et secundum rationem solum ; quod est impossibile, cum esse aliquem beatum et non [572] beatum importet differentiam realem in perfectione hominis et non solum differentiam rationis et alicuius habitudinis respectivae. Immo oportet statum beati importare aliquam perfectionem absolutam secundum quam principaliter est beatus, quae principaliter consistit in actu intellectus respectu perfectissimi obiecti ad quem nullo modo attingit non beatus. Cum enim non beatus qui cognoscit res in proprio genere solum ex hoc nullo modo possit dici beatus nec habere actum beatificum [573] nullo modo habet actum [574] qui sit idem realiter cum actu beatifico.

Item cum habenti talem actum adveniet actus beatificus, non potest dici quod fiant unus actus, sicut cum aere [575] imperfecte illuminato per unum luminare [Cod. P, fol. 372 V^a] postea fit quod alio luminari [576] illuminetur [577] perfectius et [578] tamen ponitur quod unum sit lumen [579] realiter. Pro quanto enim hoc verum est quod, sicut fit unum lumen perfectius, tamen et intensius, sic etiam ablato luminari uno [580] non corrumpitur lumen simpliciter, sed manet adhuc lumen [581] eiusdem speciei et rationis, diminutum tamen in sua perfectione et intensione. Ita etiam in proposito deberet [582] esse, scilicet quod

si fieret unus actus ab istis duobus obiectis altero sublato remaneret idem actus et eiusdem rationis sicut prius, licet imperfecte ; et esset homo beatus eadem beatitudine formaliter et essentialiter sed minus **[Cod. V, fol. 246 V[b]]** perfecta : quod est inconveniens. Differunt ergo isti actus realiter, sicut etiam ponitur quod cognitio vespertina et matutina realiter differunt [583].

Sunt autem simul tales actus, quia non sunt sic disparatarum [584] rationum sicut diversi actus cognoscendi diversas res creatas in propria natura. Quia enim secundum eundem modum cognoscendi per modum abstractionis et modo [585] aeque perfecto [586] intelliguntur [587] et eodem ordine et aeque immediate unumquodque secundum hunc modum cognoscendi perficere intellectum, sicut contingit in formis substantialibus [588] respectu materiae primae ; propter quod quando perficitur materia [589] una tali forma, alia consimili illi [590] formae qua etiam nata est perfici consimili modo perficiendi perfici non potest ; ideo **[Cod. K, fol. 87 R[a]]** cum **[Cod. Q, fol. 200 R[a]]** intelligitur unum tale per se aliud simul non potest intelligi ; propter quod nec diversa secundum speciem nec diversa secundum numerum simili modo nata intelligi per se possunt simul intelligi. Sed isti actus sunt diversarum rationum et non se ab eodem subiecto expellentium, quia habent quendam ordinem inter se ; im-**[Cod. P, fol. 372 V[b]]** mo unus modus cognoscendi est cooperativus ad alium ; ideo ; et cetera.

[1] est *add.* K. — [2] inducuntur K. — [3] simili PRK. — [4] amicitia — alia] alia amicitia generalis K. — [5] generalis amicitia] amicitia generalis K. — [6] potest angeri] angeri potest K. — [7] enim K. — [8] *om.* K. — [9] caritas — diminui] *om.* P. — [10] effectum PR. — [11] earum VPRQ. — [12] idem P. — [13] ecclesiastes RQ. — [14] facit Q. — [15] habeat PRQ. — [16] virtutis propriae] propriae virtutis K. — [17] *om.* PVQ. — [18] dominos P. — [19] perficiendi P. — [20] poena VPQ. — [21] modo autem] autem modo K. — [22] *om.* K. — [23] minora Q. — [24] sicut falsae opiniones *add.* K. — [25] principis Q. — [26] ssinem 1[ae] *m.* Q *in* sine *corr.* 2[a] *m.* Q. — [27] est diminubilis] diminubilis K. — [28] non amplius] amplius non K. — [29] sed PRK. — [30] opportet K. — [31] statim *add.* R. — [32] eius P ; *om.* K. — [33] esse *add.* K. — [34] non K. — [35] dispensationem *add.* K. — [36] actus K. — [37] *om.* K. — [38] et *add.* K. — [39] quae licet] quaelibet PRQ ; *macula* K. — [40] causato P. — [41] obligat R. — [42] causato P. — [43] ostendere *add.* Q. — [44] quam VPR. — [45] causati (?) P. — [46] bom *add.* Q ; *del. postea.* — [47] *om.* Q. — [48] demeretur K. — [49] modo *add.* Q. — [50] obiecti *add.* K. — [51] diminuit K. — [52] impedit K. — [53] *om.* K. — [54] inclinationem R ; aliquo modo — inclinationi] *om.* Q. — [55] *om.* VPR ; ve Q ; *deinde del.* — [56] eius K. — [57] fervorem — minuit] *om.* Q. — [58] caritatis K. — [59] *om.* Q. — [60] quo Q. — [61] remittendo in tantum] in tantum remittendo K. — [62] liberum arbitrium tamen] tamen liberum arbitrium. — [63] et K. — [64] *om.* 1[a] *m.* Q ; *postea suppl.* Q 2[a] *m.* — [65] *om.* K. — [66] at P. — [67] *om.* VPRQ. — [68] per *add.* K ; *postea del.* — [69] impossibilitas R. — [70] *om.* R. — [71] caritatis K. — [72] *om.* K. — [73] subiecto *add.* K ; *del. postea.* — [74] quem — suo] *om.* K. — [75] autem K. — [76] est liberum arbitrium] liberum arbitrium est K. — [77] sicut Q. — [78] advivatur P. — [79] *om.* Q. — [80] sicut tactum est per venialia] per venialia sicut tactum est K. — [81] aliquid ibi] ibi aliquid K. — [82] immo maioris efficaciae] efficaciae immo maioris K. — [83] non — veniali] *om.* Q. — [84] talem K. — [85] et 1[ae] *m.* R *in* si *corr.* 2[a] *m.* R. — [86] de

add. K. — [87] corrumpetur K. — [88] ad 1ae *m.* K *in* per *corr.* 2a *m.* K. — [89] contrarius viciosus] viciosus contrarius K. — [90] in *add.* K. — [91] habuerit P. — [92] esse prius] prius esse K. — [93] potest caritas] caritas potest K. — [94] scilicet *add.* P ; *deinde del.* — [95] eius *add.* K. — [96] ac *add.* Q ; *postea del.* — [97] quam caritas *add.* Q ; *deinde del.* — [98] *om.* K. — [99] magna *add.* Q ; *postea del.* — [100] *om.* K. — [101] agere ad eius diminutionem] ad eius diminutionem agere K. — [102] sit K. — [103] esse P. — [104] sunt haec] haec sunt K. — [105] minus *add.* K. — [106] et ideo *add.* K. — [107] sed P. — [108] ponit R. — [109] et magis — sumptae] *om.* R. — [110] sumptam — absolute] *om.* V. — [111] remanentibus R. — [112] sic tamen est] sicut K. — [113] habent venialia] venialia habent K. — [114] quod — caritate] *om.* P. — [115] infinitum 1ae *m.* Q *in* infimum *corr.* 2a *m.* Q. — [116] potuerunt PR. — [117] minoris K. — [118] maioris K. — [119] quod P. — [120] VPRQ. — [121] *om.* 1a *m.* K ; *deinde suprascrips.* 2a *m.* K. — [122] fa *add.* Q ; *deinde del* ; faciant quasi *ima parte folii scrips.* Q. — [123] ipsa K. — [124] esset adhuc] adhuc esset K. — [125] a deo PR. — [126] generationem eius] eius generationem PRQK. — [127] caritatis corruptio] corruptio caritatis K. — [128] si peccat] *om.* K. — [129] certo P. — [130] agit Q. — [131] mortali peccato] peccato mortali K. — [132] non quia P. — [133] caritatem habens] habens caritatem K. — [134] quam PR. — [135] venialiter K. — [236] inconfusus P. — [137] *om.* V ; et PRQ. — [138] divini P. — [139] finiat K. — [140] quia fit] quod sit K. — [141] mortalem Q. — [142] aliquid *add.* R. — [143] *om.* K. — [144] tamen K. — [145] liciati K. — [146] se multum] multum se K. — [147] *om.* VPR. — [148] sic K. — [149] *om.* V. — [150] sincerae affectionis ex parte carit *add.* Q. — [151] finitae K. — [152] caritatis *add.* P ; *postea del.* — [153] habitum contrarium] contrarium habitum K. — [154] via *add.* VPR. — [155] *om.* R. — [156] existente *add.* R. — [157] apprehensione existente] existente apprehensione K. — [158] concurrunt K. — [159] aliunde P. — [160] qualitat (*sic*) R. — [161] acquisite PRK *et* 1a *m.* V ; acquisita *corr.* 2a *m.* V. — [162] *om.* R. — [163] venialis peccati] peccati venialis K. — [164] augendo K. — [165] intelligendi R. — [166] sta *add.* Q ; *deinde del.* — [167] subtiliter K. — [168] argumentum K. — [169] in his] *om.* K. — [170] operatio PR. — [171] habitualem PR *et* 1a *m.* V ; habitudinem *corr.* 2a *m.* V. — [172] quam — se] *om.* R. — [173] sic PR. — [174] operatio P ; proportio vel comparatio] comparatio vel proportio K. — [175] magis P. — [176] gradum parvum] parvum gradum K. — [177] mortale peccatum] peccatum mortale K. — [178] ad caritatem] et a caritate K. — [179] *om.* K. — [180] *om.* K. — [181] dispositione PK. — [182] *om.* 1a *m.* K : *deinde suppl.* — [183] et — caritatis] *om.* V. — [184] cum PRQK. — [185] fiat K. — [186] meriti P. — [187] quo Q. — [188] aug *in marg. add.* R. — [189] quao *add.* K. — [190] eum *add.* Q ; *postea del.* — [191] *om.* Q. — [192] seccatum R. — [193] immediato attingunt] attingunt immediate K. — [194] sicut P. — [195] *om.* K. — [196] inclinat K. — [197] tactis VPQR. — [198] e *add.* Q ; *postea del.* — [199] dispositio 1ae *m.* K *in* dispositionem *corr.* 2a *m.* K. — [200] reprimens K ; habi *add.* Q ; *del. postea.* — [201] epagatur 1ae *m.* Q *in* agatur *corr.* 2a *m.* Q. — [202] quod *add.* K. — [203] aliqualiter deo] deo aliqualiter K. — [204] *om.* Q. — [205] sicut K. — [206] perfectum caritatis et sic etiam meritorie *add.* P ; *postea del.* — [207] in *add.* Q ; *deinde del.* — [208] si R. — [209] ager *add.* Q. — [210] ita *add.* K. — [211] *om.* 1a *m.* Q ; *deinde suppl.* — [212] concludetur 1ae *m.* V *in* concluditur *corr.* 2a *m.* V ; concludetur PRQK. — [213] inordinationem K. — [214] contrariatur K. — [215] *om.* K. — [216] speciebus (?) 1ae *m.* V *in* speculabilibus *corr.* 2a *m.* V. speciebus PRQK. — [217] speciebus PRQK *et* 1ae *m.* V (?) ; speculabilibus *corr.* 2a *m.* V. — [218] quo P. — [219] est maius] maius est P. — [220] sua parte] et cetera K. — [221] vel *add.* P. — [222] et ideo] non P. — [223] *om.* 1a *m.* Q ; *suppl. postea.* — [224] convenit PR. — [225] similiter K. — [226] non PRQ. — [227] particulares conclusiones] conclusiones particulares K. — [228] sunt ad finem] ad finem sunt K. — [229] certitudinem *add.* P. — [230] principii K. — [231] convenientem P. — [232] determinatas PV ; determinantis Q. — [233] demonstrative PRQ *et* 1a *m.* V ; determinationem *corr.* 2a *m.* V. — [234] *om.* Q. — [235] quae 1ae *m.* K *in* non *corr.* 2a *m.* K. — [236] eorum 1ae *m.* Q *in* errorem *corr.* 2a *m.* Q. — [237] aliud habendo

P. — [238] scilicet *add.* K. — [239] *om.* Q. — [240] maioris P. — [241] *om.* R. — [242] *om.* K. — [243] latens PRQ ; latens 1ae *m.* V *in* latentes *corr.* 2a *m.* V ; latens 1ae *m.* K *in* latet *corr.* 2a *m.* K. — [244] aliquis habet] habens aliquid K. — [245] congnitionem Q. — [246] quidem *add.* Q ; *postea del.* — [247] requiritur *add.* Q ; *deinde del.* — [248] secundo P. — [249] instabilita PKQ. — [250] materiam P. — [251] tradere sermones omnino certos] omnino tradere certos sermones K. — [252] vere demonstrativam] demonstrativam vere K. — [253] *om.* Q. — [254] possimus P. — [255] acquirere *add.* Q ; *postea del.* — [256] et Q. — [257] *om.* R. — [258] primarum P. — [259] pertinent cognitionem] cognitionem pertinent K. — [260] *om.* 1a *m.* V ; *in marg. scrips.* 2a *m.* V. — [261] et condiciones — materiae] *om.* Q. — [262] videlicet quod] quod videlicet K. — [263] omittat Q. — [264] attingat 1ae *m.* Q *in* attingit *corr.* 2a *m.* Q. — [265] ordinem K. — [266] ita scilicet *add.* Q. — [267] nullum *add.* Q ; *deinde del.* — [268] tam quae] tanquam K. — [269] scire K. — [270] vere et perfecte] perfecte et vere K. — [271] quod K. — [272] *om.* Q. — [273] secundum virtutem K. — [274] certitudini VP. — [275] quae P. — [276] ad *add.* Q ; *deinde del.* — [277] *om.* RK. — [278] et non — ea] *om.* P. — [279] convenienter possunt] possunt convenienter K. — [280] scilicet ei quod est attingere ea quae circa aliqua ut in pluribus convenienter possunt evenire *add. in marg.* 2a *m.* V. — [281] pertinent P. — [282] circa illa omnia et singularia non possunt perfecte *add.* Q ; *deinde del.* — [283] illa omnia] omnia illa K. — [284] attingere PQ. — [285] superioris 1ae *m.* Q *in* superiori *corr.* 2a *m.* — [286] secundum K. — [287] et K. — [288] ipso K. — [289] sed est certitudo simpliciter *add.* Q. — [290] quod certa] certa quod K. — [291] *om.* PRQ *et* 1a *m.* V ; *add.* 2a *m.* V. — [292] autem *add.* PRQ *et* 1a *m.* V. — [293] materia 1ae *m.* Q *in* natura *corr.* 2a *m.* Q. — [294] quasi *add.* 2a *m.* K. — [295] noster *del.* 2a *m.* K —. [296] quasi oculus] *om.* K. — [297] et K. — [298] sic Q ; sicut PR ; sicut 1ae *m.* V *in* sint *corr.* 2a *m.* V. — [299] scire se] se scire K.— [300] habere *add.* K. — [301] conveniens K. — [302] sciat se habere K. [303] non latet omnino] omnino non latet K. — [304] veritatem P. — [305] percipiat P. — [306] quae P ; qui RK. — [307] et secundum K. — [308] rectitudinem P. — [309] est vitae] vere P. — [310] caritatis in esse] in esse caritatis VPRQ. — [311] sortiuntur PRQ *et* 1a *m.* V ; sciuntur *corr.* 2a *m.* V. — [312] scientiae K. — [313] tenetur P. — [314] om. K. — [315] veram ferre scientiam] ferre veram scientiam K. — [316] non K. — [317] nihil enim] vel non P. — [318] Johannis P. — [319] eam K. — [320] afferuntur Q. — [321] exponitur convenienter] convenienter exponitur K. — [322] ecclesiastis V. — [323] ordio 1ae *m.* Q *in* odio *corr.* 2a *m.* Q. — [324] dicendum K. — [325] per *add.* PQ. — [326] *om.* Q. — [327] quo P. — [328] sive *add.* Q ; *postea del.* — [329] finem K. — [330] hoc etiam] etiam hoc K. — [331] specialiter dicitur] dicitur specialiter K. — [332] acceptus 1ae *m.* Q *in* acceptos *corr.* 2a *m.* Q. — [333] non autem] *om.* P. — [334] positionem 1ae *m.* Q *in* expositionem *corr.* 2a *m.* Q. — [335] hoc ita K ; habitu Q. — [336] vel intemperatus finaliter] finaliter vel intemperatus K. — [337] *om.* K. — [338] tamen *add.* K. — [339] si hoc esset verum *add.* Q ; *deinde del.* — [340] octionem Q ; pararet occasionem] praestaret actionem K. — [341] hominem 1ae *m.* K *in* homines *corr.* 2a *m.* K. — [342] mundo *add.* K. — [343] ipso K. [344] conatu suo] suo conatu K. — [345] haberet Q. — [346] si RP. — [347] *om.* K ; possibile *suprascrips. alia m.* K. — [348] procedat — intellectu] *om.* K. — [349] eo P. — [350] formato 1ae *m.* K *in* informato *corr.* 2a *m.* K. — [351] *om.* Q. — [352] vident Q. — [353] sic PRQ *et* 1a *m.* V ; simul *corr.* 2a *m.* V. — [354] *om.* Q. — [355] *om.* R. — [356] *om.* K ; aliqui R ; aliquid Q — [357] et K. — [358] creaturam K *et* 1ae *m.* Q. — [359] et *add.* Q ; *del. postea.* — [360] *om.* 1a *m.* Q ; *suppl.* 2a *m.* Q. — [361] quod R. — [362] videt K. — [363] sit unus simpliciter] simpliciter sit unus secundum numerum K ; *deinde* secundum numerum *del.* K. — [364] etiam *add. in marg.* 2a *m.* K. — [365] *om.* PR. — [366] *om.* K. — [367] nimis irrationabiliter] minus rationabiliter Q. — [368] unitatem ab ipso intellectu *add.* Q ; *del. postea.* — [369] *om.* VPRQ *et* 1a *m.* K. — [370] sit P ; habeat K ; rationem *in marg. add.* K. — [371] *om.* Q.— [372] respectu — causae] *om.* P. — [373] ponitamen P ; penitus K. — [374] quia *add.* K. — [375] implicat K. — [376] alii Q. — [377] deterclaratum 1ae *m.* Q *in* declaratum *corr.* 2a *m.* Q. — [378] *om.* Q. — [379] libro —

eiusdem] et 2° physicorum K. — [380] veniunt simul] simul veniunt K. — [381] *om.* 1ª *m.* Q ; *suppl.* 2ª *m.* Q. — [382] nulla incidit] illa nunquam coïncidit K. — [383] due R. — [384] intellectus scilicet] scilicet intellectus K. — [385] ipso P. — [386] suam propriam rationem] propriam rationem suam K. — [387] eo K. — [388] sic PK. — [389] despictum Q. — [390] habendo P. [391] *om.* 1ª *m.* K ; *suppl.* 2ª *m.* K. — [392] minus P. — [393] illud P. — [394] non — quod] quia K. — [395] intellectum K. — [396] neque *add.* Q ; *postea del.* — [397] quod V. — [398] tales 1ae *m.* Q *in* talis *corr.* 2ª *m.* Q. — [399] causata P. — [400] est Q. — [401] se habere] habere se K. — [402] quam P. — [403] ut P. — [404] phantasmatibus praesentibus] praesentibus phantasmatibus K. — [405] in K. — [406] *om.* P. — [407] semper necessario *add. in marg.* K. — [408] fantasma P. — [409] agentis *add. P.* — [410] habent rationem — agentis] *om.* K. — [411] dispositio quaedam] quaedam dispositio K. — [412] qua RQK. — [413] *om.* R ; *suppl. postea.* — [414] ipsius K. — [415] intellectui] in intellectu VPR. — [416] actus omnes] omnes actus K. — [417] enim *add.* K. — [418] duci ad] dici autem quod K. — [419] omnem distinctionem] distinctionem omnem K. — [420] specie *add.* Q. — [421] et omnes — speciem] *om.* K. — [422] different P. — [423] nec — specie] *om.* P. — [424] omnis R. — [425] appetibiles P. [426] mechanice K. — [427] different R. — [428] quod *add.* 2ª *m.* K. — [429] *om.* Q. — [430] eorum causa effectiva] causa effectiva eorum K. — [431] quaecumque beati sive] quam beati habent K. — [432] indirentibus R. — [433] perfectus P. — [434] inter actum] actum inter P. — [435] quo beati] beati qua PVRQ ; beati quo K. — [436] cognoscit VK. — [437] damnati quo] damnati qua PVRQ ; quo damnati K. — [438] cognoscunt PRQ. — [439] essentialiter et per se] per se et essentialiter K. — [440] *om.* K. — [441] fini Q. — [442] non habet omnino actus] non habet omnino K. — [443] potest res dici] deberet res dici K. — [444] quia — speciem] *om.* R. — [445] et mobilis *add.* Q. — [446] differentiae R. — [447] sunt *add.* Q ; *postea del.* — [448] *om.* VPR. — [449] quidem VP. — [450] *om.* VP. — [451] e *add.* P ; *postea del.* — [452] dicit K. — [453] nam — physicorum] *om.* RK. — [454] et — termino] *om.* P. — [455] motus *del.* K, *et* movens *in marg. scrips.* 2ª *m.* K ; autem *add.* K. — [456] motus *del.* K. — [457] nominatur VPR. — [458] hoc P. — [459] et *add.* P. — [460] hoc *add.* PRQ. — [461] ut Q. — [462] quia P. — [463] ut K. — [464] continue magis] magis continue K. — [465] ac magis] *om.* K. — [466] *om.* Q. — [467] et *add.* K. — [468] praedicamentorum per se] per se praedicamentorum K. — [469] scilicet praedicamentum] *om.* K. — [470] quod philosophus ostendit V° physicorum] philosophum K. — [471] ob unitate] prûnae K ; — primae K ; — primae *add.* Q ; *deinde del.* — [472] numeri P. — [473] coloribus K. — [474] nigr *add.* Q ; *postea del.* — [475] sunt P. — [476] in specie *add.* Q ; *deinde del.* — [477] philosophus *add.* P. — [478] explicat K. — [479] est ergo] ergo est K. — [480] *om.* P. — [481] puritatem P. — [482] speciem 1ae *m.* Q *in* specie *corr.* 2ª *m.* Q. — [483] solo K. — [484] hoc est] est hoc R. — [485] secundum P. — [486] quod derelinquitur] delinquitur K. — [487] mota 1ae *m.* Q *in* motu *corr.* 2ª *m.* Q. — [488] ubi quod] quod ubi K. — [489] aut P. — [490] ipsum locum] ipse locus K. — [491] hanc R. — [492] si unum] simul R. — [493] tamen specie Iae *m.* K *in* specie tantum *corr.* 2ª *m.* K. — [494] est *add.* R. — [495] nullus sanae mentis] sanae mentis nullus K. — [496] concedet P. — [497] quia K. — [498] differentiae Q. — [499] differeunt Q. — [500] apprehensis K. — [501] in *add.* P. — [502] *om.* Q. — [303] *om.* K. — [504] a K. — [505] ex 1ae *m.* K *in* est *corr.* 2ª *m.* K. — [506] apprehensivae R. — [507] sicut R. — [508] *om.* 1ª *m.* V, *add. in marg.* 2ª *m.* V ; *om.* PRQK. — [509] scilicet K. — [510] sensibus Iae *m.* V in sensibilibus *corr.* 2ª *m.* V ; sensibus Q. — [511] autem *add.* K. — [512] potentiarum apprehensivarum] apprehensivarum potentiarum K. — [513] obiecti facta obiecti K. — [514] et — motu] *om.* V. — [515] servatae P. — [516] et K. — [517] intellectus Iae *m.* V *in* intellectae *corr.* 2ª *m.* V ; intellectus PRQ. — [518] *om.* Q. — [519] ab illo dicitur] dicitur ab illo K. — [520] alcalefactio Iae *m.* K *in* calefactio *corr.* 2ª *m.* K. — [521] actum P ; actuum K. — [522] aggeneratio 1ae *m.* K *in* agentis *corr.* 2ª *m.* K. — [523] habere K. — [524] *om.* R. — [525] removente R. — [526] illos *add.* R ; *deinde del.* — [527] quos RK. — [528] illa K. — [529] actionem VP. — [530] ad *add.* K, *del. postea.* — [531] *om.* R. — [532] praemissis *add.*

K ; *deinde del.* — 533 constat — musicam] *om.* K. — 534 addisscere 1ae *m.* Q *in* addiscere *corr.* 2a *m.* Q. — 535 isto R. — 536 similitudo vel assimilatio *ima parte folii scrips.* R. — 537 assimilitudo VP. — 538 sunt K. — 539 et *add.* K. — 540 etiam transmutatio et] *om.* Q. — 541 quo R. — 542 est in proposito] in proposito est K. — 543 incidit K. — 544 incidit etiam] etiam incidit K. — 545 ipsis K. — 546 cum ipsis] *om.* K. — 547 est enim] enim est K. — 548 extrinsecum P. — 549 rei P ; extrinseco secundum rem] secundum rem extrinseco K. — 550 secundum K. — 551 intrinsecum PR ; *litteras* in *del.* R *et* ex *in marg. corr.* 2a *m.* R. — 552 cum huiusmodi] cuius R. — 553 est dicendum]dicendum est K. — 554 *om.* 1a *m.* V ; *add. in marg.* 2a *m.* V ; — quia PRQ. — 555 causata VP. — 556 nullam K. — 557 nec K. — 558 etiam *add.* Q ; *postea del.* — 559 desinat — et non] *om.* Q. — 560 deus VPR. — 561 videt KQ. — 562 scd — genere] *om.* P. — 563 haberet 1ae *m.* Q *in* habet *corr.* 2a *m.* Q ; haberet P. — 564 *om.* PQ. — 565 quem P. — 566 obiectum *add.* K. — 567 etiam P. — 568 simul habitudinem] similitudinem K. — 569 operatione P. — 570 *om.* K. — 571 rm K. — 572 ideo P. — 573 ergo *add.* K. — 574 beatus *add.* K. — 575 adesse 1ae *m.* Q *in* aere *corr.* 2a *m.* Q. — 576 illuminare P ; lumine K. — 577 luminetur K. — 578 *om.* K. — 579 unum sit lumen] sit unum lumen K. — 580 vero P. — 581 unum K. — 582 debet P. — 583 realiter differunt] differunt realiter K. — 584 dispertitarum P. — 585 modum P. — 586 perfecta P. — 587 intelligitur P. — 588 stabilibus P. — 589 in K. — 590 ibi 1ae *m.* K *in* alia *corr.* 2a *m.* K.

(1) Ecclesiastes, IX, 1. — (2) Aristotelis *Ethica Nicomachea*, *Θ*, 14 (II, 1162, a). — (3) Id., *ibid.*, A, 1 (II, 1094, b). — (4) I *Cor.* IV, 3. — (5) *Glossa ordinaria* in I *Cor.* IV, 3 (PL., 114, col. 525). Litteraliter. — (6) I *Cor.* IV, 4. — (7) *Glossa ordinaria* (Antwerpiae, 1634, vol. 6, col. 225-226). — (8) I *Cor.* IV, 4. — (9) *Glossa ordinaria*, Antwerpiae, 1634, vol. 6 (loc. cit.). — (10) *Job*, IX, 11. — (11) Ecclesiastes, IX, 1. — (12) Aristotelis *Physica*, A, 7 (II, 198, a). — (13) Resp. Aristotelis *De Anima*, *L*, 4 (I, 429, b - 430, a). — (14) Aristotelis *Physica*, E, 1 (II, 224, a). — (15) Averroïs *Physica*, l. V, c. 1 (vol. 4, fol. 208 Rb. - Venise 1562). — (16) Resp. Aristotelis *Physica*, E, 1 (II, p. 224, b). — (17) Resp. Id., *ibid.* (loc. cit., 225, b). — (18) Alluditur forte ad Averroïs *Physicam*, l. V, c. 1 (vol. 4, fol. 210 Ra). — (19) Aristotelis *Physica*, E, 4 (II, 227, b). — (20) Resp. Id., *ibid.*, *V*, 5 (II, 212 a-b). — (21) Averroès, *Metaphysica*, l. X, c. 2 (op. cit., vol. 10, fol. 211 Ra) et *De Coelo et Mundo*, l. IV, c. 4 (op. cit., vol. 4, p. 261, Rb). — (22) Allud. fortasse ad Averroem, *De Anima*, l. II, summa 4 (op. cit., vol. 8, fol. 80, 59).

IV. — Ad aliud cum arguitur quod non potest poni quod sit aliqua virtus generalis quae sit distincta ab aliis virtutibus quae [1] etiam vere sint virtutes, quia sicut se habet virtus generalis ad alias virtutes, ita se habet scientia subalternans [2] ad scientias subalternatas. Quia sicut scientia subalternans regulat scientiam subalternatam eius principia probando et rectificando, ita virtus generalis regulat [3] virtutes speciales, earum actus ad finem suum referendo ; sed non sic est [4] distincta scientia subalternans a subalternata quod sit [5] scientia simpliciter, sed solum est scientia secundum quid et ex suppositione. Ergo similiter virtus generalis non sic est distincta **[Cod. R, fol. 250 Va]** a virtutibus specialibus simpliciter, sed solum secundum quid et ex suppositione. Assumpta probatur : quia scientia [8] quae non habet certam

et evidentem notitiam suorum principiorum, sed illa [9] in scientia [10] superiori probentur et ab illa accipiuntur et supponuntur, non est scientia simpliciter, sed ex suppositione principiorum quae accipit a scientia superiori. Sed ita est in proposito. Ergo. Et cetera.

Dicendum quod in scientiis ordo multiplex [11] invenitur; quia quaedam sunt priores, generaliores [12] et simpliciores aliis, quae scilicet [13] considerant de entibus prioribus respectu aliarum et aliquo modo, scilicet in generali, de his quae ad eas [14] pertinent [15], ita tamen quod de his quae [16] ab aliis scientiis considerantur, non considerant in propria forma; et [17] secundum hoc metaphysica est generalis respectu omnium scientiarum aliarum [18]. Et quia posteriora plene et omnino perfecte non cognoscuntur nisi primis cognitis, ideo ad plenam et perfectam cognitionem [**Cod. P, fol. 373 Rª**] eorum quae in scientiis specialibus considerantur, requiritur cognitio primorum [19] entium quae in metaphysica considerantur. Quia tamen in scientia speciali est aliquod ens determinatum habens causas et [20] principia sibi propria ex quibus secundum suam propriam naturam habet esse et [21] cognosci sufficienter secundum suam propriam rationem secundum quam per sua propria principia de illo in tali scientia consideratur, ideo ex illis de tali subiecto potest haberi vere et proprie scientia. Non tamen ita certa et perfecta scientia de talibus habetur, cum secundum se cognoscuntur solum secundum principia illius scientiae specialis, sicut si cum huiusmodi cognitione cognoscantur cognitione [22] quam nata sunt participare ex cognitione eorum quae in scientia superiore [23] cognoscuntur; nec est etiam talis scientia [24] inferior ita certa sicut est scientia [25] superior ex qua etiam quae sunt inferioris [26] [**Cod. V, fol. 247 Rª**] scientiae plenius notificantur et certificantur.

Item est alius ordo in scientiis secundum quod plures scientiae sunt aliquo modo [27] circa idem secundum diversos modos considerandi, in quantum una considerat de aliquo quia est, non propter quid; alia vero de eodem considerat propter quid, in quo includitur quia est. Et propter huiusmodi habitudinem, una dicitur sub altera, scilicet [28] considerans quia sub [29] illa quae considerat propter quid, et sic se habent ad invicem scientia subalternans et subalternata. Et quia cognitio propter quid est perfectior quam cognitio solum quia est, scientia subalternans est scientia [30] perfectior [31] respectu principiorum quae in scientia subalternata non habent cognitionem propter quid. Sed quia cum [32] de illis in scientia superiori sciatur [33] propter quid [34], et in illa sint [35] conclusiones [36] et propter hoc est scientia subalternata respectu subalternantis scientia imperfectior [37] et aliquo modo ex suppositione alicuius notitiae respectu subalternantis, verumtamen non debet propter hoc dici quod non sit scientia [**Cod. P, fol. 373 Rᵇ**] simpliciter, sed solum secundum quid, quia procedit ex principiis sufficienter scitis, sicut requiritur ad [38] scientiam simpliciter dictam.

Ad cuius intellectum est considerandum quod principiorum duplex

[**Cod. Q, fol. 200 R**[b]] est modus [39] cognoscendi. Quaedam enim sunt principia omnino prima et quae ab [40] intellectu statim cognitis terminis plene et perfecte [**Cod. R, fol. 250 V**[b]] cognoscuntur absque aliquo processu rationis per quam in illorum certam notitiam deveniatur, puta de quolibet affirmatio vel negatio [41] : omne totum est maius [42] sua parte [43] ; et sic de consimilibus. Et talia non sunt principia propria in scientiis specialibus ; nec requirunt habitum in intellectu [44] acquisitum et ageneratum per actus rationis devenientis per investigationem [45] aliquam in talium notitiam ; sed talia dicuntur principia naturaliter cognita.

Alius autem est modus cognoscendi [46] principia specialium scientiarum magis specialia quae non sic saltem in evidentia suae veritatis intellectui se manifestant [47]. Sed in cognitionem eorum certam devenitur actibus rationis per [48] aliquam investigationem circa talium cognitionem procedentis, scilicet via sensus, experientiae et memoriae ; ex quibus per inductionem concipitur universale quoddam quod est principium scientiae et [49] conclusionum quae ex illa natae sunt deduci, prout determinat **Philosophus** (1) in fine secundi *Posteriorum*, de modo quo principia scientiarum fiunt cognita. Et quia talis modus cognoscendi non est per priora [50] vel per causam, ideo per ipsum non habetur notitia de talibus propter quid, sed solum quia, etiam si contingat [51] quod aliqua talia sint cognoscibilia cognitione propter quid. Omnis ergo scientia quae procedit ex principiis de quibus habetur certa cognitio quia sunt, modo praedicto qui est proprius modus cognoscendi principia scientiarum [**Cod. P, fol. 373 V**[a]] specialium, est vere et proprie scientia. Sed scientia quae procedit ex principiis tali modo notis et quibus [**Cod. K, fol. 87 R**[b]] non respondet alia notitia perfectior, scilicet demonstrativa et propter quid, est [52] scientia sic simpliciter et proprie quod non ex suppositione alicuius cognitionis perfectioris [53] qua [54] sint [55] talia principia cognoscibilia nisi pro quanto sunt aliquo modo possibilia plenius [56] declarari per scientiam omnimodo [57] primam. Sed hoc est commune in omnibus scientiis specialibus. Scientia vero quae procedit ex principiis tali modo notis, quia nihilominus [58] nata sunt cognosci notitia propter quid, quae licet non sit [59] notitia [60] conveniens talibus ut habent rationem principiorum, scilicet [61] respectu posteriorum, scilicet conclusionum quae per ipsa debent declarari, est tamen conveniens eis respectu priorum secundum quod sunt propositiones [62] tales terminos [63] continentes respectu quorum est accipere causam inhaerentiae praedicati ad subiectum. Et quia talis cognitio est perfecta simpliciter respectu illlorum quae sic nata [**Cod. V, fol. 247 R**[b]] sunt cognosci [64], ideo scientia subalternata est scientia quidem simpliciter et proprie, in quantum habet notitiam evidentem [65] suorum principiorum secundum modum [66] secundum quem proprie sunt cognoscibilia principia scientiarum specialium, in quantum sunt principia, scilicet quia sunt. Est tamen scientia ex suppositione, pro quanto [67] principia illius [68] non sunt ita perfecte nota sicut nata sunt cognosci. Immo deficit

eis [69] perfectior modus cognoscendi quo sunt cognoscibilia, scilicet cognitio propter quid. Sed supponitur eorum notitia [70] talis ex scientia superiori : qua [71] habita, et ipsa talia principia et ex consequenti omnia [72] alia quae sunt talis scientiae, perfectius cognoscerentur. Defectus [73] tamen talis modi cognoscendi talium principiorum non impedit [**Cod. R, fol. 251 R**[a]] quin supposita alia cognitione ipsorum, scilicet [**Cod. P, fol. 373 V**[b]] quia sunt modo praedicto, ipsa scientia cuius illa sunt [74] principia vere et proprie sit scientia, licet non ita perfecta sicut subalternans.

Sed si principia subalternatae acciperentur [75] solum ut supposita a scientia superiori [76] quantum ad cognitionem quia sunt, sicut quantum ad cognitionem propter quid, tunc scientia subalternata non esset simpliciter et proprie scientia, sed solum ex suppositione et secundum quid, quia de his quae in scientia illa continentur non haberetur [77] notitia evidens neque [78] quia est [**Cod. Q, fol. 200 V**[a]] neque [79] propter quid, sed solum tanquam credita et supposita tenerentur [80]. Unde de consequentibus ad principia non haberetur [81] certa notitia consequentis cum non haberetur [82] certa notitia [83] antecedentis. Propter quod [84], licet [85] theologia sit de his quae sunt certissima in sua entitate et evidentia in sua veritate Deo et beatis [86], et potest esse quod in theologia sunt aliqua de quibus posset sciri propter quid. et scitur a Deo et beatis, cum tamen pro statu viae non habeatur evidens notitia de illis neque [87] quia sunt, neque [88] propter quid sunt, sed fide tenentur tanquam revelata a Deo qui non fallitur, ideo theologia non potest dici simpliciter et proprie scientia nec [89] subalternans nec [90] subalternata, sicut sunt scientiae philosophicae ; licet non sit omnino negandum ipsam [91] esse habitum scientificum addentem evidentiam cognitionis ultra notitiam quae ex fide habetur, prout fuit alias declaratum.

Per hoc patet responsio ad probationem assumpta : quia dicendum quod. licet scientia subalternata non procedat [92] ex principiis sic per se notis [93] sicut principia omnino prima sunt per se nota, et licet etiam de illis habeatur notitia propter quid in alia scientia, non autem [94] in ipsa subalternata, procedit tamen ex principiis notis notitia quia sunt, via sensus, memoriae et cetera. Hoc autem [**Cod. P, fol. 374 R**[a]] sufficit ad hoc quod scientia quae in [95] talibus procedit sit vere et simpliciter et proprie scientia.

[1] quod P. — [2] subaternans R. — [3] regulas PR ; regulans K ; regl'as Q. — [4] sic est] est sie Q. — [5] scit I[ae] *m.* Q. *in* sit *corr.* 2[a] *m.* Q. — [6] quia K. — [7] est K. — [8] quia scientia] quod scientiam R. — [9] *om.* K. — [10] alia *add.* K. — [11] in scientiis ordo multiplex] duplex ordo talis in scientiis K. — [12] priores, generaliores] generaliores. priores K. — [13] *om.* V. — [14] *om.* 1[a] *m.* V. *add. in marg.* 2[a] *m.* V. — [15] considerant de entibus prioribus respectu aliarum et aliquo modo, scilicet in generali, de his quae ad eas pertinent] dentibus prioribus respectu aliarum et aliquo modo, scilicet in generali de his quae considerant ab aliis scientiis considerantur et considerant quae ad alias pertinent K. — [16] quo P ; *om.* Q. — [17] *om.* 1[a] *m.* V. *add. in marg.* 2[a] *m.* V ; — *om.* RQ. — [18] scientiarum

aliarum] aliarum scientiarum K. — [19] posteriorum K. — [20] *om.* VRK. — [21] *om.* 1ª *m.* K ; *suppl.* 2ª *m.* K. — [22] cognoscantur cognitione] *om.* K. — [23] superiori K. — [24] superiore scientia] *om.* P. — [25] inferior ita certa sicut est scientia *add.* P. — [26] inferiores K. — [27] sunt liquo modo] aliquo modo sunt K. — [28] *om.* P. — [29] idem P. — [30] *om.* K. — [31] perfectior *add.* Q. — [32] *om.* K. — [33] scitur K. — [34] sed quia — propter quid] *om.* Q. — [35] sicut PR. — [36] cognitiones P. — [37] imperfectior] etiam perfectior P. — [38] sc *add.* Q ; *del. postea.* — [39] considerandi vel *add.* K. — [40] *om.* Q ; *suppl.* postea. — [41] et *add.* K. — [42] est maius] maius est P. — [43] *om.* RK. — [44] habitum in intellectu] in intellectu habitum K. — [45] investigationis 1ªᵉ *m.* Q*in* investigationem *corr.* 2ª *m.* Q. — [46] cognoscenti R ; — cognosdcendi 1ªᵉ *m.* Q *in* cognoscendi *corr.* 2ª *m.* Q. — [47] manifestat P. — [48] vel K. — [49] *om.* PRQ. — [50] propria 1ªᵉ *m.* K. *in* priora *corr.* 2ª *m.* K. — [51] contingit P. — [52] est *add.* K. — [53] cognitionis perfectioris] perfectioris cognitionis perfectioris P. — [54] *om.* 1ª *m.* K ; *suppl.* 2ª *m.* K. — [55] per *add.* Q ; *deinde del.* — [56] plenis P. — [57] omnino PK. — [58] data sunt *add.* P ; *del. postea.* — [59] propter — sit] *om.* R. — — [60] non sit notitia] notitia non sit K. — [61] *om.* K. — [62] proportionalis K ; proportiones Q. — [63] termini nos R. — [64] cognoscendi 1ªᵉ *m.* Q *in* cognosci *corr.* 2ª *m.* Q. — [65] evidentiae P. — [66] secundum modum] *om.* R. — [67] quia *add.* 2ª *m.* K. — [68] *om.* Q. — [69] pedefe *add.* Q ; *postea del.* — [70] eorum notitia] notitia eorum K. — [71] quam 1ªᵉ *m.* V. *in* qua *corr.* 2ª *m.* V ; — quam P. — [72] omnino R. — [73] diffectus 1ªᵉ *m.* Q *in* defectus *corr.* 2ª *m.* Q. — [74] illa sunt] sunt illa K. — [75] accipientur 1ªᵉ *m.* V *in* acciperentur *corr.* 2ª *m.* V ; — accipientur PQ. — [76] scientia superiori]superiori scientia K. — [77] haberentur 1ªᵉ *m.* Q *in* haberetur *corr.* 2ª *m.* Q. — [78] nec P. — [79] nec P. — [80] detineretur Q. — [81] haberetus 1ªᵉ *m.* Q *in* haberetur *corr.* 2ª *m.* Q. — [82] habet R. — [83] consequentis — notitia] *om.* 1ª *m.* V ; *add. in marg.* 2ª *m.* V. — [84] quid RK. — [85] autem *add.* K. — [86] cum tamen pro statu viae non habeatur evidens notitia de illis *add.* K ; *deinde del.* — [87] nec P. — [88] nec P. — [89] neque RK. — [90] neque K. — [91] ipsum K. — [92] non procedat] quae procedit K. — [93] sic *add.* K. — [94] quantum Q. — [95] ex Q.

(1) Aristotelis *Analytica Posteriora*, B, 18 (I, 99, b).

IV. — Ad aliud cum arguitur quod iustitia generalis non differt realiter a particulari quia [1] magis conveniunt [2] istae iustitiae ad invicem quam potentiae [3] materiae [4] cum forma vel actu, quia tam iustitia particularis [5] quam generalis [6] dicunt [7] actum et formam [8] in genere, magis autem convenit actus [9] cum actu quam potentia cum actu [10], sed potentia materiae realiter est [11] eadem cum [12] forma, alioquin forma de nihilo et per creationem produceretur si [13] ipsa secundum suam essentiam in materia non esset [14] ; ergo ; et cetera ;

Dicendum quod circa habitudinem potentiae ad actum, quomodo scilicet [15] potentia est vel non est eadem cum actu sive substantiali sive [16] accidentali, est considerandum quod, cum per potentiam possit intelligi subiectum quod per formam perficitur, per actum autem forma quae perficit, et cum per esse aliquid in potentia possit intelligi aliquid non habere esse in rerum natura secundum rationem suae propriae naturae, sed solum in virtute et potestate alicuius alterius, esse autem in actu intelligatur aliquid habere esse in rerum natura secundum rationem suae propriae [17] entitatis vel naturae ; si quae-

ratur [Cod. V, fol. 247 Va] quomodo se habeat potentia [18] ad actum primo modo, constat quod potentia non est actus nec e converso; nec potentia fit actus nec e converso [19], sed ex ambobus fit unum compositum [20] ex duobus quorum unum habet rationem actus, aliud rationem materiae; et hoc modo potest dici quod materia habet rationem potentiae, forma vero rationem actus.

Si autem quaeratur qualiter se habent potentia et actus secundo modo, sic aliter [Cod. R, fol. 251 Rb] accipitur distinctio actus et potentiae [21] in simplicibus et aliter in rebus compositis; quia in rebus simplicibus non potest poni res simpliciter habere esse in rerum natura secundum aliquid sui et non habere esse etiam secundum aliquid eius; sed aut habet esse secundum illud totum quod ad eius entitatem pertinet, aut habet [22] non [23] esse secundum to- [Cod. P, fol. 374 Rb] tum. In compositis vero potest accipi distinctio actus et potentiae [24] isto modo et etiam alio modo; quia potest considerari compositum ut non habens esse in rerum natura secundum aliquid [25] ad eius entitatem pertinens [26] et ut habens esse secundum totum illud [27] quod ad eius entitatem pertinet. Item potest considerari ut [28] habens esse in rerum natura secundum aliquid ad eius entitatem pertinens quod est [29] aliquid non quo habeat esse simpliciter, sed quo potest [30] esse simpliciter, et ut non habens esse in rerum natura secundum aliquid eius [Cod. K, fol. 87 Va] quod sic ad entitatem eius [31] pertinet quod [Cod. Q, fol. 200 Vb] illo habet esse simpliciter.

Istis ergo suppositis dicendum [32] quod in simplicibus et etiam in compositis, uno modo praedictorum actus et potentia se habent sicut non ens simpliciter sive cui secundum se [33] nulla convenit entitas: possibile tamen est: sive cui nata est convenire aliqua entitas secundum se alterius potentia et virtute; et sic potest dici de omni creatura perfecta tam simplici quam composita et etiam de materia antequam [34] habeat esse creatum [35] in rerum natura [36] quod ipsa est ens in potentia, non in actu. Cum autem habet esse per creationem dicitur esse in actu [37] in rerum natura sic quod non in potentia, scilicet ad sui ipsius entitatem, licet non dicatur esse aliquid quod sit in actu simpliciter quia nec est forma vel actus nec [38] compositum formam et actum habens, sed est aliquid in rerum [39] natura quo aliud ens perfectum et in actu iam habet esse in potentia, cum materia de se habeat esse in potentia ad actualitatem formae sicut subiectum. Et hoc modo etiam antequam [40] forma [41] habeat secundum se esse aliquid in rerum natura dicitur habere esse in potentia simpliciter; cum autem habet esse aliquid [42] in rerum natura [43] secundum suam propriam entitatem dicitur esse in actu simpliciter non in potentia, scilicet ad sui ipsius entitatem, nec etiam [Cod. P, fol. 374 Va] in potentia ad aliquid quo habeat actualitatem sive esse in actu simpliciter. Et talis modus essendi in potentia videtur esse medium inter ens et non ens simpliciter sic quod inter purum nihil, quod [44] scilicet nullo modo est nec natum

est esse, et inter esse aliquid [45] in rerum natura secundum aliquam suam propriam entitatem quantumcumque imperfectam sive quantum ad aliquid ad eius entitatem pertinens quantumcumque imperfectum.

Quando ergo loquimur de ente omnino simplici quomodo in illo differt potentia et actus sive modus essendi quo [46] habet esse in actu vel potentia, non potest poni quod cum [47] habet esse in potentia [48] habeat esse secundum aliquid realiter ad eius essentiam pertinens, sed solum secundum entitatem alicuius sui principii non intrinseci sed solum extrinseci, [49] scilicet efficientis, in cuius virtute habet esse antequam sit in se ipso. Et hoc verificatur, ut dictum est, tam de materia quam de forma secundum se seorsum acceptis.

Loquendo autem de ente composito non potest intelligi habere esse modo praedicto [50] circa ens simpliciter, scilicet in pura potentia ad entitatem, altero suorum principiorum existente in rerum natura. Nec potest etiam intelligi habere esse simpliciter et in actu non existente in [51] rerum natura altero [**Cod. R, fol. 251 V**[a]] principiorum, [**Cod. V, fol. 247 V**[b]] scilicet forma; sed materia existente in rerum natura absque hoc quod aliquid formae secundum suam propriam entitatem existat in rerum natura, potest dici compositum habere esse in rerum natura [52] in potentia secundum aliquid sui, id est secundum aliquod suorum principiorum intrinsecorum ad suam essentiam pertinentium, quod [53] est perfectibile per formam. Sed illo solo existente, compositum non dicitur esse vel habere esse simpliciter et in actu, sed solum in potentia; quia huiusmodi principium rei compositae non est nisi quaedam potentia- [**Cod. P, fol. 374 V**[b]] litas ratione cuius compositum non dicitur esse simpliciter, sed solum in potentia respectu entitatis formae quae est actualitas simpliciter ratione cuius compositum dicitur esse simpliciter [54] et in actu. Et talis modus essendi videtur esse medium inter non ens simpliciter et ens simpliciter, sicut quod inter non ens cui non competit habere aliquam entitatem in rerum natura secundum aliquid ad eius entitatem [55] intrinsece [56] pertinens, quod [57] secundum **Philosophum** (1) erat omnino nihil nullius potentia potens esse, quia creationem negabat, et inter ens cui convenit [58] habere esse in rerum natura secundum entitatem completam principiorum suorum [59] intrinsecorum, quae ad eius perfectam entitatem [60] pertinent. Iste autem modus essendi medius inter ens [61] et non ens simpliciter, ut dictum est, solum convenit rebus compositis quae possunt habere esse [62] in potentia ratione alterius suorum principiorum, scilicet ratione materiae quae non est nisi quaedam potentia antequam habeat esse in actu ratione [63] alterius principii, scilicet formae quae est actus. Et tales res possunt produci de non esse simpliciter ad esse simpliciter per veram [**Cod. Q, fol. 201 R**[a]] transmutationem quae est generatio cuius per se subiectum est sola materia [64] nihil includens de entitate formae. Non sic autem potest produci de non esse ad esse materia nec etiam forma ut secundum se accepta in esse producatur propter causam praedictam, quia scilicet nullum eorum est aliquid quod

sit [65] ens simpliciter vel cui conveniat esse simpliciter ; sed ambo sunt principia unius entis [66] simpliciter et cui convenit esse simpliciter [67].

Et secundum hoc [68] videtur quod ante terminum generationis de eo quod ad [68] entitatem compositi pertinet non praeexistat aliquid in rerum natura nisi sola materia [69] ; et sic forma non habet esse in materia ante terminum generationis realiter [70] et secundum aliquam suam propriam entitatem. Quia tamen sicut [Cod. P, fol. 375 Ra] si principium materiale entis compositi produceretur in esse cum prius non haberet aliquam entitatem, secundum se diceretur creari, ita etiam videtur quod si principium formale in composito producatur in esse nulla entitate eius secundum se ipsam in propria natura praeexistente, dicetur [71] etiam creari. Propter hoc supposito quod eius principium materiale prius habuit [72] esse in rerum natura, alioquin ipsum compositum de novo crearetur quantum ad principium materiale — hoc autem non supponitur de alio principio quod [73] est formale quod est etiam simplex in essentia et natura sua, nec potest secundum aliquid ad eius entitatem pertinens habere esse et secundum aliquid eius habere non esse — ideo aliqui [74] considerantes quod ante terminum generationis compositum non habet esse in actu quod dat forma [75], et sic [Cod. R, fol. 251 Vb] videntes quod forma non praeexistebat secundum aliquid ad [Cod. K, fol. 87 Vb] eius entitatem pertinens, posuerunt quod in termino generationis forma de nihilo producebatur [76] et sic creabatur ; et ad hoc posuerunt datores [77] formarum, licet in hoc sint antiqui aliquo modo diversificati, scilicet [78] **Plato**, **Avicenna** et alii quidam [79].

Alii autem reputantes omnino esse impossibile [80] aliquid fieri ex nihilo et omnino creationem negantes, videntes autem [81] variationem fieri in rebus secundum formam a qua res habet [82] esse simpliciter, quia aliquando aliquid dicitur ignis quod prius dicebatur non ignis, et supponentes propter [83] simplicitatem formae [84] quod non poterit aliquo modo ante [Cod. V, fol. 248 Ra] terminum generationis habere aliquod esse in rerum natura [85] quin [86] haberet [87] esse simpliciter et in actu, negantes generationem proprie dictam secundum quam composito acquiritur [88] esse simpliciter et in actu secundum rem et veritatem ; et videntes quod omnia naturalia sunt transmu- [Cod. P, fol. 375 Rb] tabilia aliquo modo ad invicem, dixerunt omnia esse in omnibus et omnia habere semper esse completum et in actu per formam secundum esse completum semper existentem ingenerabilem et corruptibilem secundum veritatem, sicut ponitur [89] de materia quantum ad ipsam essentiam materiae. Sed [90] ponebant generationem et corruptionem tantum secundum quandam apparentiam, in quantum ponebant quod omnia erant simul secundum quandam commixtionem minutarum partium quarum quaelibet [91] erat in actu secundum naturam [92] suam habens in se [93] materiam et formam suam [94] in actu ; sed propter earum minimam [95] quantitatem non apparebant ut in sua entitate ab invicem sunt distincta, per congregationem autem

multarum partium entis [96] alicuius secundum unam speciem constituebatur quoddam totum quod non acquirebatur aliquam entitatem quam prius non habebat ; sed in sua entitate quam prius habebat [97] in suis partibus prius disgregatis per huiusmodi congregationem evidenter apparebat [98] et deinde per segregationem [99] partium talium ab invicem et per congregationem partium alterius entis specifici dicebatur corrumpi et aliud generari [100]. Unde non inveniuntur philosophi [101] authentici quin ponerent formam ante [102] terminum generationis sic habere esse in potentia non in actu, quod realiter secundum se ipsam vel secundum aliquid ad eius propriam [103] entitatem pertinens in se ipsa formaliter nullo modo praeexistebat ; et hoc quantum ad illos qui ponebant formam esse in potentia antequam haberet esse in actu secundum rem et veritatem ; aut ponebant ipsam ante terminum [104] generationis non habere esse in potentia antequam haberet esse in actu realiter, sed[**Cod. Q, fol. 201 R^b**] solum secundum quandam [105] apparentiam et evidentiam ; sed ponebant eam prius [**Cod. P, fol. 375 V^a**] habere esse secundum eius [106] entitatem completam, quia nec inter ista [107] medium videtur esse possibile [108] si simplicitas formae attendatur, quin scilicet oporteat ponere in materia [109] ante terminum generationis formam secundum suam entitatem completam et etiam [110] in actu praeexistere [111] aut quod secundum nihil ad eius [112] entitatem sibi secundum se in natura sua pertinentem [113] nullo modo realiter praeexistat.

Sed quia utraque dictarum positionum videtur inconveniens, sicut patet [114] per **Philosophum** (a) illas in pluribus locis [115] reprobantem, ideo a **Philosopho** eligitur [116] modus ponendi aliquo modo [**Cod. R, fol. 252 R^a**] medius inter praedictos ponendo cum prima quod non praecedit [117] secundum [118] aliquid ad eius entitatem pertinens formaliter [119] in hoc differt a secunda [120]. Item ponendo quod secundum aliquam entitatem praeexistit, non quidem in actu et formaliter, sed in potentia et virtualiter ratione potentiae realiter, sed [121] ratione materiae praeexistentis, ex qua potest ipsa forma ab agente educi et in hoc differens [122] a prima.

Alii autem dicentes se tenere viam mediam [123] inter praedictas duas positiones, et fingentes se in hoc tenere viam [124] philosophi dicunt quod ante terminum generationis forma in se ipsa formaliter et in propria natura non solum virtualiter in potentia materiae vel agentis praexistit [125] in materia secundum totalem entitatem et essentiam naturae suae, cum sit quid indivisibile ; sed formae competit duplex modus essendi : unus est modus essendi potentialis, alius est modus essendi actualis. Et cum [126] habet esse secundum primum modum, dicunt quod habet esse in potentia ; cum autem [127] habet esse secundum [128] modum secundum, dicunt quod habet esse in actu. Diffe-[**Cod. V, fol. 248 R^b**] runt ergo isti, ut dicunt, a prima positione [129] [**Cod. P, fol. 375 V^b**] falsa in hoc quod dicunt formam non creari in quantum dicunt eam [130] praeexistere secundum eius entitatem propriam formaliter ; diffe-

runt autem [131] a secunda in quantum dicunt eam [132] non [133] praeexistere [134] secundum eius modum [135] actualem. Dicunt ergo quod ista est positio **Aristotelis** (2) cuius sententia [136] est quod formae antequam sint in actu in materia, sunt in ea in potentia ; unde non inducuntur ab extra per creationem [137], sed praeexistunt in ea, non quidem in actu latitantes tantum sicut alii dixerunt, sed in potentia quod est esse [138] medium inter esse actu et omnino non esse. Potentia autem et actus potentiam perficiens circa eandem rem non dicunt diversas res sed [139] diversos modos existendi eiusdem rei : hic autem diversus modus est perfectio et [140] imperfectio vel determinatio et [141] indeterminatio vel informitas et forma. Nam esse [142] in potentia dicit imperfectionem et indeterminationem et informitatem [143], esse vero in actu dicit perfectionem, determinationem et [**Cod. K, fol. 88 R**^{a}] formam sive speciem. Et hoc, scilicet quod forma [144] realiter ante terminum generationis praeexistit [145] confirmant per **Commentatorem** (3), octavo [146] *Metaphysicae*, ubi loquens de generatione compositi [147] quae est transmutatio de potentia in actum, dicit : « est ergo aliquod unum quod prius est in potentia et post [148] transfertur de potentia in actum ; translatio enim eius non largitur ei multitudinem, sed perfectionem in esse ». Item dicit [149], duodecimo *Metaphysicae* (4), « quod agens apud **Aristotelem** non est congregans inter duo in veritate, sed est extrahens illud [150] quod erat in potentia ad actum » ; et cetera. Ex [151] quibus patet quod per hoc quod aliquid per agens transmutatur de potentia in actum, non acquiritur aliqua res nova alioquin completa transmutatione essent plures res quam ante, sed solum novus essendi modus [152].

Praeterea unumquodque ens secundum genus et speciem dividitur secundum actum et potentiam ; est enim album [**Cod. P, fol. 376 R**^{a}] in actu et album in potentia [153], ignis in actu et ignis in potentia. Hoc autem non posset salvari nisi eadem res esset forma in actu et forma in potentia cum identitas speciei sumatur a forma. Item esse in potentia medium est inter esse in actu [154] et non esse omnino, quod non est nisi negatio ; medium autem communicat [155] aliqualiter [156] [**Cod. R, fol. 252 R**^{b}] cum extremis : quare cum album in potentia [**Cod. Q, fol. 201 V**^{a}] sit medium inter album in actu et omnino non album quod est negatio albi, sicut ergo albedo in actu et negatio albedinis sunt aliud a [157] subiecto, ita albedo in potentia realiter est aliud ab eodem subiecto ; et cetera. Sed ex hoc posset argui ulterius : albedo in potentia est aliud realiter [158] a negatione [159] ; ergo est etiam aliud ab albedine in actu.

Praeterea si non ponatur quod forma praeexistat [160] modo praedicto in generatione inducitur [161] ab extra, sicut dixerunt ponentes datorem formarum. Cum enim essentia [162] formae sit alia ab essentia materiae, si sola materia praeexistit [163], forma [164] fit ex nihilo. Nec videtur valere quod dicitur quod forma non fit ex nihilo, quia non fit, sed compositum est quod per se fit ; quia licet non [165] fiat forma per se sicut nec [166] existit per se sed fiat in

materia quod est [167] fieri compositum ; cum ex quo est res alia a materia oportet assignare unde habet [168] suam entitatem. Non autem a materia quae est ab ea diversa ; nec ab agente, quia nihil [169] inducitur ab extra, cum non creet [170] eam ; ergo oportet formam ipsam [171] secundum suam essentiam praeexistere in materia, non quidem in actu, sed in potentia ; et generatione extrahitur per agens [172] de potentia in actum.

Circa hunc autem [173] modum ponendi duo secure [174] assero [**Cod. V, fol. 248 V**a] ; primum est quod ista positio [175] est simpliciter contra intentionem **Philosophi** et **Commentatoris**, licet ex dictis eius male intellectis et male applicatis videatur aliqualiter confirmari. [**Cod. P, fol. 376 R**b]. Secundum est quod falsitas et impossibilitas huiusmodi positionis evidentius apparet quam [176] falsitas et impossibilitas aliarum.

Philosophus enim si intendisset quod sic forma praecederet secundum suam entitatem in sua propria natura formaliter, licet sub aliquo tali modo [177] potentiali, hoc alicubi expressisset. Si [178] non invenitur, dicere quod praecessit [179] nisi in potentia, certum est autem quod aliquid bene dicitur esse vere in potentia cuius [180] tamen nihil existit [181] secundum se ipsum formaliter in sua propria [182] natura, sicut patet de his quae habent esse in anima per creationem. Et non [183] minus est verum quantum ad hoc de aliis quae vere habent esse in potentia. Sicut enim in aere tenebroso est lux in potentia, ita in anima peccatrice est [184] gratia in potentia [185], licet quantum ad principia activa et modum agendi inter huiusmodi sit aliqua differentia. Sicut enim gratia secundum suam entitatem non est in [186] anima ante Dei infusionem, ita etiam lux, secundum id [187] quod est secundum se ipsam, non est in aere tenebroso ante eius a corpore luminoso illustrationem [988], prout dicit **Augustinus** [189] (5) octavo [190] *Super Genesim ad litteram,* capitulo decimo nono : « Sicut aer praesente lumine fit lucidus, sic homo Deo sibi praesente illuminatur ».

Si [191] etiam doctrina **Philosophi** quae ad nos pervenit consideretur, non invenitur quod dicat aliquid quod secundum suam propriam [192] entitatem suae propriae naturae formaliter est [193] in rerum natura sive sit [194] simplex sive sit compositum, sit in potentia simpliciter illud [195] quod per naturam talem intelligitur. Si ergo forma aliqua secundum entitatem suae [196] naturae in materia existat, illa non potest dici simpliciter esse in potentia secundum tale genus entis quod est forma, sed dicitur [**Cod. R, fol. 252 V**a] secundum illud esse simpliciter et in actu. Et secundum hoc etiam compositum [197] in quo [198] habet esse materia et [199] forma secundum suas proprias entitates non dicetur [200] esse compositum tale in potentia simpliciter, sed simpliciter [**Cod. P, fol. 376 V**a] in actu. Immo sicut, secundum doctrinam **Philosophi**, in rebus materialibus substantialibus sunt duo principia rei intrinseca, quorum unum dicitur potentia simpliciter sive id secundum quod aliquid est in potentia simpliciter, scilicet materia, aliud autem dicitur actus simplici-

ter [201] sive illud secundum quod aliquid dicitur esse in actu simpliciter. scilicet forma ; sicut [202] impossibile est ponere materiam primam in aliquo secundum entitatem convenientem sibi [203] secundum proprietatem naturae suae [204], et dicere [205] quod illud non sit vere et simpliciter in potentia ad aliquid aliud. cum materia sit illud quo aliquid potest esse simpliciter aliquid quod non est in actu, ita impossibile [206] est ponere formam esse in aliquo secundum entitatem convenientem sibi [207] secundum proprietatem naturae suae et differentiae quod illud non sit in [Cod. Q, fol. 201 V^b] actu smpliciter, sed adhuc sit in ipso simpliciter [208]. Sicut enim [209] materia est potentia et [210] quae est medium inter non esse simpliciter [211] et esse simpliciter, propter quod ipsa est prop[ri]e nihil [212] secundum **Augustinum** (6), in quantum infra ipsam [213] non potest esse aliquid [214] quod [215] habeat aliquam entitatem realem secundum se, ita forma quae est alterum extremum et est illud [216] quo aliquid est simpliciter non potest poni secundum suam entitatem propriam in [217] materia ipsa [218] quin compositum [Cod. K, fol. 88 R^b] cuius est talis forma habeat esse simpliciter in actu et non solum in potentia. Et sicut non potest poni descensus infra materiam quin sit casus in nihil. ita non potest poni ascensus in entitate supra materiam quin sit recessus a potentia simpliciter per consecutionem actus simpliciter. Et sicut illud in quo est entitas materiae ratione illius non est nisi ens in potentia simpliciter [219], ita illud in quo est entitas formae ratione eius [220] non est ens in potentia simpliciter, sed ens in actu simpliciter : et sicut absurditas [221] esset dicere secundum [Cod. V, fol. 248 V^b] doctrinam **Philosophi** quod materiae vel ei in quo est materia secundum suam entitatem ratione materiae conveniat modus essendi secundum esse potentiale et secundum [Cod. P, fol. 376 V^b] esse actuale, sed [222] solum modus essendi secundum esse potentiale [223], ita etiam dicere quod formae vel ei in quo est forma secundum [224] suam entitatem ratione ipsius formae conveniat modus essendi secundum esse potentiale ratione cuius possit dici esse in potentia simpliciter et secundum esse actuale [225] ratione cuius possit [226] dici esse [227] actu [228] simpliciter, sed solum modus essendi secundum esse actuale [229], quia sicut potentialitas [230] materiae sive illud quo habens materiam est in potentia simpliciter [231] ad formam sive ad [232] esse in actu per [233] formam, non est aliquid realiter differens [234] a materia. Immo nec [235] est aliquis modus realis circa ipsam. licet ad hoc quod subiciatur transmutationi ad formam cui nata est esse subiecta secundum rationem huius suae potentiae, quae est id ipsum quod essentia materiae : ita etiam actualitas formae sive illud quo habens formam est in actu simpliciter. non est aliquid realiter differens a forma sive ab entitate formae : immo nec est aliquis modus realis circa ipsam. Licet enim inter primam formam quae est maxime materialis et inter ultimam quae est minime materialis sint multi gradus actualitatum secundum diversas formas [236] secundum diversos gradus in perfectione [237], quaelibet tamen dat esse in actu simpliciter [Cod. R,

fol. 252 V^b]. In natura autem materiae quae non est nisi [238] pura [239] potentia non possunt gradus potentialitatum inveniri, loquendo de illa potentialitate quae non est aliud ab essentia materiae.

Et ex hoc patet quod cum dicitur quod per formam secundum esse potentiale intelligitur [240] indeterminatio vel imperfectio vel informitas formae, per esse autem actuale intelligitur determinatio, perfectio [241] et forma vel [242] species vel formalitas ipsius formae, [243] talia non innituntur fundamento reali ; quia imperfectio et perfectio [244] formae respectu ipsius formae perfectae et [245] imperfectae non dicunt aliam rem nec alium modum realem ; sed alietas quam important non est nisi quaedam alietas [**Cod. P, fol. 377 R^a**] rationis quae convenit formae uni ex habitudine vel comparatione [246] secundum rationem ad aliam. Sicut etiam materialitas respectu materiae nullo modo potest attribui materiae nec ut res alia a materia, nec ut quidam [247] modus realis [248] circa ipsam, ita etiam nec formalitas potest attribui formae ; et ideo [249] per talia dicta non nisi figmenta importari videntur [250]. Non potest ergo, secundum doctrinam **Philosophi**, accipi distinctio secundum actum et potentiam considerando unam et eandem rem quae est vere forma secundum suam entitatem propriam existens in materia ut sub quadam indifferentia se habens [251] ad hos duos modos essendi, ut ipsa non variata secundum suam realem et essentialem entitatem sit indifferens ad tales diversos modos [252] ut secundum unum dicatur ens in potentia simpliciter, secundum alium dicatur ens in actu simpliciter ; et tamen per istos modos nulla res alia ab entitate formae importatur. Ut enim dictum est, secundum doctrinam **Philosophi**, sola materia est illud [253] quo aliquid est in potentia simpliciter ; et quaelibet forma substantialis quantumcumque imperfecta est id quo aliquid est in actu simpliciter [**Cod. Q, fol. 202 R^a**] cum talis forma ponitur esse realiter in materia ; et sic solum de materia potest vere dici quod ipsa est indifferens proprie ad tales diversos modos, scilicet ad actum alium et formam et ad illius privationem in habendo contrariam [254]. Quod enim sic est indifferens ad aliqua duo habentia rationem [255] duorum terminorum incompossibilium oportet quod realiter differat ab utroque.

Per hoc enim **Philosophus** (7) primo *Physicorum*, scilicet ex incompossibilitate terminorum motus sive transmutationis, probat quod illud [256] quod [257] stat [258] unum et idem secundum rem [259] cum utroque termino [260] ab utroque realiter est diversum. Propter quod ostendit materiam esse aliquid [261] differens a formis contrariis respectu quarum indifferentiam dicitur habere. Ergo similiter [262] in proposito. Si [**Cod. V, fol. 249 R^a**] essentia formae sit aliquid [**Cod. P, fol. 377 R^b**] indifferens ad modum [263] eius essendi [264] potentialem [265] et actualem [266], realiter erit differens ab utroque, cum isti modi sint incompossibiles. Et secundum hoc etiam essentia formae non erit terminus generationis, quia per generationem non acquiritur ; sed quidam modus formae erit terminus generationis ; et dicetur generatio [267] trans-

mutatio modalis et accidentalis [268], non realis nec substantialis. Cum secundum tenentes hanc [269] positionem potentia sive modus potentialis essentiae formae et actualitas sive modus essendi actualis eiusdem ad genus [270] qualitatis pertineant, quia dicunt quod forma substantialis, quantum ad rem quam dicit, est in praedicamento substantiae; quantum vero ad praedictos modos [Cod. R, fol. 253 Ra] est in praedicamento qualitatis: ipsa enim potentia sive modus potentialis ad secundam speciem qualitatis [271]: actualitas vero sive modus essendi actualis eiusdem ad primam ab istis dicitur pertinere [272], ipsa autem forma secundum suam essentiam non variatur, sed secundum modos praedictos, sicut isti dicunt [Cod. K, fol. 88 Va].

Item quod tales modi essendi [273] potentialis et actualis non dicant modos proprie loquendo, hoc videtur, quia modus de ratione sua videtur importare aliquid consequenter [274] se habens ad rem cuius est modus dicens aliquam dispositionem vel habitudinem circa illam; et secundum hoc rem ipsam cui intelligitur adesse supponit habere entitatem sibi convenientem secundum se nec illa ei per huiusmodi modos tribuitur [275]. Ergo videtur quod forma debet esse [276] in actu se ipsa formaliter antequam sint [277] ei modi sibi convenientes attribuendi. Ergo illud quo forma dicitur esse aliquid in actu modus eius non potest esse [278], sed est aliquid a modis suppositum [279].

Quod autem de intentione **Aristotelis** sit ponere quod forma ante terminum generationis non praeexistat in materia secundum suam naturam [280] secundum quam [Cod. P, fol. 377 Va] realem compositionem faciat cum materia, sed ipsa secundum nullam realitatem aliam [281] a realitate materiae [282] praeexistat, in qua dicitur praeexistere [283] in potentia in quantum materia est [284] potentia cuius transmutatione potest generari aliquod compositum per se comprehendens materiam et formam in actu quae pro tanto dicitur prius [285] fuisse in potentia non sic quod ipsa in propria entitate sub tali modo praeexisteret [286], immo huius [287] suae entitatis secundum se nihil praeerat, sed sic quod praeerat [288] aliquid realiter secundum suam talem entitatem quod eius transmutatione per se poterat fieri aliquod compositum. Et ad evitandum inconveniens de creatione hoc posuit [289] **Philosophus** [290] (8), scilicet quod illud [291] quod fit ex aliquo sui non creatur: illud autem quod fit ex aliquo sui oportet esse compositum ex talibus duobus quod secundum unum illorum praeexistat ex quo fieri possit, et secundum aliud non praeexistat ut secundum id [292] fieri possit. Quia tamen illud in quo tale compositum praeerat est talis naturae quod sua transmutatione tale compositum per se fieri potest, ideo totum et in hoc etiam ipsa [293] forma [294] praeerat in potentia.

Et [295] hoc patet si considerentur quae circa hoc **Philosophus** (9) dicit in septimo *Metaphysicae*, ubi tractat principaliter hanc materiam. Quia volens excludere dictas positiones [296] de creatione et latitione [297] formarum, accepit duas [298] propositiones pro fundamento quas probavit satis diffuse:

quarum una est quod forma non generatur per se sicut nec materia, sed totum compositum ; altera [299] est quod omne [**Cod. Q, fol. 202 R**^{b}] quod generatur [300], generatur ex aliquo quod est pars sui ; et ex istis concludit quod compositum generatur ex materia quae est pars sui ; et per hoc evadit difficultatem de creatione. Unde concludit ibi (10) : « palam ergo quod nec species aut quodcumque oportet vocare in sensibili [301] formam [302] non fit [303], nec est eius generatio ». Et ibi dicit [304] **Commentator** (11) quod si forma esset [**Cod. P, fol. 377 V**^{b}] artificiata, id est [305] facta, tunc constitueretur ex actione alicuius ab agente, et sic formae esset forma.

Item **Commentator** (12) exponens illa verba in septimo [306] (13) : « quoniam nec quod ex ligno fit statua aut de la- [**Cod. V, fol. 249 R**^{b}] teribus [**Cod. R, fol. 253 R**^{b}] domus ; si quis valde inspexerit non utique simpliciter dicet quia [307] oportet permutato [308] fieri ex quo sed non permanente », et cetera [309] ; dicit quod non est [310] dicendum quod generatum est unum simpliciter, id est forma tantum, sed compositum ex materia et forma et privatione praecedenti ; quoniam generatio erit quando generans transmutat materiam donec in ea [311] faciat formam [312] non ex aliquo quod remaneat in eadem dispositione, quoniam si materia remaneret in sua dispositione [313] quando generans generat [314] generatum, tunc generans nihil faceret nisi formam tantum. Sed agens cum facit aliquid ex cupro, non facit ex cupro formam tantum quemadmodum non facit materiam ; sed necesse est quod artifex qui est aliquod demonstratum faciat [315] aliquod demonstratum, scilicet quod facit cuprum rotundum esse aut sanguinem esse [316] equum ; et non facit aliquod unum in aliquo uno, verbi gratia formam in subiecto [317], quoniam manifestum est quod si facit, facit ex aliquo aliud, non aliud in alio ; facit enim ex materia formatum [318], non in materia formam.

Patet ergo quod **Philosophus** (13) et **Commentator** per hoc excludunt creationem, scilicet quia [319] generans generat totum compositum per transmutationem materiae, quae sive ex qua poterat [320] fieri tale compositum ; quia enim materia non manet intransmutata, ideo totum fit. Sic ergo secundum intentionem eorum forma erat in potentia materiae, non quia ibi esset secundum esse eius reale distinctum a materia, sed quia sic poterat transmutari materia nihil entitatis formae realiter praehabens ut fieret aliquod formatum ab agente. Et mirum fuit quod, cum per talem modum qualem isti ponunt nimis facile [321] et evidens sit destruere creationem. Immo etiam hoc est [**Cod. P, fol. 378 R**^{a}] destruere vere generationem, cum ponatur forma secundum suam entitatem propriam [322] semper esse in materia. Quare per talem modum processerunt et ad expressionem modi nunc inventi attingere non poterunt [323], quia ubicumque faciunt mentionem de forma quomodo fit et quomodo acquiritur sibi esse in termino transmutationis, nunquam faciunt mentionem [324] de tali modo actuali secundum quem [325] fiat ipsa forma praeexistens in sua entitate essentiali. Immo semper exprimunt formam nomine

formae simpliciter secundum suam entitatem essentialem, dicentes ipsam simpliciter fieri et acquirere esse eo modo quo sibi convenit fieri, ut patet [326] dicta eorum inspicienti.

Dicit enim **Commentator** (14), ubi supra : « Generatio erit quando generans transmutat materiam donec in ea faciat formam », et cetera. Evidenter ergo apparet secundum intentionem **Philosophi** (15) et **Commentatoris** (16) in pluribus locis, et praecipue in septimo *Metaphysicae* quod factionem sive generationem non praeexistat nisi materia [Cod. K, fol. 88 V^b] cum privatione formae fiendae, ita quod ex non sano fit sanus. Et eandem sententiam etiam ponit primo *Physicorum* (17). Unde [327] quando **Philosophus** (18) inquirit modum generationis et quid praeexistat generationi [328] concludit quare, sicut dicit [329] : « impossibile factum esse [330] si [331] nihil praeexistit ; quod [332] quaedam ergo pars ex necessitate existit [333], palam ; materia namque pars ; inest enim et fit hoc ». Planum est ergo quod non supponit aliquid de generato praeexistere generationi [334] nisi solam materiam. Unde non magis potest dici de forma naturali quod materia existente sub opposita forma plus habeat [Cod. R, fol. 253 V^a] de entitate reali secundum se secundum proprietatem suae naturae quam materia non [335] existente quando non habet esse nisi in potentia agentis potentis totum [Cod. Q, fol. 202 V^a] compositum producere ex [336] nihilo. **Philosophus** tamen, hoc supposito, diceret eam nullo modo esse in potentia, quia ponit quod ex nihilo nihil potest fieri, negans creationem simpliciter. Fideles [337] autem dicunt [338] quod immo vere est in potentia et habet esse potentia sic [Cod. P, fol. 378 R^b] quod [339] potest [340] habere [341] esse actu potentia agentis. Secundum **Philosophum** autem materia existente, licet [Cod. V, fol. 249 V^a] forma non habeat secundum se aliquid entitatis suae naturae, dicitur tamen [342] esse in potentia in [343] quantum in rerum natura iam existat aliud ens potentiale sic quod eius transmutatione potest fieri per se aliquod compositum cuius pars est materia praeexistens et forma quae fit factione talis compositi.

Item falsitas et impossibilitas dictae positionis est maior et manifestior quam aliarum. Constat enim quod, licet philosophi pro maiori parte creationem tanquam rem [344] impossibilem negaverunt [345] illa tamen non est neganda simpliciter ; immo secundum fidem catholicam necessario est ponenda. Supposita autem possibilitate [346] creationis, formam aliquam creari non solum a Deo sed etiam a creatura spirituali [347] et separata praecipue [348] non est inconveniens adeo manifestum quod possit [349] hoc evidenter ab unoquoque improbari. Similiter etiam in ponendo latitionem formarum non est falsitas adeo manifesta statim unicuique sicut est in [350] ponendo quod ponitur in ista, quia etiam est aliquando commixtio [351] plurium rerum quarum quaelibet est aliquid in actu simpliciter : et tamen non apparet unumquodque in sua actualitate. Unde in dictis positionibus non apparent incompossibilia et contradictoria quae in illis aliquo modo includuntur ita evidenter, sicut in

hac positione [352], quia in ista manifeste apparent contradictoria intuenti ; et ideo a sapientibus philosophis saltem sub hac forma non invenitur posita ; per istam enim ponitur forma vel habens formam simul ens et non ens vel esse et non esse simpliciter.

Item ponitur secundum [353] illam aliquid vere fieri et non fieri et vera et non vera transmutatione reali. Cum enim illud quod est in potentia simpliciter sit non ens simpliciter, in hoc quod ponitur forma habere esse in materia solum in potentia, ex illo modo essendi non potest illud in quo est dici ens simpliciter ; immo est non ens [354] simpliciter. Item cum forma secundum suam realitatem [**Cod. P, fol. 378 V**^{a}] in natura existens sit perfectio materiae quae secundum se [355] est ens in potentia ad formam quae est id quo perficitur et quo aliquid est ens simpliciter, ponere formam secundum suam propriam naturam [356] esse realiter in materia est ponere compositum cuius est esse simpliciter sive quod est ens simpliciter. Dicere enim quod ipsa forma sive essentia vel entitas formae per quandam indifferentiam potest considerari [357] sub ratione modi essendi potentiali vel actuali et, cum existit sub uno, vere est in potentia et non ens simpliciter tam ipsa quam illud cuius est, cum autem existit sub alio vere est in actu et ens simpliciter, si per huiusmodi [358] indifferentiam intelligatur quod id quod nomine formae [359] importatur potest considerari ut non habens aliquod esse reale in rerum natura secundum suam propriam entitatem, sed in potentia agentis, nulla materia existente sicut erat [360] in potentia solius Dei creantis ante creationem rerum aut etiam in potentia materiae in quantum est transmutabilis ab agente transmutatione [**Cod. R, fol. 253 V**^{b}] qua potest produci per se compositum aliquod cuius est forma [361], per modum autem actualem [362] intelligatur forma ut habens esse reale in rerum natura secundum suam propriam entitatem, sic est verum quod formae competit duplex modus essendi. Et secundum unum [363] ipsa [364] et illud cuius est, est ens simpliciter et in actu et [365] nulla contradictio in hoc invenitur. Et si forma in rerum natura existente intelligatur huiusmodi indifferentia talium modorum essendi circa ipsam [366], hoc est omnino irrationabile [367] contradictionem implicans manifestam [368]. Cum enim, ut dictum est, realitas formae non sit nisi actualitas quaedam, sicut realitas materiae non est nisi potentialitas quaedam [369], [**Cod. Q, fol. 202 V**^{b}] ponere formam esse realiter in rerum natura sub modo potentiali tali quod non possit dici actualitas simpliciter, sed solum potentialitas quaedam, est [**Cod. P, fol. 378 V**^{b}] dicere quod sit forma et actus et non sit forma et [**Cod. V, fol. 249 V**^{b}] actus ; sicut ponere materiam in rerum natura [370] sic tamen quod non possit [371] dici potentialitas quaedam, est dicere quod sit [372] materia et potentia quaedam [373] et quod non sit materia et [374] potentia. Quamvis enim forma [375] una [376] possit esse actualior alia, quia perfectior sive [377] in eadem [378] specie cum differunt [379] secundum magis et minus, sive in diversis speciebus, nec est nisi una forma quae sit actus purus, tamen [380]

non potest poni quod aliqua forma sit in rerum natura cui non conveniat esse formam [381] simpliciter in genere suo nec imperfectio [382] vel perfectio [383] formae per quae [384] exprimuntur, huiusmodi modi dicunt aliquid per quod possit convenire formae existenti [385] in rerum natura habere esse secundum modum potentialem, quia per imperfectionem formae non intelligitur aliud quam [386] forma imperfecta et per perfectionem formae [Cod. K, fol. 89 Rª] forma perfecta.

Circa hoc tamen est intelligendum quod, licet tales modi essendi respectu formae habentis esse realiter in materia non possint diversificari modo praedicto, immo si forma existit [387] in rerum natura sive in [388] materia est ens simpliciter, et cetera ; tamen si haec referantur ad totum compositum, sic bene dicunt diversos modos essendi realis, sic quod illud habet esse aliquod reale vel in rerum natura secundum dictos modos [389] sic quod secundum modum eius essendi potentialem [390] vere est in potentia et non ens simpliciter ; et secundum alium est in actu et ens simpliciter [391] ; existente enim materia cuius transmutatione produci potest compositum in actu, potest dici quod ratione talis materiae tale compositum habet esse reale [392], sed secundum modum essendi potentialem et imperfectum, quia iam est in rerum natura aliquid ad tale compositum pertinens, per quod sive per cuius transmutationem ipsum compositum natum est [393] habere esse in actu simpliciter. illo autem composito producto habet esse secundum modum [394] actualem [395] et perfectum, quia iam est in rerum natura illud secundum quod convenit sibi esse [Cod. P, fol. 379 Rª] in actu et esse ens simpliciter.

Praeterea cum generatio sit transmutatio ad esse vel ens simpliciter secundum substantiam ex non ente simpliciter secundum talem substantiam, ponendo quod ante terminum generationis habeat esse realiter forma in materia, ponitur quod illud in quo est materia generatur et non generatur [396], sicut patet per se [397] ; quia nulla transmutatio realis est in qua terminus ad quem [398] realiter non differt a termino a quo. Sed ita est hic quod forma quae habet esse in termino [Cod. R, fol. 254 Rª] generationis realiter habebat [399] esse, cum subiectum generationis erat [400] sub termino a quo. Nec sufficit dicere quod sit variatio realis secundum modos reales, non [401] secundum res diversas. Tamen quia non potest aliquis [402] duci ad maius [403] inconveniens quam quod concedit [404] quod nulla est transmutatio realis sic quod termini [405] transmutationis importent [406] diversas res, sed solum diversos modos circa eandem rem, et quod non est aliqua transmutatio simpliciter realis, sed solum modalis ; tamen quia ponere aliquod medium inter ens secundum rationem et ens per se quod est res aliqua praedicamentalis, est figmentum. Sicut ergo alias fuit declaratum, circa transmutationem quae fit secundum maius et minus et quae in terminis transmutationis minorem differentiam importat, quia etiam ponitur quod non fit sic a contrario in contrarium quod diversificent speciem, de quo [407] tamen apud aliquos posset esse dubium [408], saltem

est [409] talis differentia realis inter ipsos terminos quod [410] non potest salvari realis transmutatio secundum aliquam formam accidentalem secundum gradus qui importantur [411] per maius et minus nisi in termino [412] transmutationis vere et realiter sit alia forma secundum essentiam [413] quam in termino a quo, nec manere potest subiectum transmutationis talis realiter sub forma sub qua erat in termino a quo cum habet esse in termino ad quem [414], si ponatur quod sit transmutatio realis, ita etiam in proposito cum inter transmu- **[Cod. P, fol. 379 R^b^]** tationes **[Cod. V, fol. 250 R^a^]** illa quae est manifeste de contrario in contrarium, et quae est maxima [415] transmutatio secundum quam maxima variatio fit in rebus quantum ad transmutationes possibiles in natura, scilicet [416] secundum esse et non esse simpliciter, subiectum transmutationis si vere et realiter transmutetur [417] debet esse sic privatum forma quae acquiritur in termino **[Cod. Q, fol. 203 R^a^]** transmutationis quod [418] secundum essentiam nullo modo sit eadem cum forma [419] sub qua est [420] in termino a quo. Et sicut ibidem declaratum fuit, non sufficit [421] dicere quod magis et minus dicunt diversos modos reales eiusdem formae secundum quos fieri potest talis [422] variatio realis, quoniam impossibile est quod magis album differat a minus albo aliquo modo realiter ; et tamen magis album non sit res alia a minus albo vel [423] in magis [424] albo non sit res aliqua quae [425] non erat in minus [426] albo, ita etiam in proposito non sufficit dicere quod esse potentiale et actuale dicant diversos [427] modos reales eiusdem formae secundum quos fit talis [428] transmutatio realis propter eandem [429] rationem. Inconveniens est ergo ponere quod in transmutatione maxima secundum principia naturae possibilia non fiat [430] transmutatio nisi secundum quosdam modos reales.

Et hoc patet per exemplum quo dictum suum confirmare nituntur. Dicunt enim quod motus localis est motus verus [431] et primus inter ceteros motus, ut declaratur in octavo *Physicorum* (19) ; et tamen non est ibi variatio nisi secundum quosdam modos ; quia cum idem quod erat in uno loco habet esse [432] in alio, ex hoc non convenit illud variari secundum rem, sed solum secundum quosdam modos, quia secundum ubi ; et sic est talis transmutatio realis ; et tamen non est nisi modalis, pro quanto est secundum tales modos. Sed istud non valet. Nam sicut dicit **Commentator** (20) quinto *Physicorum* : motus habet duplex subiectum : unum **[Cod. R, fol. 254 R^b^]** est ipsa res mota et ab isto subiecto non **[Cod. P, fol. 379 V^a^]** denominatur motus, nec sortitur speciem, nec est id quod per motum acquiritur [433]. Aliud est natura in qua fit motus a qua sortitur speciem ; et ideo licet in motu locali non sit transmutatio subiecti motus quod [434] res [435] mota nisi secundum modum, appellando modum rei [436] dispositionem aliquam realem secundum quam ipsa res in sua essentia et natura non variatur ; nihilominus in natura in qua fit motus, scilicet ubi, est vera et realis transmutatio et essentialiter non secundum modum ; per motum enim localem novum [437] ubi acquiritur, non solum

aliquis modus ipsius ubi ; et ideo sicut mobile quod est in sphaera [438] ignis non est realiter in loco terrae, ita nec [**Cod. K, fol. 89 R^b**] in ipso est realiter ubi quod derelinquitur ex loco terrae in suo locato. In natura ergo in [439] qua fit motus semper est transmutatio essentialiter ; et ipsa per motum acquiritur realiter ; non modus est eius tantum ; propter quod etiam motus distinguuntur secundum distinctionem praedicamentorum quorum naturae per motum acquiruntur, ut patet quinto [440] *Physicorum* (21). Nec in tota philosophia invenitur quod alicubi dicatur a **Philosopho** vel **Commentatore** quod motus alterationis habeat speciem a termino ad quem, non autem motus [441] localis ; nec quod [442] motus sursum et seorsum sunt unus specie.

Si autem dicatur secundum aliquos qui uno ictu perimunt [443] et excludunt a rerum natura septem praedicamenta ut [444] illa non [445] dicant veras res, veram et [446] realem compositionem cum suis subiectis facientes, sed dicunt tantum quosdam modos sive quasdam habitudines quae non addunt rem aliquam ad substantiam, et ideo in proposito quantum ad motum localem fit variatio solum secundum quosdam modos reales non autem secundum res, tamen cum adhuc reserventur secundum ipsos duo praedicamenta realia per [447] substantiam sal [**Cod. P, fol. 379 V^b**] tem cum transmutatio fit [448] secundum naturas illorum, non poterit dici quin fiat illa realiter secundum essentias rerum quae sunt verae res simpliciter et non solum quidam [449] modi reales sicut patet cum fit motus ab albe [**Cod. V, fol. 250 R^b**] dine ad nigredinem : esse enim aliquid album non dicit illud solum habere quendam modum realem [450], sed veram rem absolutam. Patet ergo quod praedicta positio inter omnes falsas et impossibiles est in sua impossibilitate manifestior.

Cuius falsitas adhuc [451] potest sic ostendi : quia si ponatur quod in materia praeexistit secundum esse potentiale forma per generationem naturaliter producenda [452] et est aliquid realiter distinctum a materia, ponatur quod sit aliqua materia [453] in qua sit forma ignis in actu et in ea non sit forma aquae secundum realitatem suam propriam secundum modum suum essendi potentialem concreata [454], quod videtur possibile, ex quo sunt [**Cod. Q, fol. 203 R^b**] res essentialiter differentes, talis ignis non erit aqua in potentia ut naturali transmutatione possit ex ipso fieri aqua, sed illa fiet per creationem : quod videtur inconveniens.

Praeterea cum secundum aliquos impossibile sit ponere in rerum natura aliquid existere secundum esse potentiale excluso esse actuali, propter quod ponitur ab aliquibus quod non potest poni in rerum natura materia quae [455] non sit perfecta forma et actu : ergo similiter non poterit poni forma in materia secundum eius esse [456] reale solum secundum esse potentiale absque aliqua actualitate eius.

Ex praedictis patet quod auctoritates **Philosophi** [**Cod. R, fol. 254 V^a**] et **Commentatoris** nihil faciunt pro eis. Unde cum dicit **Commentator** (22) quod « compositum materiale est aliquod unum, quia

est illud quod primo est in potentia, et post transfertur de potentia in actum et translatio eius [457] non largitur ei multitudinem sed perfectionem in esse et in toto, hoc est unum [458] actu », intelligendum [459] quod per ista intendit **Commentator** ibi ostendere quod diffinitio [460] compositi ex materia et forma est una simpliciter, quia [461] etiam diffinitum, scilicet compositum ex talibus [**Cod. P, fol. 380 Rª**] duobus est unum simpliciter sive unum secundum essentiam simplicem quidem sic quod non constituitur ex duabus essentiis, sed ex duobus talibus principiis essentialibus [462] quorum unum dependet ex alio secundum essentiam et esse, sicut materia quae est potentia et forma quae est actus, prout [463] etiam dicit **Commentator** (23) secundo *Physicorum* « quod materia et forma mutuo sunt sibi concausae » [464] ; et cetera. Non vult ergo dicere quod in termino generationis, cum illud quod erat in potentia productum est in actu, non sit [465] aliqua vera res creata, sed quod [466] illa est talis naturae quod cum illa quae praeerat non constituit multitudinem, ita scilicet quod ex illis congregatis constituatur aliquid non unum simpliciter, sed tale quod sit multa realiter. Sed est tale illud quod acquiritur realiter in termino generationis quod illi composito [467] quod prius erat imperfectum [468] quia non erat in rerum natura nisi secundum alteram suam partem, scilicet secundum materiam, dat esse perfectum [469], quia per illud habet actualitatem. Per hoc ergo quod dicit quod cum illud quod erat in potentia prius, postea est in actu, ibi non est aliud, intelligit [470] quod totum compositum cum habet esse in actu non includit aliquid aliud, scilicet formam quod prius non includeret aliquo modo cum erat solum in potentia ; illud tamen [471] sic includit cum est compositum in actu [472] quod illud secundum suam propriam entitatem realiter comprehendit [473], quia tamen est illud [474] quo compositum simpliciter habet esse tale aliud cum potentia sive [475] cum materia non includit alietatem quae constituat multitudinem simpliciter cum eo cui advenit in termino generationis sive in composito quod prius habebat esse solum in potentia, cum autem est solum sic in potentia illud aliud, scilicet materia, sicut [476] includit huiusmodi compositum quod non comprehendit illud secundum suam realitatem totam formaliter, sed solum virtualiter in quantum transmutatione suae partis, scilicet materiae secundum quam praeexistit huiusmodi compositum imperfecte natum est produci secundum esse eius per- [**Cod. P, fol. 380 Rᵇ**] fectum [477] in actu ; et hoc modo [478] bene differt compositum in potentia et [479] compositum in actu, non sicut aliquid quod est unum simpliciter et aliquid quod est multa, sed ut perfectum et imperfectum ; ita tamen quod in [**Cod. V, fol. 250 Vª**] ipso secundum quod perfectum includitur [480] aliquid in actu realiter quod includebatur in illo secundum quod imperfectum [481] solum virtualiter et in potentia. Et hoc considerans **Commentator** (24) valde rationabiliter dicit quod translatic sic existentis [482] in potentia ad sic existere [483] in actu non largitur multitudinem sed perfectionem, quia in translato non est aliquid realiter quod non esset in ipso

transferendo virtualiter; illud [484] etiam cum habet esse in actu non [**Cod. R, fol. 254 V^{b}**] constituit multitudinem cum alio sed perfectionem [485], ut dictum est, quia [486] neutrum dictorum principiorum est aliquid quod sit aliquod ens simpliciter secundum se sed unum, habet dependentiam essentialem et habitudinem [487] ad aliud, et e converso; et ideo constituunt unum simpliciter non continens aliqua quae possint dici simpliciter [488] plura; et ideo illud quod acquiritur in termino [489] transmutationis [**Cod. K, fol. 89 V^{a}**] cum non sit [490] aliquid quod sit ens aliud [491] simpliciter [492] secundum se, sed est illud [493] quo aliquid natum est esse simpliciter cum advenit enti [**Cod. Q, fol. 203 V^{a}**] quod aliquo modo praeerat cum non adveniat ei ut alicui quod sit aliquod ens simpliciter secundum se, sed est illud [494] quo aliquid potest esse non dicitur facere multitudinem cum illo, sed perfectionem dicitur causare [495] in quantum est illud quo illud quod sine [496] ipso non est ens simpliciter et perfectum sed solum in potentia et imperfectum consequitur esse simpliciter et perfectum; et sic forma adveniens materiae, ipsa materia et forma non possunt dici aliqua [497] multa et plura, sed aliquod [498] unum perfectum.

Quod autem ita sint intelligenda dicta **Philosophi** et **Commentatoris** patet: quia [499] **Philosophus** (25) quaerens ibi causam unitatis compositi [500] ex materia et forma sive quare illud [501] quod est in potentia, postea autem [502] habet [503] esse [504] in actu [**Cod. P, fol. 380 V^{a}**] est [505] unum simpliciter cum habeat in actu aliquid quod prius non habebat in actu sed in potentia, ostendit quod quia illa ex quibus constituitur compositum, sunt talia quod unum est potentia, scilicet [506] materia, et aliud est actus sive forma, ideo habet [507] compositum quod [508] sit unum ex natura suorum principiorum intrinsecorum; quia enim materia essentialiter dependet a forma sicut potentia [509] ab actu secundum se actualitatem non habens, quia etiam forma materialis dependet a materia eo quod non est aliquod ens cui secundum se [510] conveniat esse in actu quia non est forma [511] subsistens, sed est illud quo [512] aliquid est in actu quod natum est esse in potentia per materiam, ideo ad hoc quod tale compositum sit unum simpliciter, non est alia causa quaerenda coniungens ista nisi [513] causa extrinseca, agens videlicet quod tale ens compositum quod prius erat in potentia, transmutando materiam per quam erat [514] in potentia facit esse [515] in actu sic quod [516] una actione hoc agit et quod [517] huiusmodi actionis est solum unus terminus per se, scilicet ens in actu quod est compositum ex materia et forma. Per modum autem quem ponit alia positio non redditur causa superioris quaesiti nec satisfit quaestioni.

Ad reddendum enim causam huius [518], quare scilicet tale compositum ex talibus pluribus fit unum simpliciter, nihil facit quod ipsa forma non variata in essentia sua simpliciter, sed solum secundum [519] quosdam modos quandoque dicatur [520] esse in potentia, quandoque in actu, quia etiam si hoc esset possibile adhuc remanet [521] quaestio sicut prius: scilicet, quare forma iam constituta in actu cum materia praeexistente facit unum simpliciter.

Licet enim ex hoc aliquo modo videretur [522] declarari quod, cum forma secundum istum [523] modum non varietur essentialiter, quod [524] sicut prius faciebat unum cum materia, cum scilicet habebat esse solum [525] in potentia, ita etiam cum postea [526] habet esse in actu faciet [**Cod. P, fol. 380 V**[b]] unum cum eadem, ex hoc tamen nullo modo [**Cod. R, fol. 255 R**[a]] ostenderetur [527] causa propter quam [528] ipsa essentia formae [527] sive secundum eius modum essendi potentialem sive secundum modum essendi actualem faceret unum simpliciter [530] cum materia. Et sic [**Cod. V, fol. 250 V**[b]] manifestum est quod intentio **Philosophi** est ibidem accipere actum et [531] potentiam non pro esse formae sic secundum diversos modos varietate [532], sed pro ipsa materia et pro ipsa forma prout rationem actus et potentiae important.

V. — Ad aliud est dicendum quod verum est quod actus et potentia sive ens in actu et in potentia ad eandem speciem pertinent, non tamen simpliciter et univoce [533] sed secundum quid [524] et [535] analogice, quia non sic quod utrumque [536] speciem participet simpliciter et in actu, sed sicut illud [537] quod iam actu est sub specie habens quicquid [538] ad speciem pertinet et illud [540] quod natum est esse sub illa nondum [551] tamen existens sub eadem, quia carens eo quod principalius ad ipsam pertinet [542], scilicet ipsa forma ; et ideo cum species sic a forma differunt [543], sicut illud quod habet iam [544] formam speciei simpliciter et in actu et sicut illud quod eam non habet, sed [545] solum natum est habere ; cum enim aliquid sit in potentia dupliciter [546] uno modo secundum aliquid sui sicut materialia [347] existunt in potentia existente materia in rerum natura ; alio modo secundum potentiam agentis, quia scilicet possunt esse terminus actionis divinae de nihilo aliquid producentis, sicut cum de aliquo composito materiali nihil est in rerum natura, dicitur [548] tamen esse ens in potentia in quantum actione Dei potest habere esse in rerum natura secundum se ; et tale ens in potentia dicitur pertinere ad eandem speciem ad quam pertinet cum habet esse in actu, constat tamen quod multum realis est differentia entis sic [549] in potentia et in actu, videlicet secundum quod habet esse solum virtualiter in potentia causae [550] efficientis et secundum quod habet [551] esse in se ipsa formaliter. Licet ergo non pertineant ad diversas species [552] et disparatas entitates [553] [**Cod. Q, fol. 203 V**[b]] importantes [554], [**Cod. P, fol. 381 R**[a]] non tamen pertinent ad eandem speciem simpliciter, sed modo loquendi [565] supradicto. Quod patet : quia nomen speciei et diffinitio ipsius de uno praedicatur simpliciter non autem de alio. Ignis enim in actu est ignis simpliciter ; sed ignis [556] in potentia non est ignis simpliciter, sed est non ignis [557] simpliciter ; ignis [558] autem solum in potentia. Similiter etiam patet [569] quod diffinitio [560] ignis de utroque non simpliciter et uniformiter [561] praedicatur.

[1] non — quia] *om.* P. — [2] convenit P. — [3] potentia K. — [4] memoriae R ; mere P — [5] generalis K. — [6] particularis K. — [7] *om.* 1ª *m.* V, *add. in marg.* 2ª *m.* V ; *om.* PRQK. — [8] dicunt *suprascrips.* 2ª *m.* K. — [9] *om.* Q. — [10] quam potentia cum actu] *om.* 1ª *m.* K, *in marg. scrips.* 2ª *m.* K. — [11] realiter est] est realiter K. — [12] materia *add.* K ; *postea del.* — [13] sed K. — [14] in materia non esset] est in materia K. — [15] quomodo scilicet] scilicet quomodo K. — [16] *om.* Q. — [17] naturae — propriae] *om.* R. — [18] si habeat potentia] potentia si habeat K. — [19] nec potentia — converso] *om.* K. — [20] scilicet *add.* K. — [21] ponitur 1ª *m.* V *in* potentia *corr.* 2ª *m.* V ; ponitur PRQ. — [22] homo 1ªᵉ *m.* V *in* habet *corr.* 2ª *m.* V ; homo P. — [23] habet non] non habet K. — [24] actus et potentiae] *om.* K. — [25] quod *add.* K. — [26] pertinet K. — [27] id K. — [28] *om.* R. — [29] sit Q. — [30] potest *add.* Q. — [31] sic ad entitatem eius] ad entitatem eius sic K. — [32] *om.* VPRQ. — [33] cui secundum se] secundum se cui K. — [34] autem quam P. — [35] causatum P. — [36] et *add.* Q. — [37] in rerum — in actu] *om.* RK. — [38] naturae P. — [39] in *add.* Q ; *deinde del.* — [40] *om.* K. — [41] formam P ; cum *add.* K. — [42] esse aliquid] aliquid esse K. — [43] dicitur habere esse in potentia simpliciter, cum autem habet esse aliquid in rerum natura dicitur habere esse in potentia *add.* P ; *deinde del.* — [44] *om.* Q. — [45] *om.* K. — [46] qui K. — [47] *om.* Q. — [48] non *add.* 2ª *m.* K. — [49] sed solum extrinsecі] *om.* P. — [50] scilicet *add.* R. — [51] potentia *add.* K ; *del postea.* — [52] potest — natura] *om.* R. — [53] quia P. — [54] esse simpliciter] simpliciter esse K. — [55] in rerum — entitatem] *om.* P. — [56] *om.* R. — [57] quia R. — [58] contingit. — [59] principiorum suorum] suorum principiorum K. — [60] perfectam entitatem] entitatem perfectam P. — [61] oens 1ªᵉ *m.* Q *in* ens *corr.* 2ª *m.* Q. — [62] essentiam P. — [63] respectu K. — [64] est sola materia] sola materia est K. — [65] in *add.* Q. — [66] entitatis 1ªᵉ *m.* Q *in* entis *corr.* 2ª *m.* Q. — [67] et cui — simpliciter] *om.* P. — [68] non *add.* PRKQ *et* 1ª *m.* V ; *deinde del.* 2ª *m.* V — [69] nisi sola materia] sola nisi materia K. — [70] et secundum *add.* Q ; *postea del.* — [71] diceretur PRQ. — [72] habuerit PR. — [73] quia P. — [74] *om.* VPRQ. — [75] *om.* Q. — [76] producitur 1ªᵉ *m.* Q *in* producebatur *corr.* 2ª *m.* Q. — [77] dotores VP. — [78] *om.* K. — [79] Plato, Avicenna et alii quidam] Avicenna et Plato et quidam alii K. — [80] reputantes omnino esse impossibile] omnino impossibile reputantes K. — [81] etiam P. — [82] haberet P. — [83] similitudinem *add.* K ; *deinde del.* — [84] simplicitatem formae] formae simplicitatem K ; — propter — formae] *om.* P. — [85] *om.* V. — [86] quam PRK ; *om.* V. — [87] habet K. — [88] composito acquiritur] compositum acquiritur K. — [89] secundum veritatem, sicut ponitur] sicut ponitur secundum veritatem K. — [90] licet K. — [91] libet 1ªᵉ *m.* K *in* quaelibet *corr.* 2ª *m.* K. — [92] materiam R *et* 1ªᵉ *m.* Q *in* naturam *corr.* 2ª *m.* Q. — [93] in se] suam K. — [94] formam suam] suam formamK. [95] nimiam P. — [96] agentis. — [97] sed in — habebat] *om.* RQ. — [98] et deinde per segregationem evidenter apparebat *add.* K. — [99] congregationem Q. — [100] aggenerari 1ªᵉ *m.* K *in* generari *corr.* 2ª *m.* K. — [101] philosophici 1ªᵉ *m.* V *in* philosophi *corr.* 2ª *m.* V : philosophici PRQ. — [102] aut P. — [103] eius propriam] propriam eius K. — [104] ge *add.* Q : *deinde del.* — [105] quod VPRQ. — [106] entate *add.* Q. — [107] inter ista] ista inter P. — [108] impossibile 1ªᵉ *m.* R *in* possibile *corr.* 2ª *m.* R. — [109] scilicet oporteat ponere in materia] in materia oporteat ponere K. — [110] om. RQK. — [111] praeexistente P. — [112] ad *add.* K. — [113] pertinente K. — [114] *om.* Q. — [115] illas in pluribus locis] in pluribus locis illas K. — [116] elicitur K. — [117] procedit 1ªᵉ *m.* V *in* praecedit *corr.* 2ª *m.* V : procedit RP. — [118] *om.* K. — [119] pertinens formaliter] formaliter pertinens et K. — [120] substantia P. — [121] etiam *add.* K ; *postea del.* — [122] differt K. — [123] tenere viam mediam] viam mediam tenere K. — [124] in hoc tenere viam] tenere viam in hoc VPRQ. — [125] praeexistentis P : praeexistat Q. — [126] hoc *add.* K. — [127] cum autem] et cum K. — [128] primum modum modum dicunt quod habet esse in potentia, cum autem habet esse secundum *add.* P. — [129] potentiae P. — [130] eum R. — [131] differunt autem] et differunt K. — [132] eum R. — [133] *om.* K. — [134] existere R. — [135] eius modum] modum eius K. — [136] summa P ; scientia K : factus Q. — [137] ab

extra per creationem] per creationem ab extra K. — [138] omnesse 1ae *m.* Q *in* esse *corr.* 2a *m.* Q. — [139] secundum P. — [140] vel P. — [141] vel P. — [142] tale K. — [143] formitatem K. — [144] formal 1ae *m.* R *in* forma *corr.* 2a *m.* R. — [145] praeexistat Q ; praeexistat et hoc K. — [146] id est *add.* Q. — [147] compossibili R. — [148] primo R. — [149] dici P. — [150] id Q. — [151] patet *add.* Q, *del. postea.* — [152] essendi modus] modus essendi K. — [153] et *add.* K. — [154] actum 1ae *m.* Q *in* actu *corr.* 2a *m.* Q. — [155] *om.* K. — [156] equaliter K. — [157] *om.* K. — [158] aliud realiter] realiter aliud K. — [159] ergo et etiam aliud ab albenine realiter a negatione *add.* P ; *postea del.* — [160] praeexistit Q. — [161] inducatur K. — [162] esse P. — [163] praeexistat R. — [164] vero *add.* K. — [165] fiat *add.* Q ; *deinde ad.* — [166] non Q. — [167] quod scilicet est *add.* K. — [168] habeat K. — [169] non R. — [170] caret P ; creet 1ae *m.* Q, *del. et denuo suprascrips.* 2a *m.* Q. — [171] formam ipsam] ipsam formam K. — [172] per agens] *om.* K. — [173] circa hunc autem] contra autem hunc K. — [174] in esse K. — [175] potentia P. — [176] quod 1ae *m.* V *in* quam *corr.* 2a *m.* V ; — quod PRQ. — [177] tali modo] modo tali K. — [178] sed K. — [179] expressit K ; exprecessit Q. — [180] non *add.* P. — [181] praeexistit K. — [182] sua propria] propria sua K. — [183] me *add.* Q ; *del. postea.* — [184] lux *add.* K ; *postea del.* — [185] gratia in potentia] in potentia gratia K. — [186] ali *add.* Q ; *del. postea.* — [187] illud Q. — [188] illustracior R. — [189] dicit Augustinus] Augustinus dicit K. — [190] *om.* K. — [191] sed PR. — [192] suam propriam] *om.* K. — [193] et K. — [194] simex *add.* Q ; *deinde del.* — [195] id K. — [196] propriae *add.* K. — [197] compositam V ; compositam (?) R. — [198] *om.* R. — [199] *om.* 1a *m.* V, *in marg. scrips.* 2a *m.* V ; — *om.* P. — [200] diceretur P. — [201] scilicet — simpliciter] *om.* P. — [202] enim *add.* K. — [203] convenientem sibi] sibi convenientem K. — [204] naturae suae] suae naturae K. — [205] dicer K. — [206] possibile 1ae *m.* Q *in* impossibile *corr.* 2a *m.* Q. — [207] convenientem sibi] sibi convenientem K. — [208] sed — simpliciter] *om.* V. — [209] *om.* QK. — [210] *om.* Q ; *postea suppl.* — [211] propter quod *add.* Q ; *postea del.* — [212] est proprie nihil] proprie nihil est K. — [213] *om.* K. — [214] esse aliquid] aliquid esse K. — [215] *om.* 1a *m.* V ; *in marg. add.* 2a *m.* V. — [216] ratio K. — [217] *om.* PR ; propriam in] propriam 1ae *m.* V *in* propriam in *corr.* 2a *m.* V. — [218] non potest poni secundum suam entitatem propriam in materia ipsa] secundum suam propriam entitatem non potest poni ipsa materia K. — [219] et *add.* K. — [220] cuius R ; cuius 1ae *m.* V *in* eius magister *in marg.* 2a *m.* V. — [221] absurdum K. — [222] *om.* K. [223] essendi — potentiale] *om.* K ; — et secundum esse actuale — esse potentiale] *om.* Q. — [224] per K. — [225] ratione ipsius formae — actuale] *om.* K. — [226] posset K. — [227] in potentia — dici esse] *om.* Q (*lacuna*). — [228] in actu Q. — [229] intellectuale K. — [230] ad formam *add.* Q ; *deinde del.* — [231] simter Q *cum rasura.* — [232] essentiam *add.* P. — [233] simpliciter ad K. — [234] a materia *add.* K ; *deinde del.* — [235] non K. — [236] et *add.* KQ. — [237] in perfectione] imperfectione VP. — [238] in P. — [239] prima K. — [240] intelligatur K. — [241] perfecta VPR. — [242] *om.* VPRQ. — [243] per esse — formae] *om.* R. — [244] imperfectio 1ae *m.* R *in* perfectio *corr.* 2a *m.* R. — [245] vel RK. — [246] operatione P. — [247] quidem P. — [248] relis Q. — [249] alia *add.* Q. — [250] nisi — videntur] videntur nisi figmenta K. — [251] habens P. — [252] ut ipsa non variata secundum suam realem et essentialem entitatem sit indifferens ad tales diversos modos *add.* R. — [253] id K. — [254] contraria P. — [255] rem in K. — [256] id R. — [257] *om.* 1a *m.* K ; *suppl. postea* 2a *m.* K. — [258] constat 1ae *m.* Q *in* stat *corr.* 2a *m.* Q. — [259] stat unum — rem] unum et idem secundum rem est stat K. — [260] quia *add.* 2a *m.* K. — [261] esse *add.* P. — [262] simpliciter 1ae *m.* Q *in* similiter *corr.* 2a *m.* Q. — [263] modus K. — [264] scilicet *add.* K. — [265] potentiale P. — [266] actuale P. — [267] dicetur generatio] generatio dicetur K. — [268] intentionalis K. — [269] habeant Q ; habeant 1ae *m.* V *in* hanc *corr.* 2a *m.* V. — [270] et 1ae *m.* V. *del.* 2a *m.* V. — [271] pertinet *add.* K. — [272] ab istis — pertinere] dicitur pertinere ab istis K. — [273] scilicet *add.* K. — [274] consequender 1ae *m.* Q *in* consequenter *corr.* 2a *m.* Q. — [275] ei attribuitur K. — [276] *om.* Q. — [277] sit 1ae *m.* V *in* sint *corr.* 2a *m.* V ; sit Q. — [278] modus eius non potest

esse] non potest esse modus eius K. — [279] a modis supositum] suppositum a modis K. [280] materiam PR. — [281] aliquam K. — [282] modo P. — [283] *om.* Q. — [284] *om.* P. — [285] pr *add.* Q ; *del. postea.* — [286] praeexistat K. — [287] huius 1^{ae} *m.* Q *in* huiusmodi *corr.* 2^{a} *m.* Q ; huiusmodi PK. — [288] sed sic — praeerat] *om.* P. — [289] possuit Q. — [290] inconveniens de creatione hoc posuit philosophus] hoc inconveniens de creatione philosophus posuit K. — [291] *om.* 1^{a} *m.* V ; *in marg. scrips.* 2^{a} *m.* V ; *om.* P. — [292] illud RQK — [293] *om.* K. — [294] ipsa forma] forma ipsa K. — [295] *om.* Q. — [296] dictas positiones] dictam positionem K. — [297] lancione PR. — [298] formationes *add.* P. — [299] alia K. — [300] per se sicut nec materia *add.* P. — [301] insensibili 1^{ae} *m.* K *in* insensibilibus *corr.* 2^{a} *m.* K. — [302] forma PR. — [303] sic R. — [304] *om.* K. — [305] id est] et P. — [306] in septimo] tertii de anima P. — [307] quod P. — [308] permutatis 1^{ae} *m.* V *in* permutato *corr.* 2^{a} *m.* V ; permutatis P ; permutationem K. — [309] *om.* K. — [310] sit K. — [311] *om.* 1^{a} *m.* K ; *deinde suppl.* 2^{a} *m.* K ; *om.* Q. — [312] forma P. — [313] sua dispositione] dispositione sua K ; gn. *add.* Q ; *deinde del.* — [314] generans generat] agens determinat K. — [315] facit VPR. — [316] in *add.* Q. — [317] subiectum 1^{ae} *m.* K *in* subiectu *corr.* 2^{a} *m.* K. — [318] formam K ; fi *add.* K, *del postea.* — [319] quod K. — [320] ex qua poterat] praeerat K. — [321] *om.* K. — [322] entitatem propriam] propriam entitatem K. — [323] potarunt K. — [324] mutationem P. — [325] quam (?) 1^{ae} *m.* V *in* quem *corr.* 2^{a} *m.* V ; quam PRK. — [326] ut patet *add.* K. — [327] septimo P.: quod philosophus *add.* Q. — [328] generationem R. — [329] dicitur Q. — [330] est 1^{ae} *m.* V *del. et in marg. scrips.* esse 2^{a} *m.* V ; est PQK. — [331] sit Q. — [332] fit *add.* K. — [333] quod quaedam — existit] *om.* Q. — [334] generationem P. — [335] tamen (?) K. — [336] de K. — [337] fides 1^{ae} *m.* V *in* fideles *corr.* 2^{a} *m.* V ; fides PRQK. — [338] dicunt 1^{ae} *m.* Q. *ras. et* dicit *in marg. scrips.* 2^{a} *m.* Q. — [339] immo — quod] *om.* R. — [340] *om.* 1^{a} *m.* Q ; *suppl.* 2^{a} *m.* Q ; — habet K. — [341] *om.* Q. — [342] *om.* Q. — [343] *om.* 1^{a} *m.* V, *add. in marg.* 2^{a} *m.* V ; *om.* P. — [344] rem 1^{ae} *m.* K, *del.* 2^{a} *m.* K. — [345] negarent K. — [346] probabilitate P. — [347] se *add.* Q ; *deinde del.* — [348] separata praecipue] praecipue separata K. — [349] posset K. — [350] est in] *om.* K. — [351] connexio P. — [352] ponere P. — [353] sub P. — [354] si *add.* Q ; *del. postea.* — [355] quae secundum se] secundum se quae K. — [356] materiam R. — [357] quod *add.* K. — [358] per huiusmodi] philosophus K. — [359] nomine formae] nova forma K. — [360] era P. — [361] si *add.* 2^{a} *m.* P. — [362] intellectualem K ; — accidentalem 1^{ae} *m.* Q *in* actualem *corr.* 2^{a} *m.* Q. — [363] nu'm K. — [364] enim *add.* K. — [365] *om.* V. — [366] circa ipsam] *om.* K. — [367] et *add.* K. — [368] implicans manifestam] manifestam implicans K. — [369] potentialitas quaedam] quaedam potentialitas materiae K. — [370] et quod non sit *add.* Q ; *postea del.* — [371] posset K. — [372] potentia *add.* K. — [373] potentia quaedam] quaedam potentia K. — [374] in Q. — [375] non *add.* K ; *deinde del.* — [376] forma una] una forma K. — [377] etiam K. — [378] in eadem *add.* Q. — [379] eodem tempore *add.* R. — [380] cum P ; quando Q. — [381] forma PR. — [382] imperfecto R. — [383] perfecto R ; imperfectio Q. — [384] quam P. — [385] existente K. — [386] qua VPR. — [387] et erit *add.* K. — [388] potentia *add.* Q ; *del. postea.* — [389] essendi *add.* K. — [390] *om.* R. — [391] et secundum — simpliciter] *om.* V. — [392] realiter K. — [393] esse 1^{ae} *m.* Q *in* est *corr.* 2^{a} *m.* Q. — [394] u perfectum *add.* Q ; *del postea.* — [395] *om.* R. — [396] et non generatur] *om.* K. — [397] sicut patet per se] per se sicut patet K. — [398] que R. — [399] habeat 1^{ae} *m.* V *in* habebat *corr.* 2^{a} *m.* V ; habeat PRQK. — [400] termino *add.* Q ; *deinde del.* — [401] et K. — [402] aliquid 1^{ae} *m.* V *in* aliquis *corr.* 2^{a} *m.* V ; aliquid PRQK. — [403] omaius 1^{ae} *m.* Q *in* maius *corr.* 2^{a} *m.* Q. — [404] scilicet *add.* K. — [405] terminus 1^{ae} *m.* K *in* termini *corr.* 2^{a} *m.* K. — [406] important Q. — [407] ratio *add.* R. — [408] esse dubium *add.* Q. — [409] saltem est] scilicet utrum sit K. — [410] quia R. — [411] important K. — [412] transmutationis *add.* Q ; *postea del.* — [413] absentiam K. — [414] quod 1^{ae} *m.* V *in* quem *corr.* 2^{a} *m.* V ; quid RPQ ; si ponatur *add.* P. — [415] *om.* V. — [416] esse et non *add.* Q ; *postea del.* — [417] transmutatur R. — [418] quae P. — [419] quae acquiritur — forma] *om.* K. — [420] *om.* K. — [421] est sufficienter K. — [422] transmutatio vel *add.* K. — [423] est V.

— [424] maiori K. — [425] quo 1ae *m.* V. *in* quae *corr.* 2a *m.* V ; quo PR ; quod K. — [426] minori K. — [427] diverso P. — [428] variatio vel *add.* K. — [429] eanuz Q ; dem *suprascrips. alia m.* Q. — [430] sit V. — [431] modus verus] verus modus K. — [432] habet esse] esse habetur Q. — [433] acquiruntur Q. — [434] est *add.* K. — [435] est Q. — [436] res P — [437] localem novum] novum localem PVQR. — [438] spera Q. — [439] *om.* P. — [440] primo Q. — [441] *om.* K. — [442] *om.* R. — [443] interimunt K. — [444] nec Q. — [445] *om.* Q. — [446] quae K. — [447] propter 1ae *m.* V. *in* per *corr.* 2a *m.* V ; propter PRQ ; praeter K. — [448] fiat K. — [449] quidem P. — [450] *om.* R. — [451] ad hunc Q. — [452] producendi Q. — [453] ponatur — materia] *om.* R. — [454] concausata V. — [455] autem K. — [456] potentiale *add.* Q ; *del. postea.* — [457] non largitur *add.* Q. — [458] in *add.* PRQ. — [459] etiam *add.* K. — [460] distinctio 1ae *m.* Q ; *del. et* diffinitio *in marg. scrips.* 2a *m.* Q. — [461] est *add.* Q. — [462] rerum *add.* K. — [463] etiam dicit *add.* Q. — [464] concreatae P ; concreae Q. — [465] autem *add.* K. — [466] quia R. — [467] compositi VP. — [468] imperfectam VR. — [469] esse perfectum] perfectionem Q. — [470] intelligendum quam K. — [471] quod K. — [472] simpliciter *add.* Q ; *del. postea.* — [473] comprehendat K. — [474] id K. — [475] sicut R ; sic Q. — [476] sic K. — [477] esse eius perfectum *add.* Q. — [478] differt *add.* Q ; *del. postea.* — [479] compositum — potentia et] *om.* K. — [480] includit K. — [481] perfectum Q. — [482] existens K. — [483] ad sic existere] adsit consistere K. — [484] etiam *add.* Q ; *deinde del.* — [485] quia in translato — perfectionem] *om.* K. — [486] sed 1ae *m.* V, *del. et* quia *in marg. scrips.* 2a *m.* V ; sed PRQK. — [487] essentialem et habitudinem] habitudinem essentialem K. — [488] non continens — simpliciter] *om.* Q. — [489] non *add.* P. — [490] *om.* Q. — [491] *om.* 1a *m.* P ; *suppl. in marg.* 2a *m.* P. — [492] similiter Q. — [493] id K. — [494] id K. — [495] creare P. — [496] fine P. — [497] non possunt dici aliqua] alia Q. — [498] aliud 1ae *m.* V *in* aliquod *corr.* 2a *m.* V. — [499] quod Q. — [500] oppositi Q. — [501] id K. — [502] quae PR ; *om.* Q. — [503] postea autem habet autem postea K. — [504] illud Q. — [505] esse add. VPR. — [506] *om.* Q. — [507] *om.* 1a *m.* V, *add. in marg.* 2a *m.* V ; om. PRQK. — [508] *om.* K. — [509] potentiali 1ae *m.* Q, *in* potentia *corr.* 2a *m.* Q. — [510] non *add.* K. — [511] *om.* K. — [512] aliud *add.* Q. — [513] *non* Q. — [514] materiam per suam erat] materia per essentiam Q. — [515] facit esse] esse facit K. — [516] un *add.* Q ; *del. postea.* — [517] quo Q. — [518] huiusmodi K. — [519] per K. — [520] essentia — dicatur] *om.* Q. — [521] remaneret K. — [522] videntur Q. — [523] illum Q. — [524] quia Q. — [525] esse solum] solum esse KQ. — [526] poste 1ae *m.* Q, *in* post *corr.* 2a *m.* Q. — [527] ostendentur Q. — [528] quod Q. — [529] forma Q. — [530] similiter Q. — [531] formam *add.* K ; *del postea.* — [532] variatos K. — [533] unitate Q. — [534] quidem R. — [535] *om.* PR. — [536] utrumque R. — [537] *om.* Q. — [538] quid Q. — [539] speciem *add.* Q. — [540] id K. — [541] non K. — [542] pertinet *add.* Q. — [543] differant K. — [544] habet iam] habet illud iam K. — [545] non Q. — [546] dei 1ae *m.* V, *in* dicitur *corr.* 2a *m.* V ; dicitur PK. — [547] materia R. — [548] quia Q. — [549] sicut RK. — [550] animae Q. — [551] quod *add.* Q ; *del. postea.* — [552] diversas *add.* P ; et diversas *add.* K ; diversas species] species diversas Q. — [553] entis Q. — [554] et portantis Q. — [555] *om.* PRQK. — [556] est Q ; *del. postea.* — [557] nihil 1ae *m.* V, *del. et* ignis *in marg. scrips. alia m.* V. — [558] *om.* Q. — [559] *om.* Q. — [560] distinctio Q. — [561] non *add.* Q.

(a) Opinio Aristotelis *in marg. scrips.* VR.

(1) Aristotelis *Metaphysica*, Z, 7 (II, 1033). — (2) Id., *ibid.*, Z, 8 (II, 1033, b). — (3) Averrois *Metaphysica*, l. VIII, c. 8 (vol. 8, fol. 224, Ra). — (4) Averrois *Metaphysica*, l. XII, summa 1a, c. 3, (vol. 8, fol. 304, Va, I). Litteraliter. — (5) Sanctus Augustinus, *De Genesi ad litteram*, l. VIII, c. 12 (PL., t. 34, col. 383, 26). — (6) Sanctus Augustinus, *Confessiones*, l. XII, c. 3 (P.L, t. 32, col. 827). — (7) Respicitur Aristotelis *Physica*, A, 8 (I, 192, b). — (8) Allud. ad Aristotelis *Metaphysicam*, Z, 7 (II, 1032, b, 1033). — (9) Id., *ibid.*, (loc. cit.). — (10) Cfr. Id., *ibid.* (loc. cit., 1033, b). — (11) Averrois *Metaphysica*, l. VII, c. 7 (vol. 8, fol. 176 Vb). — (12) Id., *ibid.* (op. cit., fol. 176, Ra). —

(13) ARISTOTELIS *Metaphysica*, Z, 7 (II, 1033, a). — (14) AVERROIS *Metaphysica*, l. VII, c. 7 (vol. 8, col. 176 Ra). — (15) Verbi gratia *Metaphysica*, Z, 7 (II, 1033, a) et *Physica*, A, 6 (I, 189, a-b). — (16) AVERROIS *Metaphysica*, l. VII, c. 6 (vol. 8, col. 175 Rb). — (17) Resp. ARISTOTELIS *Physica*, A, 6 (I, 189 a-b). — (18) Resp. ARISTOTELIS *Metaphysica*, Z, 7 (II, 1032 b). — (19) Cfr. ARISTOTELIS *Physica*, Θ, 7 (I, 260, a). — (20) Cfr. AVERROIS *Physica*, l. V, c. 3, 15 (vol. 4, fol. 219, Rb, F). — (21) ARISTOTELIS *Physica*, E, 1 (I, 225, b, in fine). — (22) Cfr. AVERROIS *Metaphysica*, l. VIII, c. 8 (vol. 8, col. 224, Ra). — (23) Videtur allud. ad AVERROIS *Physicam*, l. II, summa 4ª, c. 1 (vol. 4, fol. 79 Ra, 81.) — (24) Cfr. AVERROIS *Metaphysica*, l. VIII, c. 8 (vol. 8, fol. 224 Ra). — (25) Allud. ad ARISTOTELIS *Metaphysicam*, Θ, 6 (II, 1045, a-b).

VI. — Ad aliud est dicendum [1] quod si convenienter accipiatur ens [**Cod. K, fol. 89 V^b^**] in potentia secundum quod est medium inter ens in actu et negationem simpliciter sive non ens simpliciter, quod scilicet nullam realem entitatem habet secundum se ipsum in rerum natura, cum illud debeat realiter differre ab extremis sicut non potest realiter differre [2] a negatione [3] vel a non ente simpliciter nisi aliquid entitatis in rerum natura existentis importet per quod negatio sive non entitas simpliciter excluditur, ita etiam non potest realiter differre ab alio extremo quod est actus si [4] formaliter aliquid illius entitatis [5] includat et ex hoc sequitur quod tale ens in [6] potentia non sit [7] realiter aliud a materia ; quae quidem materia sola est id per quod aliquid vere [**Cod. R, fol. 255 R^b^**] est in potentia et quod [8] vere est medium inter non ens [9] sive negationem simpliciter quod est omnino non ens sive nihil et inter ens simpliciter quod est ens [10] in actu. Item si materia non est illud quod sic dicitur medium [11], ipsa etiam non est aliquod extremorum : ergo ipsa nihil [12] omnino est in rerum natura [13].

VII. — Per supra dicta [14] patet sufficienter [15] responsio ad aliud dicendo [16] quod licet ante terminum generationis [17] nihil praeexistat de entitate formae, sed tota accipit [18] esse in termino generationis ; ex hoc tamen non concluditur [19] quod creetur ; immo etiam nec quod [20] generetur saltem proprie et per se ; quia, ut dictum est, formae naturali non competit [21] fieri nec [22] per creationem nec per generationem, quia non dicit [23] entitatem qua sit aliqua essentia absoluta secundum se, sed [24] [**Cod. P, fol. 381 R^b^**] dependentem in suo [25] esse ab alio cum [**Cod. V, fol. 251 R^a^**] quo facit unam essentiam simplicem, quidem sic [26] quod [27] non compositam [28] ex pluribus essentiis ; et ideo [29] illi [30] competit [31] per se esse et fieri. Et quia illud [32] antequam fiat praeexistit secundum aliquid sui, scilicet [33] secundum materiam quae ad eius essentiam pertinet, ideo non fit ex nihilo. Et quia cum fit compositum sive formatum transmutatione materiae per se ut terminus per se generationis fit etiam [34] forma secundum quam habet esse in actu, ideo etiam forma per se nec [35] fit ex aliquo nec fit ex nihilo ; fit tamen non ex nihilo [36] immo ex aliquo in

quantum fit [37] factione [38] compositi ex quo tamen habet aliam [39] entitatem a materia; quaerendum [40] est a quo habet suam entitatem, et cetera [41]. Dicendum [42] quod licet entitatem aliam [43] habeat dicto modo, scilicet sic [44] a materia pendentem [45], tamen non est quaerendum unde habeat entitatem [46] nisi sicut quaeritur de composito. Et ideo [47] dicendum quod quia compositum est quod per se [48] fit et sic ex aliqua [49] parte sui in qua totum compositum erat in potentia, in quantum scilicet transmutatione materiae [50] ab agente potest [51] fieri in actu [52], dicendum quod inde unde [53] compositum habet suam entitatem inde habet forma suam entitatem [54], scilicet ex materia ut ex materiali principio et ex efficiente et a se ipsa formaliter. Item esse formae existens secundum modum potentialem [55] non potest dici tale medium inter ens et non ens cum ipsa sit in materia aliquid existens in rerum natura [56] infra quam non est non ens simpliciter sed materia. Ex quo ulterius potest concludi quod compositum ex materia et forma secundum modum potentialem [57] formae non sit etiam medium inter ens et non ens simpliciter, cum non contineat in se solum [58] naturam [59] proximam non enti [60] simpliciter quae non est aliud [61] quam materia. Et sic patet quod materia [62] solum debet dici medium inter non ens simpliciter et quodcumque ens in quo comprehenditur esse formae.

VIII. — Ad aliud cum [63] arguitur ad [64] idem sic : [**Cod. P, fol. 381 V^a^**] sicut [65] a divina essentia simplicissima oriuntur diversi modi reales absoluti et [66] in divino esse simplicissimo [67] radicantur [68] scilicet bonitas, veritas et alia huiusmodi, quae dicunt aliquid realiter [69] in Deo, non autem [70] res absolutas, quia compositionem facerent in Deo ; oportet autem [71] quod dicant vel res vel modos reales, quia non possunt dicere [72] aliquid quod sit ens secundum rationem solum, quia non habent esse in Deo per solam operationem [**Cod. R, fol. 255 V^a^**] intellectus, sed illa circonscripta [73] realiter sunt [74] in ipso ; ergo relinquitur quod dicant secundum [75] quosdam modos reales ; ita etiam videtur quod ab uno simplici habitu virtutis poterunt [76] actus specie differentes procedere ;

Dicendum quod in divinis non ponitur aliqua pluralitas realis [77] nisi suppositorum realiter [78] ab invicem distinctorum secundum oppositionem [79] relativam in quantum unum est ab uno et tertium [80] a duobus et proprietatum relativarum secundum quas huiusmodi distinctio attenditur, ita quod prout haec ad essentiam divinam comparantur [81] nulla est ibi pluralitas realis, sed tantum secundum ens rationis [82]. Essentia [83] enim in patre [**Cod. Q, fol. 204 R^a^**] et pater non dicunt plura secundum rem, sed solum secundum rationem. Similiter etiam essentia patris et ipsa paternitas [84] ; et sic de aliis. Et quia divina essentia [85] est simplicissima, quia actus purus cui repugnat quaecumque [86] compositio vel multitudo realis quantum ad ea quae important entitatem absolutam ; et sola fide tenetur quod in Deo sit talis distinctio

secundum supposita et secundum proprietates relativas, cuius veritatis evidentiam intellectus ex naturalibus non capit, quantum ad omnia alia quae de Deo dicuntur vel Deo conveniunt [87] est tenendum quod nec ab essentia [88] divina nec a se invicem differunt nisi sola ratione. Unde secundum **Boetium** (1) : « In divinis substantia [89] continet unitatem », id est [90] secundum substantiam sive secundum ea quae secundum substantiam [91] dicuntur et tribus personis communiter [92] [Cod. P, fol. 381 V^b] conveniunt [93], in divinis [Cod. V, fol. 251 R^b] nulla realis distinctio invenitur : « relatio vero [94] multiplicat [Cod. K, fol. 90 R^a] trinitatem », id est omnis pluralitas realis quae in Deo invenitur consistit in suppositis relativis [95] vel in proprietatibus quae relationes dicuntur.

Circa hoc autem plenius intelligendum est quod quicquid est in rerum natura est ens aliquod [96] ; ens autem dividitur in ens secundum animam et in ens extra enimam, sive in ens cui convenit esse id [97] quod est solum secundum aliquam [98] animae conceptionem et in ens cui convenit esse secundum se in rerum natura absque animae conceptione [99]. Ens autem extra animam divitur in ens per se et in ens per accidens ; ens autem per accidens est [100] quod contingit ex concursu aliquorum entium ad se invicem essentialiter non connexorum sive [101] habitudinem essentialem et per se inter se non habentium, quod sub nullius artis consideratione consistit. Propter quod ad [102] considerationem Metaphysicae quae est scientia vilissima omittitur [103]. Ens autem per se quod est ens cui convenit ex [104] natura suae speciei [105] esse aliquid determinatum in natura se ipso formaliter est quod per se dividitur in decem rerum [106] genera ; hoc autem patet ex sexto [107] **Metaphysicae** (2). Et [108] circa ista genera entis insudaverunt qui de rebus scientias tradiderunt. Nec invenitur ab antiquis sapientibus [109] traditum aliquod aliud genus entis. Non est ergo in genere entis de quo considerare habeat aliqua scientia medium inter ens simpliciter reale [110] extra animam et inter ens secundum rationem. Nec est differentia media inter differre aliqua re et inter differre aliqua [111] ratione. Et entia praedicta sic se habent ad invicem quod quandocumque [112] plura ex ipsis conveniunt in unum secundum subiectum, ibi est vere compositio realis [113], quia vera entium pluralitas in eodem, sed in talibus quae sunt entia per se extra animam est ordo [114] et sunt gradus in perfectione entitatis inter illa, quia quaedam sunt entia [Cod. R, fol. 255 V^b] simpliciter [Cod. P, fol. 382 R^a] scilicet quae sunt in genere substantiae. Quaedam autem sunt entia, quia sunt entis simpliciter : quaedam habitudines et dispositiones quod est substantia [115]. Talia autem entia sunt novem genera entium quae possunt dici modi reales substantiae respectu cuius sunt entia [116] diminuta.

Circa ens ergo secundum rationem est intelligendum quod in ente per se vel circa ens per se nihil ponit, sed tota eius entitas quae est ex consideratione animae est in ipsa anima realiter non in ipsis rebus conceptis. Si ergo [117] circa

aliquam rem unam inveniantur aliqua plura quae dicuntur ratione differre, ex hoc non dicetur talis res compositior [118], quia ista multitudo non est aliquid in re [119] cui attribuuntur, sed in anima concipiente [120] rem unam sub talibus diversis rationibus quibus tamen [121] respondet ex parte rei [122] pro fundamento aliqua res una et simplex [123] in natura [124] quae ab intellectu potest comparari ad diversa [125] ; ex cuiusmodi [126] comparatione sub talibus diversis rationibus potest [127] huiusmodi res una concipi.

Ad propositum ergo est dicendum quod dicere aliquid habere [128] esse in rerum natura, non [129] tamen secundum conceptionem animae quod est ens secundum rationem, sed extra animam, id est cuius entitas realis non est ex [130] conceptione animae, et tamen non sit ens vel res simpliciter [131] et realiter, sic scilicet [132] quod cum alio [133] veram compositionem [134] et veram multitudinem faciens est figmentum, loquendo universaliter de omnibus quae entia absoluta important et etiam de his quae relationes reales [135] dicunt, exceptis divinis relationibus, quae licet sint relationes [136] reales nullam tamen compositionem faciunt cum relato ; sapientia ergo, bonitas et alia quaecumque huiusmodi quae de Deo praedicantur et tribus personis conveniunt respectu essentiae divinae [137] non dicunt nisi ens [138] secundum rationem nec important aliquid differens ab ea nisi sola ratione ; nec ista etiam [139] inter se differunt nisi sola ratione. Et hoc etiam patet per **Commentatorem** (3) duodecimo [**Cod. P, fol. 382 R^b^**] *Metaphysicae*, reprehendentem fideles [**Cod. V, fol. 251 V^a^**] in hoc quod [140] reputa [**Cod. Q, fol. 204 R^b^**] bat [141] eos ponere trinitatem personarum distinctarum realiter ratione distinctionis huiusmodi [142] attributorum, ostendens ibi quod cum haec non differant nisi solum ratione, circa Deum nullam pluralitatem realem [143] dicunt. Consimiliter etiam sunt reprobandi fideles qui ex talibus nituntur declarare veritatem trinitatis personarum, quia haec [144] ad [145] illam non plus faciunt quam essentia [146] divina simplex et [147] indistincta [148]. Et ex talibus derogatur veritati fidei in quantum hi qui [149] certa ratione sciunt quod talia non dicunt aliquos modos reales, sed tamen [150] entia secundum rationem, et videntes quod magni [151] theologi nihilominus in hoc nituntur declarare quod talis differentia realium modorum requiritur ad emanationem distinctarum personarum minus firmiter inhaerent veritati fidei ; et cetera [152]. Si ergo per modos reales intelligitur aliud quam per ens secundum rationem, non [153] potest dici quod talia in Deo dicant [154] modos reales, quia in eo [155] compositionem facerent. Non est tamen per hoc intelligendum quod bonitas, sapientia et alia huiusmodi quae respectu Dei dicuntur entia secundum rationem et ab invicem ratione [156] differre sic habeant esse id quod sunt per conceptionem intellectus, quod [157] si non esset intellectus concipiens quod [158] Deus non esset sapiens, bonus [**Cod. R, fol. 256 R^a^**] et huiusmodi. Ex conceptione enim intellectus Deo nihil acquiritur. Immo quia Deus ratione suae [**Cod. K, fol. 90 R^b^**]

infinitae [159] et illimitatae [160] perfectionis omnia quae [161] in creaturis secundum realem diversitatem perfectionem simpliciter important in se ipsa [162] unite absque quacumque multitudine perfectissime comprehendit, ideo id quod in creaturis nomine sapientiae intelligitur ut [163] realiter differens a bonitate, in [164] Deo perfectissime invenitur, indistincta tamen [165] omnino a bonitate : et sunt in Deo sapientia, bonitas res ita [Cod. P, fol. 382 V^a] una et simplex et omnino indistincta re et [166] ratione circumscripta conceptione intellectus, sicut est ipsa essentia [167] divina. Ab intellectu autem [168] non causantur [169] huiusmodi perfectiones in Deo, sed ipsae [170] quae [171] in Deo sunt una res [172] simplex [173] ab intellectu apprehenduntur [174] sub diversis rationibus ex comparatione eminentis perfectionis divinae unius et simplicis ad perfectiones creaturarum multiplices et distinctas. Quod autem si per modum realem intelligatur aliquid in rerum natura importans aliquid [175] aliud quam per ens secundum rationem importetur, sit aliud [176] realiter ab eo cuius est modus, compositionem [177] cum eo faciens, potest sic declarari : quoniam cum dicitur modus realis hoc quod dico reale importat quandam determinationem et contractionem [178] respectu modi cui videtur [179] respondere alia determinatio quae potest dici rationalis [180], ut sicut distinguitur res in rem quae est in anima et in rem simpliciter quae est extra animam, consimiliter [181] modus distinguatur ut dicatur modus realis qui convenit [182] rei secundum quod est aliquid in rerum natura praeter conceptionem intellectus, modus autem rationalis dicatur qui convenit [183] rei secundum quod cadit sub conceptione intellectus ; sed ita se habet modus rationalis respectu illius [184] cuius est modus, quod est aliquid essentialiter differens ab eo. Quod patet ex eo quod [185] illud quod de uno praedicatur essentialiter et per se, non potest de alio consimiliter praedicari [186] ; verbi gratia, hoc nomine homo importatur aliquid quod cadit sub conceptione intellectus prima et dicitur prima intentio, circa quod [187] secunda conceptione intellectus constituitur quidam [188] modus qui dicitur universale vel species [189] et dicitur secunda intentio. Constat autem quod huiusmodi modus qui nomine universalis [190] ex [Cod. V, fol. 251 V] primitur, essentialiter differt [191] ab huiusmodi re concepta [Cod. P, fol. 382 V^b] ab intellectu qui nomine hominis exprimitur. Etenim [192] ista [193] est vera : homo est per se substantia ; ista est [194] falsa : universale vel species est substantia [195]. Ergo similiter ita se habebit modus realis respectu illius cuius est modus, quia essentialiter erit differens ab eo. Et hoc [196] videtur esse intentio **Avicennae** (4) quinto [197] *Metaphysicae* [198], ubi dicitur quod rei convenit duplex esse ; triplicem autem habet considerationem. Res enim non habet esse nisi in anima secundum quod cadit sub conceptione intellectus aut [199] in re extra quod competit [200] ei secundum se absque operatione [201] intellectus ; et uterque istorum modorum essendi competit [202] sua consideratio propria : et secundum hoc res habet duplicem considerationem. Sed praeter hoc, habet [203] tertiam [204] considerationem [205] secundum quod consideratur absolute

17*

et indeterminate [206], absque [**Cod. Q, fol. 204 Va**] hoc quod consideretur determinate secundum esse quod habet in anima vel secundum esse quod habet extra animam secundum se, licet huic tertiae considerationi non respondeat aliquod esse sive aliquis modus essendi realis. Quibus suppositis declarat **Avicenna** (5) [**Cod. R, fol. 256 Rb**] quod rei secundum esse quod habet in anima conveniunt praedicti modi rationales sive accidentia quae sunt intentiones secundae [207] logicales ; secundum esse autem quod habet extra animam in se ipsa conveniunt ei modi reales qui [208] sunt accidentia realia veram compositionem cum rebus quorum sunt modi facientia [209], alioquin si modus realis non importet aliquam [210] alietatem realem respectu rei cuius est modus, sequetur [211] quod idem et unum [212] simplex sit modus respectu sui ipsius [213].

Ad rationem ergo dicendum quod proprie loquendo de modo reali [214] : sapientia, bonitas et alia huiusmodi in Deo non dicunt aliquos modos reales ; sed extendendo nomen [215] modi realis ad ens secundum rationem cui respondet ex parte rei pro fundamento verum [216] ens reale, sic praedicta in Deo possunt dici modi reales ; quia ei quod istis nominibus exprimitur respondet perfectio [**Cod. P, fol. 383 Ra**] essentiae [217] divinae pro fundamento, quae praedicta unite in se eminenter comprehendit. Quando ergo dicitur quod non solum dicunt ista in Deo entia secundum rationem, quia absque conceptione intellectus Deo [218] conveniunt, dicendum quod licet absque conceptione intellectus [219] in Deo sit sub ratione simplicis perfectionis illud quod pro fundamento eis quae praedictis nominibus significatur [220] respondet, verumtamen omnis diversitas et distinctio talis perfectionis secundum quod est extra animam illam [221] in comparatione ad diversas perfectiones concipientem [222], si non esset intellectus concipiens omnino cessaret, quia ut praedictum [223] est, talis multitudo vel [224] talis diversitas secundum rationem non est nisi ab intellectu et in [225] intellectu [226] concipiente [227].

Explicit decimum quartum quodlibet [228] Magistri Godefridi [229] de Fontibus [230].

[1] est dicendum] dicendum est V. — [2] ad extremis — differre] *om.* RQ. — [3] negociatione R. — [4] sed Q. — [5] illius entitatis] entitatis illius K. — [6] ens *add.* Q ; *del. postea.* — [7] sit PKQ. — [8] *om.* P. — [9] simpliciter *add.* K. — [10] simpliciter — ens] *om.* Q. — [11] in *add.* K. — [12] non K. — [13] Item — natura] *om.* Q. — [14] praedicta R ; etiam *add.* K. — [15] *om.* P ; sufficienter patet] patet sufficienter K. — [16] dicendum QK. — [17] ex *add.* R ; *postea del.* — [18] accipiat K. — [19] includitur Q. — [20] nec quod] quod nec K. — [21] convenit K. — [22] nisi K. — [23] aliquam *add.* K. — [24] licet R. — [25] in suo] illud Q. — [26] quidem sic] quid sit P ; sicut ad K. — [27] quia Q. — [28] composita P ; non compositam] compositionem K. — [29] non K. — [30] illic Q. — [31] convenit K. — [32] id K ; aliud Q. — [33] sed PRQK. — [34] secundum *add.* 1a *m.* V, *del.* 2a *m.* V. — [35] non Q. — [36] fit — nihilo] *om.* Q. — [37] ex *add.* K. — [38] ratione Q. — [39] aliquam P. — [40] quae tandem Q. — [41] et cetera] *om.* K. — [42] est *add.* K. — [43] entitatem aliam] aliam entitatem K. — [44] scilicet sic] sic scilicet

QK. — [45] dependentem K. — [46] habeat entitatem] entitatem habeat K. — [47] compositum *add.* K ; *deinde del.* — [48] quod per se] per se quod K. — [49] ex aliqua] alia Q. — [50] transmutatione materiae] potentia materiae transmutatione K. — [51] potenti 1ª *m.* V *in* potest *corr.* 2ª *m.* V ; potentis P ; potenter RQ. — [52] fieri in actu] in actu fieri R. — [53] unde *add.* R. — [54] inde — entitatem] *om.* K. — [55] potentialitatem R. — [56] et *add.* Q. — [57] modum potentialem] potentialem modum Q. — [58] solam Q. — [59] materiam PK. — [60] entis Q. — [61] *om.* Q ; *suppl. deinde.* — [62] et — materia] *om.* K. — [63] est Q. — [64] quod Q. — [65] sunt Q. — [66] *om.* K ; quae *suppl.* 2ª *m.* K. — [67] esse simplicissimo] essentia simplicissimo Q. — [68] radicatur Q. — [69] aliquid realiter] realiter aliquid Q. — [70] non autem] q. autem Q. — [71] ergo R. — [72] t*pr* (?) Q. — [73] *conscripta* R. — [74] realiter sunt] sunt realiter K. — [75] *om.* K. — [76] potuerunt Q. — [77] talis K. — [78] nisi suppositorum realiter] *om.* R. — [79] opinionem P ; originem K. — [80] *hoc verbum* tertium *del. esse videtur a* Q. — [81] comparatur K. — [82] ens rationis] rationem K. — [83] *esse* 1ª *m.* VR *in* essentia *corr.* 2ª *m.* VR. — [84] pluralitas Q. — [85] essentiale Q. — [86] operatio vel *add.* K ; *del. postea.* — [87] et *add.* K. — [88] ab essentia] ad esse Q. — [89] quando Q. — [90] id est] *om.* R. — [91] substantiam *add.* K. — [92] convenit P ; *om.* K. — [93] quod K. — [94] non Q. — [95] *om.* Q. — [96] aliquid Q. — [97] ideo Q. — [98] aliam Q. — [99] animae conceptione] conceptione animae K. — [100] Ens autem per accidens est] est autem ens per accidens K ; est P. — [101] *del.* K. — [102] *om.* Q. — [103] non pertinet K. — [104] *om.* Q. — [105] species Q. — [106] *om.* Q. — [107] septimo Q. — [108] *om.* Q. — [109] sapientis R. — [110] realiter Q. — [111] alia Q. — [112] quandoque P. — [113] ibi est vere compositio realis] est compositio vere realis K. — [114] extra animam est ordo] est ordo extra animam K. — [115] est substantia] sunt subiecta P ; ipsius substantiae K. — [116] quae possunt — entia] *om.* Q. — [117] *om.* Q. — [118] habere compositionem K. — [119] se Q. — [120] continnᵗᵉ Q. — [121] *om.* Q. — [122] *om.* Q. — [123] simpliciter R. — [124] in natura] *om.* K. — [125] diversas R. — [126] huiusmodi R. — [127] preter R. — [128] aliquid *add.* K. — [129] tamen Q ; *postea del.* — [130] *om.* R. — [131] *om.* Q. — [132] sic scilicet] satis Q. — [133] aliquod P. — [134] conceptionem 1ª *m.* V. *in* compositionem *corr.* 2ª *m.* V ; conceptionem PRQ. — [135] *om.* R. — [136] et *add.* VPQK — [137] essentiae divinae] divinae essentiae K. — [138] conveniens Q. — [139] ista etiam] etiam ista K. — [140] quia Q. — [141] reputabant Q. — [142] huius K. — [143] *om.* Q. — [144] *om.* K. — [145] haec ad] ad hoc non PRQ. — [146] entia RPQK. — [147] simplex et] simpliciter etiam K. — [148] distincta Q. — [149] quae P. — [150] vel tantum *scrips. in marg.* 2ª *m.* V. — [151] talis K. — [152] et cetera] *om.* K ; — et cetera *add.* P. — [153] *om.* Q. — [154] dicantur Q. — [155] secundum *add.* Q. — [156] secundum rationem non K. — [157] quia Q. — [158] quia Q. — [159] et fidei Q. — [160] illatae 1ª *m.* V. *in marg. in* illimitatae *corr.* 2ª *m.* V ; — illatae RPQ. — [161] est *add.* Q, *del. postea.* — [162] ipso VPRQ. — [163] non K. — [164] et Q. — [165] *om.* Q. — [166] *om.* Q. — [167] existentia Q. — [168] quae P. — [169] (?) Q. — [170] ipsa K. — [171] qui R. — [172] *om.* Q. — [173] cnnt (?) Q. — [174] comprehenditur R. — [175] ad Q. — [176] quam — aliud] *om.* Q. — [177] comparationem Q. — [178] contradictionem Q. — [179] re *add.* K ; *del. postea.* — [180] rationabilis Q. — [181] consimilem Q. — [182] contingit P. — [183] contingit P. — [184] alicuius Q. — [185] quia K. — [186] potest de alio consimiliter praedicari] praedicatur de alio consimiliter K. — [187] quam K. — [188] quidem P. — [189] dicitur *add.* K. — [190] importatur *add.* K. — [191] differentia K. — [192] ideo Q. — [193] haec Q. — [194] autem Q. — [195] ista est falsa — substantia] *om.* K. — [196] haec V. — [197] secundo R. — [198] *macula in* K. — [199] at P. — [200] convenit K. — [201] comparatione K. — [202] convenit K. — [203] hanc *add.* K. — [204] habet tertiam] tertiam habet Q. — [205] et *add.* Q. — [206] et *add.* Q ; *del. postea.* — [207] intentiones secundae] secundae intentiones K. — [208] quae R. — [209] faciendа R. — [210] amª Q. — [211] sequeretur PK. — [212] idem et unum] unum et idem P. — [213] finis V. — [214] scilicet *add.* K. — [215] momen 1ª *m.* Q *in* nomen *corr.* 2ª *m.* Q. — [216] est *add.* Q. — [217] entiae 1ª *m.* V *in* essentiae *corr.* 2ª *m.* V ; entia R. — [218] sic sub ratione *add.* Q. — [219] Deo — intellectus]

om. K. — 220 signatur Q. — 221 illa K. — 222 concipientes K. — 223 dictum R. — 224 et P. — 225 *om.* Q. — 226 intellectum P. — 227 Liber Colucii pyeri de stignano *add.* R. — 228 quolibet VPK. — 229 Gofredi R. — Scriptoris munus sit bos bonus aut equus unus. Incipit intitulatio quaestionum quinti quodlibet magistri Godefridi *add.* Q. — 230 de Fontibus] *om.* PRQ. — *Iterantur hoc loco in Codice* P *quae retulimus Quodl.* X, *q.* 13 (p. 373, l. 27), *quorum prima sunt* : nec potest proprie dici quod homo libere sistat se (se *om.* P)... sed sistunt [COD. P, fol. 383 Rb] in suis operationibus... quam vis intellectus quantum (qua P) ad primum suum actum... eodem modo quo activat vo- [COD. P, FOL. 383 Va] luntatem eo modo etiam determinat... syllogismo praecedente ei quod est [COD. P, FOL. 383 Vb] conveniens *etc...*, *et extrema* : per ista non satisfit dubitationi inductae. ideo aliter est (p. 376, l. 9). — Incipiunt quaestiones quinti quolibeti magistri Godefridi de fontibus, *add.* P.

(1) BOETHIUS, *De Trinitate*, c. VI (PL., t. 64, col. 1255). Litteraliter. — (2) ARISTOTELIS *Metaphysica*, Z, 1 (II, 1028, a). — (3) AVERROIS *Metaphysica*, l. XII, summa 2ª, c. 3, Com. 39 (op. cit., vol. 8, fol. 323 R). — (4) AVICENNE *Metaphysica*, l. V, c. 1 (Venetiis, 1495). — (5) ID., *ibid.* (loc. cit.).

SIGLES

Cod. P = nº 15842, lat. Bibliothèque Nationale, Paris.
Cod. V = nº 14301, » »
Cod. C = nº 170, Pembroke College, Cambridge.
Cod. R = nº 1032, lat. Bibliothèque Vaticane, Rome.
Cod. K = nº 1031, » »
Cod. Q = nº 302, lat. Borghèse, Rome.
Cod. Z = nº 301, » »

ADDENDA ET CORRIGENDA

P. 48 (11), 155 (11-15), 165 (9), *lisez* : Nicolaus papa IV.
P. 171, l. 8, on ordinantur, *corrigez* : non ordinantur
P. 171, l. 18, *après* interpretatur *fermez la parenthèse.*
P. 174, l. 2, essent, *lisez* : esset
P. 174, l. *ultima*, sicus, *corrigez* : secus
P. 176, l. 39, initatis, *lisez* : unitatis
P. 182, l. 17, gratias, *lisez* : gratia
P. 187, (7), *lisez* : E, 1.
P. 209, l. 17, existenti, *corrigez* : existent
P. 213, note (6), *lisez* : 1-2 (II, 1046-1047).
P. 213, note (10), *lisez* : Θ, 8, (II, 1050, a.)
P. 213, note (11), *lisez* : Θ, 1 (II, 1046, a).
P. 218, l. 9, quanto, *lisez* : quanta
P. 226, l. 40, ipse, *corrigez* : ipsa
P. 228, l. 16, cornalibus, *corrigez* : carnalibus
P. 239, l. 23, voluntario, *corrigez* : voluntarie
P. 242, l. 23, domnium, *corrigez* : dominium
P. 252, l. 28-29, impetiva, *corrigez* : impeditiva
P. 266, l. 31, evalingezat, *corrigez* : evangelizat
P. 266, l. 60, opud, *corrigez* : opus
P. 269, l. 11, Erga, *lisez* : Ergo
P. 272, l. 40, prior, *lisez* : peior
P. 283, l. 16, possi, *lisez* : possit
P. 283, l. 32, puniuntur, *corrigez* : punitur
P. 285, *notula* 34, punitur R, *corrigez* : puniuntur VPQK.
P. 286, l. 16, oriendos, *corrigez* : oriundos
P. 293, l. 30, cominium, *lisez* : dominium
P. 299, *notula* 14, spoliaverunt, *lisez* : spoliauerut
P. 313, l. 38, rectificitionem, *lisez* : rectificationem
P. 314, l. 27, *au lieu de* amicos, *lisez* : amicos » ;
P. 314, l. 28, *supprimez guillemets après* ad amicos
P. 314, l. 31, *au lieu* de [non] proprie, *lisez* : non proprie.
P. 330, l. 14, *au lieu de* caritas, et quia, *lisez* : caritas. Et quia
P. 333, l. 4, *après* pro materia sibi, *ajoutez* : speciali aliquid habet ad quod tanquam ad aliquid
P. 339, l. 12, opertionem, *lisez* : operationem
P. 339, l. 18, *placez le chiffre de renvoi* 18 *après* quod
P. 340, l. 25, *lisez* : [Cod. P, fol. 353 V[b]].
P. 341, l. 26, Dyonisius, *corrigez* : Dionysius.

TABLE DES AUTEURS CITÉS DANS L'ÉDITION DES QUOLIBETS XI-XIV (*)

(*) Les noms précédés d'un astérisque sont cités dans les notes. Le chiffre désigne la page ; la parenthèse indique le chiffre de renvoi à la note.

TABLE GÉNÉRALE DES MATIÈRES

QUODLIBETUM UNDECIMUM.

QUODLIBETUM DUODECIMUM.

QUODLIBETUM TERTIUM DECIMUM.

QUODLIBETUM DECIMUM QUARTUM.

Imprimerie G. MICHIELS-BROEDERS, Tongres.